


BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
25 E
28

CLARISSIMORVM VTRIVSQVE CENSVRAE DOCTORVM,

DOMINI IOANNIS DE DEO HISPANI

Liber, qui uocatur, Doctrina Aduocatorum, Partium, & Asseſſorum, in quo continentur,

Omnia ferè quæ ſpectant ad forum iudiciale.

DOMINI ALBERTI GALLEOTTI PARMENSIS *tractatus, ſiue Aurea Margarita, ſeu Quæſtionum Summula, in qua omnes penè Quæſtiones in foro frequentatæ proponuntur, & magiſtraliter declarantur.*

QVAE OMNIA TINEIS EXCVSSA, NOVISSIME IN lucem prodeunt cum Summarijs ad ſingulas Rubricas, & Capita, & Indice locupletiſſimo omnium materiarum, Quæſtionum & notabilium in utroque contentorum.

SVMMO STVDIO AC DILIGENTIA DOMINI BRVNORI, A, SOLE, Iur. Vtr. Doct. Veneti.

CVM PRIVILEGIO.





VENETIIS, M D LXVII.

R. P.

DOMINO ROCHO CATTANEO
I. V. DOCT.
CANONICO POLENSI PROTONOTARIO
APOSTOLICO. &c.



Mnes qui aliquod opus uel suum, uel alienum in uulgus ædere uolunt alicui probato uiro illud dicare solent, ut & maiorem ob id authoritatem habeat, & à maleuolis defendatur; Dumq; hoc assequi student omnia recensere solent, scriptisq; mandare, quæ is patronus toto annorum suorum decursu quo uis modo gessit, etsi notus is omnibus sit, ex quo potius adulatoris nomen adipiscuntur, dum eos laudant qui laudatissimi sunt. Viro enim iam multos annos probatissimo laus addi non potest. Qualis tu es. R. P. quem, priuata, publicaq; negotia, & Pontificia præsertim, summa diligentia, & grauitate tractantem hinc ad multos annos, omnes uno ore ita laudatum, probatumq; habent. Vt (etsi uellim, cuperemq;) nihil tamen addere sciam, possim, necessariumq; existimem: Sed laborem quendam meum nuper à me confectum sub tui nominis magnitudine in lucem dare rectissimum censui, Quum in

eo tractentur ea quæ quotidie in foro, iudicijsq́; tam ecclesiasticis quam secularibus uersantur, Quorum formam quum tu (ipsamet iudiciorum forma) ex longo usu tam exacte teneas, facile cognoscere poteris quantum debeamus illis qui utilitatem hominibus afferre cupientes nec laboribus nec sumptibus parcunt ut aliquid in studiosorum commodum promant. Vt nunc effectum est de aureo tractatu cauillationum Domini Ioannis de deo Doctoris Decretorum Hispani. Et Margarita Domini Alberti Galleotti Iur. Vtr. Doct. Parmensis qui mihi exhibiti sunt ab honesto librario Zaccharia Zenario, ut ipsos corrigerem, emendarem, emendatosq́;, & cura mea impressos cum meis summarijs, & indice, omnibus publicè ab ipso uendendos exponerem, quæ ea diligentia efficere studui; ut trecentos, & plures locos corruptos, plurimasq́; falsas allegationes emendarim, Authorumq́; integritati restituerim. Et ipsos Authores huc usq; non æditos (licet hinc ad trecentos & uiginti annos scripserint) dignissimos existimarim ut legendi proponerentur: Clarum enim omnib. erit, Guielmum Durandi Legalis Speculi authorem & Ioannem Andreæ, qui lucerna iuris uocatur, ab istis multa quasi uerbotenus sumpsisse; & quidquid boni dixerunt ab illis habuisse, quos & multoties allegant,

ita

ita ut etiam necessaria fuerit eorum æditio, quam iure merito. R. P. antiquorum authorum studiosissime sub tui nominis tutela emitto, ut & à criticis momisq; protegatur, cum non omnes omnia possimus, & quandoq; bonus dormitet Homerus, & amoris obsequijq; erga te mei pignoris loco sit, obsecrans, obtestansq;, ut has meas lucubrationes in tuum patrocinium hilari fronte, lætoq; animo suscipias, quo nil mihi gratius euenire posset. Vale.

R. D. Tuæ.

Seruus

Brunorus, a, Sole.

LIBRARIVS LECTORI.



Tenebris in lucem eduximus, & uelut Aureas gemmas è sterquilinio effodimus, Cauilationes immo cautelas Ioannis de Deo Doct. decre. Hispani, & Auream Margaritam Alberti Galleotti.II. Doct. Parmensis, non sine magnis nostris impensis, & laboribus Domini BRVNORI, A, SOLE Iur. Vtr. Doct. Veneti. idq; effecimus, ut omnes agnoscant quanti semper fecerimus studiosorum commodum, & utilitatem cum in Specul. & addit. ad ipsum pluries inueniant allegatos prædictos Doctores, ne in futurum teneantur desiderio ipsos doctores impressos uidendi, Læto igitur animo (Candide Lector) laborem hunc accipe & lege, & si alicubi, non ubique aliquas additiones inuenies, scias eas sic suis locis à supradicto Doctore positas esse, Nam in copia ipsi exhibita ita corruptis caractéribus, & in confuso erant, ut forsam ab alio uix proprius locus inueniri potuisset, Quæ omnia tibi gratissima fore optamus, speramusq;. Vale.

Aduertat Lector, quod in titulo ante initium Alberti Gallectti deficit una littera. s. nam dum dicit. Parmenis, uult dicere, Parmensis.


TABVLA RVBRICARVM CAPITVM EX MARGARITA DOMINI ALBERTI GALLEOTTI.

INCIPIVNT CAVILLATIONES DOMINI IOANNIS DE DEO,

SEV DOCTRINA ADVOCATORVM, PARTIVM, ET ASSESORVM,

opus omnibus in iure uersantibus vtilissimum.

PROOEMIVM.



D HONOREM Summæ Trinitatis,& indiuiduæ vnitatis, Patris, & filij,& spiritus sancti.& Gloriosæ Virginis, & S. Vincentij martiris, & omnium agminum, & omnium sanctorum, & ad honorem ecclesiæ Romanæ, & ad utilitatem,& subtillitatem uniuersalis studij, incipit Liber cauillationum de cautella aduocatorum, & aliorum peritorum in littibus, & iudicijs omni iussu indaganda, & de doctrina rudium in quæstionibus & iudicijs Tyronum, qualiter se habeant in littibus, exercendis, a quibusdam.II. Doctor.olim incœptus, & quia in quoddam chaos offuscatum, & nunc à me Magistro Ioanne de Deo Doctore Decretorum Hispano Canonico Isbolen. per libellos & titulos distinctus, & per iura tam canonica,quam ciuilia fideliter, ac ueraciter comprobatus; Qui liber per septem libellos ad instar spiritus septiformis, & per LXXII distinctus est titulos, ad instar septuaginta duorum discipulorum, & palmarum, & fontium, & mansionum filiorum Israel in deserto.

Partitio librorum.



RIMVS Liber est de Aduocatis diuersarum partium, id est, Actoris & Rei, & eorum cautella, & per xi. titulos est distinctus. Secundus liber est de citatione ecclesiastici iudicis uel ciuilis,& de commitantibus eam, scilicet de interstitijs temporum, & de contumacibus, & de libellis formandis & impugnandis, qui

A per

per.x.titulos est distinctus. Tertius liber est de expectatione multimoda, & de libellis recipiendis, & impugnandis, & de littis contestatione, & de reconuentione, & de impugnatione personarum agere uolentium, & de priuilegijs earundem, qui per. xx.titulos est diuisus. Quartus Liber est de officijs omnium iudicum puris, quando non seruiunt actionibus, & de commissionibus officiorum, & de contumacibus, & de administrantibus eam, qui per xII.titulos diuisus est. Quintus liber est de probationibus, scilicet de testibus, & circunstantijs eorundem, & de instrumentis, & de scripturis diuersis, publicis uel priuatis, & de impugnationibus earundem, & de positionibus, & earum cautella, & de testibus, & codicillis, & testamentis, & de ultimis uoluntatibus impugnandis uel conseruandis, qui per xv.titulos est distinctus. Sextus Liber est de sententia & re iudicata, lata ab ordinario uel delegato, uel ab arbitro, & quid iuris de quocunque, & de earum impugnationibus si in iure opponatur, & incidenter, & quid Iuris sit de ijs quæ ab hostibus acquiruntur, qui per sex titulos est distinctus. Septimus Liber est de appellationibus, Restitutionibus, & supplicationibus, qui per IIII. titulos est diuisus. Tamen ego Ioannes de Deo libri compositor super operis imperfectione ueniam postulo, a lectore, de cautella Aduocatorum Actoris & Rei, & de cauillationibus eorum, & primo de longo sermone euitando. De uestibus iudicum, & aduocatorum, & qualiter se debeat habere aduocatus cum primo aggreditur ad iudicem, qualiter debeat comendare iudicem, qualiter se debeat habere aduocatus circa aduocatum aduersæ partis, & de longo sermone uitando, qualiter se debeat habere aduocatus cum clientulo suo. Item ubi & quando, & qualiter conueniatur de sallario. Item de aduocato specialiter actoris, Item de aduocato Rei, & quando defendat eum, & qualiter: Item quid debet agere aduocatus actoris cum fuerit coram consiliarijs. Item quid Iuris sit si aduocati sint plures ex parte una. Principio nostro sit presens Virgo Maria.

Liber

LIBER PRIMVS.

CAP. PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Breuitas sermonis gratiam parit & fastidium tollit.*
2 *Aduocati prius tractent generalia, deinde spetialia.*
3 *Forma proponendi generalia.*
4 *Iudicium fugiens diffidit de iustitia.*
5 *Ecclesia irreprehensibile solum defendit.*



Emoneam effusionem, & immensitatem sermonum quæ generant fastidium, iuxta illud Augu. † Breuitas sermonis gratiam parit, & fastidium tollit, immensitas autem sermonis econtra, & dicit Priscianus in 12. gaudent dilucida breuitate moderni, & accedit. l. breuiter. ff. de offic. Præf. Præt, C. de appel. l. ult. §. in refutatorijs. Est ergo propositum meum aliqua referre in mediũ breuiter, quia penè nil immensum bonum, ut in Aut. ut determ. sit nu. cler. §. quia enim penè. collat. j. in prin. per quæ doceatur aduocatus actoris & Rei qualiter sit in iudicio procedendum, & instructio iudicis sedentis in me-
2 dio in facto aduocati aduersæ partis; & † principaliter docebo qualiter tractet primo generalia. ff. de usufruc. l. 1. qualiter in sequentibus specialia, & de seruienribus eis, & sequentib. ea, & de pignoribus. quandoque tamen præmittuntur specialia, & postea facta comunia. ff. com. prædict. l. comunia. & comu. utri. iud. C. l. comunia. de lega. t. sicut & generaliter tractabo de omnibus, postea singulariter de qunlibet. Deinde aliqua comunia subij-
3 ciam. Sed quia Ancianus. † doctor antiquus obscure dixit, nec generauit perfectum sensum in animo auditoris, idcirco ego ita consulo, quod primo specialia proponas sic. Talis super re tali me offendit uerbo uel facto, uel utroque, & postea inducas generalia ad probandũ intentionem tuam. sicut fecit Papa Gelasius. 54. dist. c. generalis. ad fin. uer. magnis quippe. ubi dicit, quod nil credimus utilitatibus ecclesiasticis deperire, si quæ sunt aliena reddantur. Et alibi idem Papa. 11. q. 1. Christianis. ubi di-
4 citur, id est quod. † qui iudicium refugit apparet eum de iustitia diffisum, idem dicit. S. Bonifacius ad gallos. extra de præsump. nullus.
5 idem dicit Mart. 24. dist. c. ult. ubi dicitur. † nõ hoc solum quod irreprehensibile est sancta defendit ecclesia. postea descendas ad specialia, ut probat 23. q. 1. summa. & 12. qõ. 2. cum deuotissima. cum suis concor.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus accedens ad iudicem quales uestes debeat habere.*
2 *Vestes indicant hominem.*
3 *Vestes debēt esse conformes statui induentis illas. nu. 4.*
5 *Aduocati dicuntur sacerdotes.*
6 *Aduocati dicuntur milites.*
7 *Aduocati quomodo fiant infames.*
8 *Aduocati debent esse togati.*
9 *Aduocatus antiquior precedit.*
10 *Presbyter uocatur scientia, & sanctitate non tempore.*
11 *Minores possunt tenere locum maiorum.*
12 *Minor discretus præponitur maiori indiscreto.*
13 *Minor habens filios præfertur maiori non habenti.*
14 *Aduocatus discretus non debet coram iudice in risum prorumpere.*
15 *Extrinseca indicant intrinseca.*
16 *Oculus impudicus est nuntius cordis impudici.*

Quales uestes debeat portare Aduocatus. Cap. II.

1 CVm ad aduocandum accedit. † coram iudice exercens officium suum habeat uestes decentes ad officium pertinentes, & hillares. ut. C. de postul. l. ulti. & hoc idem probatur in. l. canonizata. De pœnit. dist. 1. c. nemo uel in foro. ubi dicitur, quod nemo debet accedere ad consortiũ togatorum uel aduocatorũ quin habeat quasdam uestes speciales. Vnde uersus. Vir bene uestitus pro uestibus esse peritus creditur à mille quamuis idiota sit ille. Si careat ueste, nec sit uestitus honeste, nullius est laudis,
2 quamuis sciat esse quod audit. † nam talis ille præsumitur prima facie, qualem eum ue-

ftes indicant. ut.ff. de iniur.l. item apud. §. si
quis uirgines.ff.de iure fisc.l. Diuus. & l.sed si
accepto.& alibi uilibus indutus homo uestibus est quasi mutus, qui si non ueste placet,
plura loquenda tacet. & dicit Hieron. quod
nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudes pariunt.41.dist in prin & dicit Seneca im
3 peratrici uxori Neronis. † indue te delicate
plurima, non propter te, sed propter honorem
imperij, sic & hic. Sed contradicit. ca.5.quod
quicquid anticipatur non propter necessitatem, sed propter uenustatem elationis habet
4 calumniam.21.q.4.c.1. † Sed uestis debet esse conueniens statui ordini, & officio. 20.q.1.
c.ulti.extra de uita & honest.cler.c.clerici officia.33.q.5.c.quod Deo pari. extra de uita &
5 honest.cler.c.Deus qui. Item † cum Aduocati dicantur sacerdotes. ff. de iust. & iu l.1. &
sacerdotes habeant uestes conuenientes ad
officium deputatas.ut.C.de sacros. eccl.l.sancimus nemini.in prin. & 43.dist. sit rector. &
23.dist.praeterea.& 16.q.1. Reuertimini. & 8.
6 q.1.licet ergo.ad fin. Quarto † Aduocatus bonas debet habere uestes: item aduocati dicuntur milites, ut C.de adu.diuer.iudic.l. Aduocati.& habent militaria insignia, & si ea eis à
iudicibus, uel a superioribus detrahuntur.
7 † Sunt infames.ff.de iis qui not. infa.l.2.§.sed
& si cum. Cum ergo aduocati suo dicantur ser
uire nomini. C. de defens. ciuit.l. defensores,
& nomina debent esse consona rebus. C.de episc.& cler.l.decernimus.instit. De nupt.§.
consona.insti.de donat.§.est & aliud. ergo.
8 † Aduocati togati, id est bene induti debent
esse in de pœnit. dist 1. nemo uel in foro. & ad
instar sacerdotum, & militum. nam dicit canon: dignum est, ut qui similem cum alijs uitam suscipiunt, similem sentiant in legibus
disciplinam. extra de statu monac. Recolen-
9 tes.cir.med.item † si plures sunt aduocati ex
una parte, antiquior praecedat, nisi in euidenti sit maior scientia minor tempore, ita quod
de eo nulla possit esse dubitatio, nunc dicit.l.
quia labor maior, & stipendia fecerit ante ire.
&c.ut C.de fi.instrum.l. ulti. & 61. dist. miramur.ff de iure immun.l.semper.C.de offi. magis.offi. l.2.C.de sacrosan. eccl.l. unicuique.
in prin.C.de tyro.l.fin.in auth. de monach §.
ordinationem.collat.1.idem.ff.de albo scrib.
10 l.1.C.de dign.l.1. & 2. item † dicit canon.
quod scientia & sanctitate uocatur præsbyter, ut Abraham, & non tempore.84. distin.c.
ult. Item dicit canon, quod non est dubitandum de illo, cui iam pro laboribus multis, pro
moribus castis, pro actibus strenuis celsioris
loci premium decenter stipendia iam deben-
11 tur, 61.distin. miramur. Item † dicit canon,
quod minores possunt tenere locum maiorũ,
& ideo sunt maiores sacerdotibus quantum
ad hoc 74.distin. episcoporum. & 74.dist. c.fi.
12 Item † capitulum præponit minores discretos maioribus indiscretis.ut in d.c.episcoporum. Item si superbit maior, quod non uult
promoueri, præfertur illi minor. dist.74.c. ulti.
& d.c.episcoporum, extra de ætate & quali.c.
13 quæris. Item † dicit lex, quod si aliquis minor habet filios præfertur alijs non habentibus filios.ff.de decurion.l.Spurij. ad fin. & sic
secundum canones, qui plures filios spirituales
habet, præfertur alijs.47.distin.c. sicut a.§.ne-
14 cesse. Item † aduocatus discretus non debet
coram iudice in risum prorumpere, quia risus
abundat in ore stultorum, ut Salomon ait, sci-
15 licet ut gestum habeat sapientis, nam † extrinseca sunt præsagia de intrinsecis. ut. ff.de tut.&
curat.dat.ab ijs.l.ijs qui.§.1.C.de cond. inst.l.
16 ult. Item dicit canon, quod impudicus † oculus impudici cordis est nuntius.32.q.5.non dicatis. Item dicit canon, quod ex incompositione corporis intelligitur incompositio mentis.
41.dist.c. ult. Vnde uersus.

Sunt certi risus quos gratia nõ comitatur.
Ex quibus insipiens efficietur homo.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus qualiter salutet iudicem.*
2 *Reuerentia maioribus debetur.*
3 *Aduocatus non debet sedere apud iudicem.*
4 *Aduocati sermo qualis debeat esse.*
5 *Prudentis in suo creditur in alieno.*
6 *Aduocatus loquendo debet stare.*
7 *Aduocati initium loquendi quale.*
8 *Crucis signum in omnibus preponendum.*
9 *Sermo perit sine audientia benigna.*
10 *Iudex sit benignus in audiendo.*
11 *Aduocatus abstineat à superfluis.*
12 *Breuitas fugat molestias & gratiam parat.*

Qualiter se debeat habere aduocatus cum aggreditur iudicem. Cap. III.

CVm autem aduocatus fuerit prope iu-
1 dicem † competenter salutet eum
capite inclinato, deposito biretto si
est episcopus & Doctor, uel Rex, uel
comes; alias si esset minor, inclinet ei secundũ
2 consuetudinem terræ. Et hoc est † quod prælati, & Magistri magni, & alij iudices uolunt
sibi seruari consuetudinem & etiam reuerentiam sicut & prouinciales.ff.de offic.proconf.
3 l.2.§.1.& 29.dist.c.ult. Item † non sedeat iuxta iudicem cum sedet pro tribunali, ut sit delectus inter aduocatum & iudicem, ut in auth. ut
ab illust.& qui super.C.de postulan.l.quisquis.
4 Item † stando non sit loquax mancellus, nec
sit otiosus ne uideatur melancolicus, loquatur
enim quæ sic placere iudici, ut pro hoc prouocet eum ad dilectionem, ut.C.fam. hercisc.l.in
ipsius. Et si tractaretur quæstio iuris super aliquo facto, si ipse sciret casum legis determinantem

nantem quæstionem, uel bonum argumentũ,
si partes offendere non timet, dicat audacter
5 † quia iudex adhibebit maiorem fidem in suo
proprio negotio, si uideat eum prudentem in
alieno, quia a fructibus eorum cognoscetis
eos. & forte iudex uocabit eum ad consilium,
& lucrabitur sallarium, bene dico si non cre-
dit offendere, nam tutius est neutrum iuuare
quam aliquem offendere sine causa. 14.q.5.
6 denique. extra de postul. c. ulti. † Item cum ue
nerit tempus loquendi, surgat, quia stare de-
bet, non sedere C. de offic. ciu. iud. l. honorati.
7 C. de postulan. l. quisquis. in fi. † & cum surre-
xit, non incipiat ex abrupto, sed aliquo tem-
pore interposito competenti, suum principiũ
sit si arduum est negotium, in nomine domi-
ni. ut est. C. de uet. iu. enucl. l. 1. & C. de offic.
præf Præt. Aphr. l. in nomine domini. quia om
nia quæ facimus, in nomine domini facimus,
27.q.7. non obseruetis. & 24 q. 1. in prin. & de
consec. dist. 5. nunquid non omnia. ubi dicitur
8 † quod in omnibus signum crucis debemus
ante nos habere, & ponere. Deinde inconti-
nenti supplicet, & ut audiatur benigne à iudi-
ce, & ab instantibus, & etiam a quocunque ut
ff. de his quæ in testamen. deleo. l. penulti. §.
9 sententia † perit enim sermo ubi benignus
non præstatur auditus. Vnde dicit canon. ne-
mo inuito auditori libenter refert. 6. qõ. 1. ex
merito, unde dicit S. Gregorius. qui narrat uer
bum non attendenti, quasi excitat dormientẽ
10 aggrauatum somno. Item † dicit canon, quod
iudex beniuolam audientiam debet præstare
aduocatis, & partibus usque dum non habent
quid in quæstione proponant. ut 30.q.5. iudi-
cantem oportet cuncta rimari. & non statim
accedat ad negotium principale, sed præmit-
tat aliquas præfationes breues, & utiles, &
reddat iudicem sibi beneuolum, & attentum.
ff. de orig. iur. l. 1. proponat tamen uerba mi-
tissima, nec conturbet consistorium, uideas,
quia dicit canon, erit cultus iustitiæ silentium
11 5.q.4. in loco benedictionis. Item † abstineat
à superfluis, ut C. de no. cod. fac. l. un. §. quibus
C. de præc. imp. offer. l. instructi. C. de appell.
l. fin. ff. de aur. & argen lega. l pediculis. §. La-
12 beo & dicit August. † quod breuitas loqutio-
nis fugat molestias, & gratiam parit, & tales
loquaces à canone reprehenduntur, quasi ha-
beant longum nasum. 49. dist. c. 1. & uocantur
tales garuli, & etiam rustici, euolat emissum
semel irreuocabile uerbũ. 43. dist. c. sit rector.

Velle loqui multum sapit omni tempore
stultum.
Vt scriptura docet, garula lingua nocet.
Vnde credit placere cum displicet, unde
uersus.
Displicet imprudens unde placere studet.

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatus composite allegans iudicem tra-
hit in suam sententiam.*
2 *Humilis triumphat in domo Dei.*
3 *Iudei sunt attrahendi ad fidem sermone
blando.*
4 *Fides recta fulgere debet in principe.*
5 *Iusto non aduersatur malignum.*
6 *Iustus est qui iustitiam facit.*
7 *Castitas animas Deo cum fiducia represen-
tat.*
8 *Iudicis timorem Dei & legum habere de-
bent.*
9 *Iudex fauens Actori occidit Reum.*
10 *Iudicans iuste pro pecunia utitur bonis male.*
11 *Iudex æqualitatem seruare debet inter par-
tes.*
12 *Iudex subditos, ut pater filium corrigere de-
bet.*
13 *Laus debet esse de ijs quæ laudato insunt.*
14 *Iniuria ita fit facto sicut uerbo.*
15 *Litigare sub offenso iudice periculum est.*

Qualiter debeat commendare iudicem. Cap. IIII.

INcipiat, rectos decet collaudare, & dicat
legem qua cauetur. Rectè enim collau-
datur qui suæ utilitatis experientiam
præbeat. ut C. de iudici. l. rem non nouã.
& istam legem adaptet in iudice coram quo
loquitur, sicut adaptat Ambrosius prouerbiũ
Salomonis in Iosue. Innocens credit omni uer
bo, hoc est innocentem esse ignorare quid no
ceat. 22.q.4. innocens. licet Salomon de stul-
1 to dixit illud uerbum. † Item commendet cũ
utili sermone, humili, & humano. quia allega-
tiones bene compositæ aduocati iudicem tra-
hunt in suam sententiam, furor enim & ira
non tractatur humili sermone. C. de offi. Præf.
Præt. Aphr. l in nomine domini. ultra med. &
Salomon, omnibus humilis sermo, & homo
2 † humilis triumphat in domo, & dicit uersi-
ficator.

Lac uel sugit blandus geminis de matribus
agnus,
Tutius est astu quam se defendere fastu.

De hoc dictum est. omnia spiritus laudet do-
3 minum de cœlis. unde dicit † Greg. quod blan
do sermone attrahere debemus Iudæos. &
alios ad fidem ratiocinando cum eis. 45. distin.
qui sincera, nam dicit Seneca, cor nobile ho-
minis cõtra potentiam calcitrans potius uult
4 duci quam trahi. † Item commendet iudicem
de recta fide, quia nihil est quod magis fulgeat
in principali domino quam recta fides. C. de
sum. Trin. Epistola inter claras. 23.q.8. conue-
5 nior. & 96. si imperator. † Item commendet
eum de iustitia. quia iusto non aduersabitur
quic-

quicquam malignum. ut in præd. l. inter claras. 11. q. 3. qui iuste distin. omnis qui iuste iu-
6 dicat, † & iustus est qui iustitiam facit, 11. qõ. 2. iniustum. & qui iuste. Item commendet eũ de singulari industria, & de fide explorata. ut ff. de offi. præf. Præt. Aphri. l. 1. extra de præsump. mandata. 94. dist. c. 5. & c. 2. modo commendet eum etiam de bonis moribus. & firma probitate. ff. de nundin. l. 2. extra de præsump.
7 c. mandata. Commendet etiam eum † de honestate & castitate, quæ sola animas Deo cum fiducia reprehesentat, ut in auth. de non ellig. §. 1. & in Authen. de lænon. in prin. 32. q. 1. nuptiæ. & c. integritas. 33. q. 5. c. qui seruit. Item commendet eum de Dei timore, & reuerentia, ut in auth. ut om. ob. iud. in prin. & 2. qõ. 6.
8 anteriorum. §. illud etiam † ubi dicitur, quod iudices timorem Dei & legum habere debẽt. propterea quia ipse æqualis debet esse iudex, ut medius non declinet ad dextram, uel sinistram. C. ad leg. corn. de fals. l. ubi. Ad hoc dicit
9 canon, quod si iudex † fauet actori occidit Reũ & econtra. 30. q. 4. est iniusta. Item dicit Greg.
10 quod bonis † male utitur qui pro pecunia iudicat iuste. nam acceptio numorum præuaricatio iustitiæ, & propter hoc beatus qui excutit manus suas ab omni munere, quia in excelsis habitabit, 11. quæst. 3. qui iuste iudicat.
11 † Item æquus est talis iudex qui seruat æqualitatem inter partes, ut condecet. C. de fruct. & lit. expen. l. fin. C. quemadm. ciu. mun. l. ulti. lib. 10. C. de prox. sacr. scrim. l. in sacris. lib. 12. Ad hoc. 3. q. 9. reuera iustus. 11. qõ. 3. qui
12 recte. 16. q. 1. ad hoc. 23. q. 4. ea u indicta † ubi dicitur quod non est dignus iudicio nisi eo animo Reum puniat quo animo punit pater filium paruulum, quoniam propter ætatem odisse non potest, nam eapropter fit iudex nõ æquus animo, causa, & ordine. 11. qõ. 3. c. Audi
13 denique. §. cum ergo. † Item hoc tamen caueat, quod non omnes uirtutes prædictas quilibet iudicibus attribuat, sed eas quas sibi uidet sit compesentiores, nam si iudex laborat uitio cõtrario uirtuti sibi appropriate crederet hoc sibi derisorie dari dum commendat eum, commendet ergo eum de uirtutibus quibus u. dea tur adhærere. Item caueat ne proferat aliquod uerbum quod iudex possit reuocare ad ani-
14 mũ. ne a te putet se offensum, † iniuria enim ita fit facto sicut uerbo. ut instit. de iniur. in prin. ff. eo. titu. l. 1. & quasi per tot. Res enim
15 est periculosa † sub offenso iudice litigare, ut probatur. ff. de arbitr. l. non distinguemus. §. cum quidam. C. de iudici. l. apertissimi. illud idem dicit canon. 3. qõ. 5. quod suspecti. extra de eace. c. cum dilecti. extra de app. postremo.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus qualiter debeat procedere cum aduocato partis aduersæ.*
2 *Contraria proponens non est audiendus.*
3 *Scientia uera non eget commendatione.*
4 *Demonstrata non sunt demonstranda.*
5 *Procax repellitur à limine iudicij.*
6 *Protestatio multum ualet.*
7 *Verba temperata non iniuriant.*
8 *Creditur dicenti contra seipsum.*

Qualiter aduocatus unius partis procedat cum aduocato partis aduersæ. Cap. V.

1 CVm aduocato partis aduersæ ita est procedendum, non † dicendum est, nisi ipse primo loquatur, sed cum debet aduocatus respondere ductis suis testibus ita debet eum competenter commendare, non excedens modum, quia forsitan ante finem causæ contingere poterit quod laborabit eum reprehendendo & erit sibi contrarius modo laudando, modo uituperando, & sic à limine iudiciorum repelli debet, ut. ff. quan. appel, sit. l. si procuratorio. §. 1. ubi † di-
2 citur, quod contraria proponens non est audiendus, ut probatur, extra de appel. sollicitudo. & 23. q. 7. quod autem. & 8. distI. quo iure. in fi. sed nota, quod si commendet aduersariũ per uerba duplicia debet commendare quæ habeant ad utranque, nam dicendo sic. Domine ueritas rerum latere non potest. C. si ut se
3 ab hær. abst. l. 1. Item † dicat quod scientia uera nota est quia commendatione non indiget, ipsa enim se ostendit. ff. de in integ. restit. l. 1. C. quan. & quib. quar. pars. l. 2. in med. Item
4 † demonstrata non sunt demonstranda, ut. ff. de do. pr. l. 3. ad fin. & quia loquella uestra manifestos uos facit 93. dist. legimus in Esaia. & 97. dist. nobilissimus. nam tales commendationes duplices sunt, si tamen uis eum commendare, non commendes de aduocatione, sed de doctrina legis, & experientia rerum, caueas tamen ne probris & conuitijs contendas cum illis, nam sic opinio tua pateretur diminutio-
5 nem, 3. qõ. 7. tria † alias si sis adeo procax, debuisses expelli de limine iudicij cum dedecore. 5. q. 4. in loco benedictionis. Item si qua dicas, protesteris quod non animo conuiciandi uel iniuriandi dicis, sed animo iuris tui con
6 seruandi † protestatio enim multum ualet. C. de iniur. l. si non cõuicij. & 31. q. 2. Lotharius. extra decens. c. cum olim. C. de postul. l. quisquis. ff. de procur. l. quæ omnia. alias si turpia
7 uobis imponit, utamini uerbis tẽperatis † cõtra eum dicendo, salua pace uestra, salua reuerentia uestra, salua honestate uestra & æquipollentibus uerbis, ut. ff. de eden. l. argentarius. in fin. ff. de dolo. l. non deber. ita dicitur in canone, ut cum pace uestra loquar. 26. dist. deinde. tamen circa hoc sis intentus quod omnia uerba aduocati aduersarii notes, & uis est, quia si multa proponit poteris ipsum comprehendere, & ipsemet dicet,

Ehu

Ehu patior telis uulnera facta meis.
8 Habetur † enim fides contra eum dictis suis,
ff.de inter.act.l.de ætate.§.1.C. de liber.cau.l.
cum prætor.C.de non nu.pec.l.generaliter. &
idem dicit Innoc.extra,ut eccles. benef.ut no
strum. Et ideo sapientes sunt aduocati qui in
prin.dicti sui protestantur quicquid utile fue-
rit clientulo suo, & principalis persona debet
idem dicere,scilicet,quæcunque pro me dixit
aduocatus meus pro me rata habebo,uolo ua-
lere & uidere utrum utilia sint,uel non, & in-
utilia respuo, sicut in procuratore. C. de pro-
cura.l.nuntius.ff.quib.mod. pign. uel hypo.l.
3.ff.de pact.l.iurisgentium.§.quod si forte.C.
de error.Aduoc.l.1.& accedit ius canonicum.
extra de arbi.c.per tuas.extra de appel.c.cum
causam.& c.significantibus.

S V M M A R I V M.

1 *Ius ex facto oritur.*
2 *Deus quomodo dicatur mutare sententiam.*
3 *Aduocatus quando debeat instare pro sen-*
tentia.
4 *Actor non probans punitur.*
5 *Litigans temere punitur in sumptibus litis.*
6 *Reus in exceptionibus fit Actor.*
7 *Aduocatus debet dehortari à litigio litigan*
tem iniuste.
8 *Litium effectus dubius est.*
9 *Vincens inique diu non gaudet.*
10 *Memoria labilis est.*
11 *Veritas inuenitur quærendo, opponendo, &*
disputando.
12 *Aduocatus primo debet quærere de salario.*
13 *Aduocatus non debet promittere uictoriam*
specialiter suo clientulo.
14 *Iniuria iudicis tangit partes.*
15 *Iudicem sine causa infestans punitur perpe-*
tua infamia.
16 *Aduocatus cautus non debet suo ore legere*
scripturas quæ producuntur in iudicio.

Qualiter aduocatus facti seriem proponere debeat. Cap. VI.

IN facto aduersarij, & sui clientuli hac uia
ambulet qui uult uenire ad portum salu-
tis, ut homo qui litigare expectat dicat
aduocato suo seriem facti secundum quod
est, id est exemplum negotij,ut C.de transac.
1 l.ut responsum † quia ex facto ius oritur. ut
ff.de iureiur.l.duobus.§.si ei qui.& l.ult.ff.de
iure codicil.l.cum quidam ff.ad legem Aquil.
l.si ex plagis.§.in cliuo. Item sæpe contingit,
quod ex breuissima mutatione facti mutatur
totum ius,ut.ff.de excus.tut.l.si is.sic dicit ca-
non,de pœnit.dist.1. quamobrem. ubi dici-
2 tur † scit Deus mutare sententiam, si tu mu-
taueris delictum.de pœnit.dist.3. Achab Rex.
22.q.5.incommutabilis. Ad hoc.ff. de lega.3.
l.hoc genus.& l.fœminas, & ff. de contrahen.
emp.l.si in emptione.§.ulti.l.cum ab eo. & l.
qui fundum.primo resp. eo. titu ff.de in diem
adiect.l.3.ff.de lega.1.l. si quis filio. & in aliis
consimilibus exemplis. Item si factum utile
& uere positum sit, quærat post fundatam in-
tentionem probationes, quia si probationes
non habet non procedat, quia interdum pro-
batione cessante iudicium conquiescit. 23.q.
4.Christiana.ff. de testam. tut.l. duo sunt Ti-
3 tij.Item † si non habet probationes, & factū
est lucidum uel notorium,petat ut feratur sen
tentia.2.q.1.de manifesta,& c.manifesta, & c.
scelus. si in aliquo fiat dubium,deferatur iuſ-
iurandum.ut ff.de iureiur.l.admonendi. tamē
4 hoc est uerum † quod semper actor debet pro
bare de intentione,alias punitur tanquam te-
mere litigator.C.de eden.l.qui accusare.C.de
act & oblig l.negantes.C.de prob.l.actor.simi
5 liter † secundum canones punitur temere li-
tigans in sumptibus litis. extra de pœn. tem.
lit.c.calumniam. dicas extra de pœn.c.calum-
niam. De dolo & cont.c finem. & 33.q.3. hæc
6 imago. Item si est Reus, oportet quod habeat
probationes affirmatiuas, uel exceptiones,
alias in exceptionibus.ut ff.de probat.l.in ex-
7 ceptionibus. si tamen uiderit aduocatus † fa-
ctum clientuli inefficax,uel propter se uel pro-
pter probationes, desertum, dicat ei nollo li-
tigare,quia spem non habeo obtinendi, ideo
sumptus facere non debes.ff. de inof. testam.
l.1.& dicit canon, quod non debemus defende
re quod ratione uiti non potest. 24.q.3.si ha-
bes.26.dist. Deinde opponitur. quia quod ra-
tione caret extirpandum est.68.dist.cor Epis-
8 copi. cum tamen non sit ita; † quia effectus,&
exitus dubius est.nam quandoque obtinent li
tigatores ex industria, uel astutia, uel igno-
rantia aduersæ partis.ff. de iudic.l.si filius.ff.
de euict.l.si per imprudentiam.ff.de fideius.l.
exceptione.ff.ad leg iul.de adult.l.denuntiaſ-
se.in fi.ff.de uar. & extraord.cognit.l.si iudex
ff.ad Trebel.l. seruus. seruo.§. cum Prætor.ff.
de inof.testam.l.pracipimus.& l.posthumus.
§.si quis.ff.de pecul.l.quod debetur. hoc ta-
men reprobo quo ad Deum, quia.
9 Nemo † diu gaudet qui iudice uicit. iniquo
Vel quo ad animam, & quo ad Deum, & quo
ad corpus, & quo ad famam,præcipue si factū
est dubiū sibi uel propter se, uel propter pro-
bationes.habito exemplo negotij in scriptis
10 † quia memoria est labilis. C. de testi.l.iube-
mus. non uerecundetur dicere,uolo delibera
re,quia melius est deliberare quam succumbe
re;sicut fit de delatione hæreditatis,quia hæ-
res debet deliberare, utrum uelit abstinere
ab hæreditate,utrum sit lucrosa uel non.C.de
iur.delib.l.ult.primo resp.uel faciat inuenta-
rium.

sium.12.q.2.hæc huiũs.& c.charitatem. Item
uisis probationibus, si per se non potest scire
quærat consilium peritioris. ut.ff. de iure de-
lib.l.2.ff.de bon.pos.l.in bonorum.& de ea.ff.
de re iud.l.si dubitares si cum mores.ff.de ma
numis.l.1.& 2. quia non omnes in omnia, sed
omnes per singula meliores uel deteriores in-
ueniuntur.C.de uet.iur.enucl.l.2.§.sed ex iis.
11 sic.ff.ad leg.Corne.de fals..l.si à te. † Sic enim
inuenitur ueritas,scilicet quærendo, oppone n
do,& disputando.ff. de mun. & hon.l.munerũ.
quali ad fin.ff.de lega.3 l.offilius. C. de trans.
l.si pro fundo. & idem dicit canon, quod alij
habent prophetiam, alij habent discretionem
uirtutum, & sic de singulis uirtutibus. ut de
consecrat. dist.4. cum tantum ualeat. Item si
12 uisum fuerit eidem aduocato litigare † pri-
mo quæratur de salario, ita quod salarium sit
conueniens personę & negotio,alias uilissimũ
reputabitur.ut 3.q.7.c.tria. postea det consi-
lium, inde adiungat sibi alium aduocatum si
uiderit expedire ad societatem. quia in ore
duorum,&c. ut 2.qõ.4.c.1. extra de testib. in
omni negotio.nam ait Salomon.uhe soli.ut 7.
q.1.illud.31.distio.in omnibus.& propter hoc
dicit lex.& aduocatos & aduocatum dabo si-
cut causæ negotij uidebitur expedire.ut ff. de
of. procons.l.quicunque.ff.de postul.l.1.extra
de offic.iud.c.1.& 2. Item caueat sibi aduoca-
13 tus† ne clientulo promittat uictoriam litigan
di specialiter, quia hoc non est in eo sed in iu
dice.ut.C.de act.& oblig.l.actio.& l.quisquis.
ad hoc accedit canon.11.q.3.& si ad tempus.
& c.pauper qui non habet quod offerat.14.q.
14 5.c.non sane. Item † iniuria iudicis iniuria
iudicis est & partium.ff.de iniur.l. item apud
Labeonem.extra de pœnis.c.dilectus. extra de
senten.excommu.c.sacro.ubi tales puniuntur
ad interesse,sed melius probatur. C.de appel.
15 l.a Proconsulibus 1 † ubi tales notantur per-
petua infamia qui tales iudices sine causa in-
festant. Item non est boni aduocati testem
subornare,nam remanet ei ius dicendi in per-
sona & in dicto.ut 4.q.3.item in testibus.extra
de testi.c.præsentium.ff.eo.titu.l.pupillus.C.
de contrahen. & committen. stip.l optimam.
16 † Imo sint cauti aduocati ut scripturas quæ
in iudicio deducuntur suo ore non legat, quia
si essent falsæ, ex hoc ut falsi puniuntur.ff. ad
leg.Corne.de fal.l.codicillos,extra de ijs quæ
fiunt à præl.si.con.cap.nouit.cum suis concor.
Et hoc sufficiat causa breuitatis de clientulo
& aduersario.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio de salario fieri potest.*
2 *Causarum merita partium assertione pan-*
duntur.
3 *Reus potest uti pluribus defensionibus.*
4 *Aduocatus non debet pacisci cum clientulo*
post litem contestatam.
5 *Aduocatus aduocans pro modico salario est*
uilis.
6 *Aduocatus non debet protrahere litem.*
7 *Aduocatus non debet conuenire cum clientu*
lo de quota litis.
8 *Aduocato debetur totum salarium si per eum*
non stat.
9 *Aduocatus non defendens clientulum pro ui-*
ribus,est plus quam latro.

Quando conuentio de salario fiat inter clientem & aduocatum. Cap. VII.

Quando debeat conuenire de salario
1 & de quanto † lex dicit. C.de po-
stul.l. quisquis.ff.de uar. & extra-
or.cognit.l.1.uulgare etiam docet
eum posse.unde uersus.

Dum dolet infirmus medicus sit pignore
firmus.

C.de iudic.l.properandum.§.ult.dicitur tamẽ
contrarium.C.de suffrag.l.uni.in prin.ad in-
star illius quod de soluenda pensione tracta-
2 tur: † quia merita causarum partium assertio-
ne panduntur,extra de in integ.rest.c.cum ex
litteris.C.de non nu.pec.l.1. extra de postu.c.
4.C.si per uim uel al.mo.l.fin. Item hanc cau-
tellam habeat aduocatus,quilibet si alia ratio
eum non moueat ante si sustineat tam partem
3 Rei quam Actoris † quia iura fauent Reis, ut
utantur pluribus defensionibus ad defenden-
dum tanquam ad impugnandum.ff. de act. &
oblig.l.Arianus.ff de regu.iur.l. fauorabilio-
res.& l.nemo ex ijs.& instit. de interd.§.reti-
nendæ.ff.de re iud.l.inter pares. & accedit ius
canonicum.3.q.9.indicas.extra. de fide instr.
c.inter dilectos.ad fi.extra de accus.cum opor-
tet.&.5.q.6. Epiphanium. cum suis sim.hoc ta-
4 men uerum est, † quod non debet post litem
contestatam cum clientulo suo facere pactum.
5 3.qõ.7.§.tria.c.2.Item † non debet pro modi-
co sallario aduocare, quia uilis & contempti-
bilis est reputandus.3.q.7.c.3. Item † non de-
6 bet litem diu protellare siue protrahere, sed
7 accellerare negotium.d.c.3.Item † non debet
cum clientulo de quota parte litis conuenire.
d.c.3.§ præterea. l.si qui. C.de postul. & ff.de
uari.& extraord.cognit.l.medicus. Item non
debet causam præuaricari, quia infamis effi-
8 ceretur.d.c.3.& ca.2.§. tria. Item † postquam
de sallario conuenit & non est res integra &
per eum non stat, potest petere totum sala-
rium,etiam si clientulus nollet procedere uel
9 componatur.ff.loca.l.qui operas. † Item ul-
tra latrocinium peccat, si clientulum canoni-
ce pro uiribus non defendit.87.distinct.irreli-
giosum.

Summa.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus actoris portat pondus diei & æstus.*
2 *Actor utitur una sola uia, Reus pluribus.*
3 *Aduocatus Actoris debet laborare ut Reus citius quam poterit condemnetur.*
4 *Aduocatus Actoris non debet dare Reo causam dilatandi negotium.*
5 *Breuitas damnosa est uitanda.*
6 *Aduocatus debet uti uerbis ambiguis.*
7 *Aduocatus Actoris debet esse sagax.*
8 *Possessorium est commodius petitorio.*
9 *Negotium accellerari debet.*
10 *Prætoris est lites breuiare.*

De ijs quæ conueniunt in specie aduocato actoris. Cap. VIII.

COnuenienter tractatum est de aduoca
tis Actoris & Rei i genere. modo præ
uidi tractare quædam quæ speciali-
ter ad utilitatem aduocati Actoris
1 pertinent. † Aduocatus enim Actoris portat
pondus diei & æstus. Et ideo oportet ipsum
esse sagacem & subtiliorem, & diligentiorem
quam aduocatus Rei. quia Reus in duobus ca-
sibus obtinet, ut si absoluatur, uel si non con-
demnetur, sed Actor non obtinet nisi in uno
casu, scilicet si condemnetur sibi Reus. Dif-
ficilius est enim Actori uenire ad uictoriam
per unum casum solum quam Reo per duos,
ut dictum est. C. de donat. l. sancimus. ad fi. &
2 † quod Actor una sola uia utatur & Reus plu-
ribus, habetur. ff. de regu. iur. l. quoties dubia.
& accedit ius canon. 6. q. ult. quod autem. & le-
gitur extra ut eccles. benefi. ut nostrum. extra
de fid. instrum. inter dilectos. ad fi. & hæc sunt
de onere Aduocati Actoris. Videndum nunc
3 est de doctrina. Propterea est doctrina. † Quod
debet laborare, ut Reus quam citius poterit
condemnetur, & sic Aduocatus Actoris in princ
cipio, & medio, & post, usque ad consumatio-
nem non sit bilinguis, nec debet aduersarijs
seruire, sicut dicitur, minus iacula feriunt quę
præuidentur, quia læuius lædit quicquid præ-
4 uidemus ante, nec debet dare aduocato: † ad-
uersarij occasionem negotij dilatandi filacte-
rias, quod debet esse specialiter aduocati Rei,
& ita Aduocatus Actoris de se posset cōqueri,
ex quo uitium, & causa processisset differen-
di. C. ad leg. iul. de adulte. l. fin. ff. de mino. l.
Reus. ff. de excusat. tut. l. quinquaginta. extra
5 ut eccles. benef. ut nostrum. Item not. † quod
non debet ita breuiter esse loquutus, ut aliquid
dimittat de contingentibus, ne per nimium
compendium ueniat ad magnum dispendium,
extra de accusat. c. qualiter. il primo. Item Ad-
uocatus Actoris sit prudens sicut serpens, &
ostendat se simplicem sicut columba, & tunc
aduersarius minus cauebit, & quasi passer sibi
prouidebit, & tanquam pauper uerborum spe
cialium utaris generalibus, scilicet ut tua ostē
datur simplicitas, & sic aduersarius tuus mi-
nus erit instructus de tua intentione, ad hoc
6 ff. de iur. fisc. l. ita. Item † loquatur ambiguus
tanquam expers propriorum uerborum, & uta
tur uerbis duplicibus, ut possint haberi ad
plura, & ambigua accipientur pro te, nec sta-
bitur interpretationi aduersarij. ff. de iudi. l. si
quis intentione. ff. de uerb. oblig. l. inter stipu-
lantem. §. 1. & si concordabis. ff. de pact. l. uete
ribus. & de rei uendic. l. idem. quasi. in fin. sic
26. q. 5. nec mirum. 26. q. 4. c. 1. & 2. Item † Ad-
7 uocatus Actoris utatur diuersis sagacitatibus
postea si possit, explicet negotium suum, sine
libelli oblatione, & sine strepitu iudiciario, &
siue solemnitate iuris, ut latius pateat impre-
catio sua & petitio, & possit ostendi latius, &
hoc ne cadat, a iure suo proponendo inepte
actum uel causam, uel libelli formationem. &
8 si poterit, † primo agat possessorio quam pe-
titorio quia commodius est. instit. de interd.
§. Retinendæ. uersi. commodum. extra de resti.
spol. c. ex conquæstione. & c. litteris. & c. item
cum quis, est enim periculosum proponere
interdictum. ut extra de restit. spol. cum ad se
dem. potest tamen de petitorio transire ad
possessorium si uidebitur expedire, ut ff. de ui
& ui arm. l. eum qui fundum. extra de cau. po.
& propr. ca. pastoralis, de talibus cautellis, &
consimilibus habetur. ff. si mens. fal. mo. dix. l.
prima. ff. de offic. proconf. l. ea quidem. & ff. de
accus. l. læuis. & l. generali. 4. q. 4. c. nullus. §. in
9 alijs. Item † accelleret negocium quantum po-
test. ut. ff. de dam. infec. l. 2. Item de paruitate
negotij & eius abbreuiatione habetur. C. de
sent. ex breui. rec. auth. nisi. præsertim ubi est
consuetudo quod causæ explicentur siue li-
bello, debet instare apud iudicem quod ita de-
10 beat procedere, quia † boni prætoris est lites
diminuere & abbreuiare, nam laboribus &
expensis partium parcendum est, ut ff. si cert.
pet. l. quidam. ff. fam. hærcis. l. ædes. & ut. c. no-
ua. de senten. & re iudic. & c. cordi nobis. De
iis & similibus debes instrui; si tamen non po-
teris euitare, accedas ad libelli compositio-
nem, & componas eum taliter quod non pos-
sit reprobari, ponendo personam Actoris &
Rei & iudicis. & rem quæ petitur, & causam
petendi, ut extra de libel. c. pen. & ult,

SVMMARIVM.

1 *Rei fauorabiliores sunt quam actores.*
2 *Reus quando quis dicatur.*
3 *Rei pars uocatur fugiens.*
4 *Iudicium fugiens diffidit de iustitia.*
5 *Dies tota cedit termino citationis.*

B Reus

6 *Reus comparens quid facere debeat.*
7 *Reus protestari qualiter debeat.*

De aduocato Rei, & quæ ipsi conueniant. Cap. IX.

DE aduocatis Rei proposuimus dicere, quia † fauorabiliores sunt Rei quam Actores.ff.de act.& obl.l.Arianus ff.de regu.iur.l. fauorabiliores. Et tutius est condemnandum absoluere quam absoluendum condemnare.ff. de pœn.l.absentem.in prin.7.q.1.c. aduersitas.§. hoc etiam. 23.q.4.quam magnum. c. qui secundum. & c. quantum arrogantiæ. Nec tamen aduocatus peccat si laborat quod Reus absoluatur quandiu contra eum non fuerit probatum. ff. de proba.l. ei qui. C.de prob.l.actor. C.de eden.
2 l.qui accusare. Et † dicit canon quod non statim qui accusatur Reus est, sed qui conuincitur criminosus, 15.q.ult.c. ult. & 2.q.1.multi. ad fin. Item hac forma in primis procedas
3 † scilicet tuum est fuggere, & differre causam quantum potes. & pars Rei uocatur fugiens. C.de iudici.l. properandum. ita tamen fugias quod non præsumatur contra te, ex nimia fuga.ff.de euict.l. si idem. & dicit canon,
4 quod † qui iudicem refugit, apparet eum de iustitia diffisum.11.q.1.Christianis. & dicitur alibi, quod sicut innocens ut absoluatur quærit iudicium, ita & nocens subterfugit. extra
5 de præsump. nullus. Item † non uenias in termino cito, sed permittas quod aduersarius ueniat primo, ut forsam tedium ei sit, & recedat, & tunc uenias. quia tota dies termini tibi cedet. instit.de uerb.oblig.§. in diem. & cum uenis, facias te fortem, dicendo paratum ad procedendum, & de dilatione dolere. ita quod non prouoces iudicem contra te, & facias scribi tuam præsentationem tuam, nec recedas sine authoritate iudicis, ne te putet esse contumacem. 11.qō.3. certum est. C.de decur. l.si
6 quis decurio. † Ad ultimum uenias coram iudice, & presente Actore petas quod te absoluat ab obseruatione iudicij, siue ab instantia iudicij, & cum recedis, facias scribi licentiam iudicis, uel absolutionem. si Actor instet, tunc sedeas, & nihil dicas. & appone mentem tuā ijs quæ dixerit Actor, & si iudex dixerit se de obiectis dubitare, uel quid iuris, tu ad dicendum surge, & loquere plane quasi uidearis à somno excitatus, & tandem incipias, rogando primo Iudicem ut benigne audiat te, secundum. l.ff.de ijs quæ in testam. delen.l.penul. & accedit canon. 30.qō.5. iudicantem oportet cuncta, ubi dicitur, præbita patientia, & tunc commenda iudicem, ut supra dictum est de commendatione iudicis, & blandiaris ei quan-
7 tum potes † præmissa tamen protestatione, & ea uisa scribi, uel data in scriptis, quod quicquid proponis, salua tamen omni exceptione, tam dilatoria, quam peremptoria, proponis, non consentiendo in eum tanquam iudicem, nec admittendo actorem legitimum, de qua protestatione proponenda probatur.C. de lit. contest.l.1.& 2. ff.quib.mod.pign.uel hyp.solu.l.debitor. & l. fin.ff.si quis caut.l.2.§.omni autem.

SVMMARIVM.

1 *Causarum merita partium assertione panduntur.*
2 *Iudex supplet quæ desunt aduocatis.*
3 *Honorari non debet qui non honorat.*
4 *Aduocatus Actoris non curet respondere Reo non probanti.*
5 *Actor quando debeat instare pro sententia.*
6 *Testes non possunt in modica hora bene notari.*

Quid debeat agere Aduocatus Actoris coram consiliarijs. Cap. X.

ACtoris autem Aduocate cum eris coram consiliarijs iam approbatis, captare beniuolentiam eorundem, sicut dictum est tibi de commendatione iudicis, deinde expone benefactum, si bonam habes causam, uel fones iustitiam, deinde legas libellum uel petitionem scriptam, deinde lege acta coram consiliarijs, & omnes probationes tuas, uel positiones, confessiones, interrogationes, & instrumenta, & dicta testium, & consimilia legas, ita quod iudex & consiliarij bene intelligant, & maxime confessiones aduersarij in quibus est maior uis, ut quia dicit Alexander.

Non est confessi causa tuenda Rei.

Et de omni origine probationis à te introductæ, deinde allega iura super corroboratione probationum. 15.q. 1.§. 1 argum.ff. de re mil. l.non omnis.§ a barbaris, & inducas argumenta subtilia uel probabilia, sicut patet per uarios iuris articulos, & maxime docet te.l. Nesennius.ff.de neg.gest.ff.si cert.pet.l. lecta.ff de lega.primo.l.neque.ff.de excep. rei ind.l. singulis.C.de quæst. l.cum milites. C.de probat. l.possessiones. cum simil. Item & ad hoc accedit ius canonicum extra de testi.in inreg.c.
1 cum ex litteris, ubi dicitur, † quod merita causarum partium assertione panduntur extra de prob. quoniam contra falsam. ubi quatuordecim ponuntur quæ debent recitari coram iudice antequam feratur sententia scilicet, citationes, libelli, positiones, testes, & similia, & accedit 13.q.1.§.ult. ubi ponitur modus allegandi, scilicet sub epilogo colligere dicta aduersarij, & probare postea intentionem suam per ius. de pœnit. distin.1.c.quis aliquando.§. ijs authoritatibus. uer. item cuncta quæ de le-

profis.

prosis. Item si consiliarij fuerint uere iuris periti, si non habeas uiam præ manibus, propo nas beneficium tuum sicut dictum est, & dicas, exposui factum, iura debent esse in pectore
2 uestro, † postulo tamen ut suppleas de iure quæ mihi desunt, ut extra de postul.ca. bonæ memoriæ.& C. ut quæ del.adu.l.1.& 2.& si mi tissime exponas factum ueibis tuis. Item si forsan aduersarius uellet aliud proponere, au dias patienter eum si te patienter audiuit gerendo sibi morem, alioquin reddas sibi talionem, quia sic ars deluditur arte, & dicit regula iuris, patere legem quam tu ipse tuleris. extra de const.cum omnes. vnde oratius.

Quia lex nequior ulla est,
quam necis artificem arte perire sua.
Vnde uersus.
Legem quam tuleris de iure tenere teneris.
Si bene protuleris iure peritus eris,

Non tamē scandalizes iudicē uel cōsiliarios, quia cū dedecore expellent te, quia, eijce deri sorē, & exibit cū illo iurgiū quia erit cultus iu
3 stitiæ silentium.5.q.4.in loco. Item † quia nō meruit honorari qui non honorat, nec docere qui doctor non est, in auth.de sanctis.episc. §.1.& accedit 61.dist.c.ult. ubi dicitur. quod omnis uitæ actio ad id quod intendit se ratio ne informat. Item non habeo te in principem nisi habeas me in senatorem.15. dist.esto sub-
4 iectus. Item † si ipse Aduocatus Rei non probat intentionem suam, non cures illi respondere. Sed tamen ita conclude.adiuua prius iu ribus intentionem tuā, deinde improba quod dixit aduersarius respondendo exceptionibus, & replicationibus, & ita facias quod sis ultimus in loquendo si potes. Cum autem consilium datum fuerit, & in scriptis redactum, si times de malitia iudicis, si cum honestate poteſt fieri, labora ut scias consilium, quia poteris melius scire quid sit agendum, scilicet, an ad sententiam festinandum, an componendū, uel ad aliquod de nouo proponendum, uel ad beneficium restitutionis in integrum petendum, uel alia beneficia forte prætextu falsitatis, uel alia ratione probabili excogitata. Item
5 † si de uictoria sis certus, adesto ut sententia feratur, ne tunc possis transire cum uictoria honestatis, si tamen times de contraria sententia, quia si etiam tunc succubuisset aduersarius, tamen habebis uictoriam, si autem absoluatur, tamen quantum in te fuit, uictor fuisti, cum nihil de contingentibus ommisisti, forsan consiliarij iniquum dederunt consilium, uel minus bene uiderunt dicta testium, uel iudex
6 præuaricatus fuit consilium, † quia in parua hora fides testium non potest plene notari, ff.de usur.l.mora.ff.de testi.l.testium. & accedit extra de rest.in integ.c.cum literis.ubi dicitur, quod in uno mense nō potuit Eugenius bene instrui de causa, quia si aliqua forsan dimisisti in specie, in generali debuerunt subintelligi, quia quandoque generalia sufficiunt per se, & quandoq; prosunt cum specialibus, ff.de pact.l.1.ad fin.ff.de act.& oblig.l.ex contractibus.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus minor proponit.*
2 *Iudex non debet applicare animum ad unā probationem.*
3 *Scientiā omnis aduersus se destruitur.*
4 *Aduocatus Rei non recedat à iuditio sine aduocato Actoris.*
5 *Actores debent ampliare causam, & Rei attenuare.*
6 *Aduocatus non debet loqui inconsiderate.*

Quando sunt plures Aduocati, quis debeat primo proponere. Cap. XI.

1 CVm autem plures fuerint aduocati, primo minores † proponant & maiores seruentur in ultimo, ad hoc ut melius defendant proposita ab alijs aduocatis, cum sunt simul, debent deliberare ea quæ sunt proponenda, quia facilius inuenitur quod cum pluribus sapientibus deliberatur.20.dist. de illis.argum.extra. de offi.dele. cap.prudentiam, uerba enim illata nullo telo repulsa uidentur præualere, nisi auctoritate iudicis repellantur.30. qō.5.iudicantem.4.q.
2 3.si testes.in princi.ubi dicitur, † quod iudex non debet applicare animum ad unam probationem. Vnde dicitur in canone. ueritas cum non defensatur opprimitur.83.dist. error. Itē prouideant Aduocati, ne se impediant ad inuicem, siue sint Aduocati Rei siue Actoris, nā di-
3 cit Grego. quod † omnis scientia aduersus se destruitur.25.qō.2. si ea destruerem. Item si quis stultus Aduocatus fuerit inter eos, dicāt sapientes alij Aduocati clientulo, quod faciat eum tacere, quia quod sapiens dixerit, fatuus destruet.16.q 7.noua actione.93.dist.legimus
4 14.q.8.conuenior. Item † consiliarius Aduocati Rei sine Aduocato Actoris non recedat, scilicet, ne aduersarius aliud dicat in præsentia alterius, & aliud in absentia quod mouere possit iudicem uel consiliarios. Item præmonere debes iudicem, ne aliqua in absentia tua quæ non sint in actis, & communiter non fuissent
5 lecta recipiat. Item † hoc sit uobis pro regula, quod Actores debent ampliare causam, & Rei attenuare.4.q.4.c.1.& 2. Item hoc diligenter debent Aduocati attendere, quod super quacunque dubitatione debēt simul loqui ad hoc
6 quod aduersarij † magis timeant, ne forte loquantur inconsiderate, quia tunc debent puniri.5.q.5.c.ult. Item recita omnia à prima citatione usque ad calculum sententiæ, & sic dicat iudici uel consiliarijs, ecce oculi domini super iustos, & aures eius in precibus eorum.

Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat memoriam eorum, & qua mensura mē si fueritis, remetietur uobis, ea tra de accus. c. qualiter. Et hæc sufficiant causa breuitatis in primo libro de cauillationibus & cautellis Aduocatorum.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

INCIPIT LIBER II.

SVMMARIVM.

1 *Citationes quomodo fieri debeant.*
2 *Solennitas non seruatur in causis paruis.*
3 *Citatio in criminalibus qualis esse debeat.*
4 *Iudex ecclesiasticus qualiter procedat.*
5 *Apparitores qui dicantur.*
6 *Officiali utrum credatur in magnis causis.*
7 *Iurare falsum nemo præsumitur.*
8 *Officialibus etiam iuratis non creditur.*
9 *Officialibus non creditur in criminibus denuntiandis.*
10 *Nuntio iurato creditur super citatione.*

De citationibus, & adiunctis. Cap. I.



Ncipit secundus liber de citationibus, & commitantibus eas, scilicet de interstitijs temporum in citatione, & de contumacibus in non ueniendo Reis uel Actoribus, & de libellis formandis, dandis, recipiendis, & impugnā dis, qui per. 10. titulos est diuisus. sic ergo distingue librum, ut melius informeris. De citatione iudicis ciuilis ordinarij uel delegati. De citatione iudicis ecclesiastici ordinarij uel delegati. De interstitijs temporum inter unā citationem & aliam, De peremptorio mittendo qualiter & quando. De contumacia Rei nō uenientis in primis terminis, uel tantum peremptorio. De contumacia Actoris nō uenientis in primis terminis, uel in peremptorio. De libellis formandis. De libellis porrigendis, De libellis recipiendis. De libellis impugnandis. &c. De citationibus sic teuendum est. citationes autem si sunt de minoribus causis & à minoribus iudicibus ordinarijs uel delega-
1 tis: † fuerint per ædictum, quod tamen nō est in usu, sed per nuntium uel epistolas simplices frequentantur, si est iudex pedaneus uel delegatus ab alio quam a Principe duobus modis uel temporibus citetur, uel commoneat, quod
2 ueniat reuersurus, † in causis paruis in quibus & coram quibus non debet seruari solemnitas nimia. C. de iudici. l. scimus. in fi. C. quomo. & quan. iud. auth. qui semel ff. de arbi. l. sed interpellatur. §. arbiter adesse. C. de fideius. l. t. & l. cum uero. §. pen. ff. de petit. hær. l. item ueniunt. §. alteri. & accedit authoritas canonis. 5. qō. 2. præsenti. & c. 1. §. ult. extra de appel. c. cum parati. Item si agitur de magnis
3 causis † ciuilibus uel etiam criminalibus cum maiori solemnitate debet citare, scilicet trinis edictis cōtinentibus triginta dies, & 30. & 30. uel uno pro tribus peremptorio. 24. q. 3. de illicita. & debet habere 20. dies ad deliberandū. ut. 3. q. 3. offerratur. quia in talibus citationibus uel per surreptionem debet fieri, ut 3. q. 2.
4 induciæ. Item † in hoc esto cautus si litigas sub iudice ecclesiastico, ut monitiones & citationes faciat per litteras solēniter, & habeat instrumentum publicum de oblatione citationis, & si non potest habere copiam tabellionis, adhibeat duos testes super hoc. probatur extra de probat. c. quoniam contra. & accedit ad hoc legalis prudentia. C. de annal. except. l. ut perfectius. Item si litigat sub iudice seculari ciuiliter, in quibus quandoque dantur missi ad citandum cum infulis rubeis uel alio signo quo cognoscantur quod sunt missi qui uocantur quandoque exequtores uel officia-
5 rij. 4. q. 4. nullus. Quandoque † uocantur apparitores, ut extra de homici. c. tua nos. quandoque uocantur cateliciarij. ut. C. de scor. l. executoribus. C. de bon. proscr. l. acceptum. in fi. per unum missum talem posse citari in paruis negotiis, si autem est arduum per duos terminos uel per tres debet citare peremptorie, C. de appel. l. in offerrendis C. quom. & quan. iudex. l. consentaneum. 24. quæst. 3. de illicita.
6 Item † quæritur hic, utrum uno officiali misso credendum sit in magnis causis & arduis qui citauit super eandem causam, & uidetur quod sic. C. de exhib. reis. l. fin. & accedit ius canon. extra de appell. comparati. & est ratio, quia ad hoc sunt instituti, & inuenti, & sunt iurati facere fideliter officium suum, nec est uerisimile quod debeant deierare. C. ad leg. iul. repet. l. iubemus. & accedit ius canonicum r. quæstio. 7. sancimus. ubi dicitur, quod † non
7 est uerisimile, quod aliquis iureiurando falsa proponat. & accedit ad hoc extra de præsump. illud & de præscr. ad audientiam. quibus canonibus habetur, quod præsumitur pro tabellionibus, cum sint iurati, quod recte faciant officium suum, item quod eis non credatur ratione infirmatur, ut esset utilitas officiorum talium iuratorum si semper secum cogerētur ducere duos testes, & quomodo ipsi testes super hoc deponerent, cum etiam ipse nuntius non possit testes ad hoc compellere, nec interpellatus intersit receptioni testium. C. de fid. instrum. l. iudices. Item ista secunda interpellatio quomodo probabitur. Pone quod non sit locus ubi sint tabelliones, nec etiam missioni crederetur

crederetur, nec etiam iudex ciuilis scit litteras uel habet sigillum, quomodo ergo fieret sibi fides de citatione, si suo nuntio iurato nō crederetur, propter hoc ergo dicendum est,
8 quod stetur dicto officialis. † Sed contra probemus, & uidebitur ex aduerso quod non solum officiali uel etiam iudici non creditur, uel arbitro. C. de arbi. l. ne in arbitris. & quod etiam officialibus iuratis non sit credendum, nisi eorum testimonium & assertio alio adminiculo adiuuetur, probatur. C. de bon. uacan. l. fin. & ad hoc est expressum. C. de decur. l. s. nec est dubium, quia dictæ ll. loquuntur in alijs casibus. vbi dicitur, quod statur dicto nuntio
9 rum: † non in criminibus nuntiandis, in quibus non creditur etiam magistratibus, nec officialibus, nisi sint notoria. ut. C. de cust. reor. l. 2. & C. de accus. l. ea quidem. Solutio, non creditur testimonio unius testis iudicis in causa litigiosa. 4. q. 3. si testes. ff. de quæst. l. unius. 5.
10 q. 2. c. ult. 35. q. 6. c. ult. cum suis concor. † creditur tamen nuntio iurato ad hoc super citatione, sed non super crimine, extra de appel. cum parati. 24. q. 5. circumcelliones. 4. q. 4. §. aliquando.

SVMMARIVM.

1 *Citatio iudicis ecclesiastici qualis esse debeat.*
2 *Delegatus non potest recedere à iuris solemnitate.*
3 *Iudici ecclesiastico quando credatur,*
4 *Citatus non comparens in peremptorio non admittitur nisi refectis expensis.*
5 *Contumax damno litis coercetur.*
6 *Vocatus in ius non comparens punitur.*
7 *Procurator admittitur ad allegandam absentiam.*
8 *Procurator admittitur pro absente defendendo.*
9 *Actor in reali mittitur in possessionem causa rei seruandæ.*
10 *Actor in personali mittitur in possessionem mobilium uel immobilium pro modo debiti declarati.*
11 *Agens ad hæreditatem mittitur in possessionem totorum bonorum.*
12 *Agens ad damnum quod metus causa, pro modo debiti declarati mittitur in possessionem causa custodiæ per iuris similitudinem.*
13 *Missio in possessionem quomodo fiat in actione familiæ herciscundæ.*
14 *Pignoribus raptis potest quis compelli uenire ad iudicium.*
15 *Iudex quomodo procedat in communi diuidundo.*
16 *Agens possessorio recuperandæ an mittatur in possessionem.*
17 *Annus transcursus an faciat possessorem.*
18 *Superfluo petitur quod iure conceditur.*
19 *Sententia interlocutoria potest ferri lite non contestata.*
20 *Missio directa in præiudicialibus non potest fieri.*
21 *Causa patriæ potestatis est negotium extraordinarium.*
22 *Possessor debet seruari in possessione.*
23 *Iudex quid debeat facere in causa libertinitatis, & ingenuitatis.*
24 *Dominus mittitur in possessione feudi uasalli contumacis.*
25 *Actor in confessoria mittitur in possessionem ob contumaciam Rei.*
26 *Iudex quid facere debeat in actione de itinere, & de aqua quotidiana & æstiua.*
27 *Cautio debet præstari in actione damni infecti.*
28 *Iudex in causa legatorum quid facere debeat Reo contumace.*
29 *Agens ad pœnam dupli mittitur in possessionem.*
30 *Missio in possessionem qualiter fiat in actione ad exhibendum.*
31 *Contumax suspenditur à dignitate ad instar dilapidatoris.*
32 *Coadiutor datur suspecto de dilapidatione.*
33 *Iudex quid debeat facere in actione separationis thori.*
34 *Iudices debent obuiare malicijs hominum.*
35 *Sacramentum calumniæ quando deferratur.*
36 *Actionis intentatæ natura consideranda est.*
37 *Agēs emphyteuticaria uel hipothecaria quid agere debet.*
38 *Positiones contrariæ sunt cauendæ.*
39 *Actor Reo non probante petat sententiam.*
40 *Terminus ante conclusionem in causa datus debet esse communis utrique.*
41 *Appellans primo probationes primo dare debet.*
42 *Testes debent iurare partibus præsentibus.*
43 *Dilationes tres dandæ sunt ad probandum.*
44 *Protestatio debet fieri ante aperturam testiū.*
45 *Protestatio ante aperturam testium iure ciuili fit magis ad cautellam quam ex necessitate.*

46 Testes

De citatione iudicis ciuilis ordinarij uel delegati. Cap. II.

Circa citationem iudicis ecclesiastici
1 sic est procedendum † si est ordinarius citare poterit per nuntium uel per litteras quia pinguius ius habet quam delegatus, extra de appel.c.cum parati. & est de consuetudine. 5.quæst.2. præsentium. quod non citatur in ciuitatibus nisi per nuntios, nisi esset ardua causa. 34 q.3.de illicita.C. de appella.l.quoniam.C.quom. & quan.iud.l.
2 consentaneum.& 3.q.3.offeratur. Iudex † delegatus non potest recedere à iuris solemnitate.extra de offi.deleg.de causis.de exc.c. pastoralis.extra de dolo & contum.c.finem litibus. extra de appella.c.significantibus. & est ratio, quia eorum iurisdictio non late patet antequã à prorogatione partium approbetur. ut in d.c.significantibus, & ideo à iuris solemnitatibus nõ debet recedere, scilicet citare per tria edicta in quacunque causa, & in ultimo peremptorie.24.q.3.de illicita,quia daretur materia appellandi.extra de dilat.c.1.† iudici ec-
3 clesiastico non creditur, nisi quando legitimis constiterit documentis de ijs quæ in iudicio aguntur, extra de probat.c.quoniam contra. de alijs tamen quæ fiunt extra iudicium statur litteris eorundem.extra de testi.c.a nobis.extra de probat.c. post cessionem. Derogatur tamen eius litteris per duos testes. ut in præd.ca.a nobis. quia quomodo puniatur de iure reus quando non uenit in primo uel secundo termino sed uenit in tertio, & secundum diuersas prouincias diuersæ seruantur cõ
4 suetudines, † & secundum omnes doctores bene damnatur in expensis si non uenit in peremptorio, nec recipitur nisi solutis expensis. C.de iudic.l.sancimus. sed si non uenit in primo uel in secundo. Vtrum sit puniendus, & uidetur quod non, quia non fuit contumax. &
5 † solus contumax damno litis cohercetur, ff. de re iud.l.contumacia.extra de accusat.c.ueniens.extra de dolo & contum.c. cum dilecti. sed uidetur contrarium, quia frustatio sua cuilibet debet esse damnosa.ff. mand.l. si hæres. quia non caret dolo qui non obedit magistratui. 11.q.3.certum. ideo etiam debet puniri, quia dolus eius damnosus fuit aduersario.non ergo debuit esse impunitus; item uidetur lex
6 indistincte loqui,scilicet.† Quod si quis in ius uocatus non ierit indistincte debet puniri.C. de iudic.l.sancimus. sic.11.q.3. certum. Insuper si non puniretur, daretur occasio frustrandi lites,quia non uenit ad primum,ueuit post secundum, & sic frustrabitur peremptorium in infinitum quod esse non debet: unde laudanda est ecclesiastica consuetudo quæ tales punit in expensis nisi ostendat iustam causam absentiæ, sed super hoc diuersi doctores diuersa sentiunt. Iac.Bald.dixit, quod nisi ponatur peremptorium non apparet contumax, alij secus sentiunt,& melius si in litteris citatorijs tres termini uel duo inueniantur, si non uenit nisi in ultimo non debet affici aliquo damno,quia ex licentia citationis licuit hoc facere,si autem citatur tantum in uno termino, & si non peremptorie,si non uenit contemnit iudicem, & debet puniri. quia cum constet eum citatum fuisse, certum est eum noluisse uenire, & ideo contemnit iudicem.ff. si quis in ius uoc.non ier.l.1. & 3. & melius 11.qo.3.
7 certum est. Item † ponamus quod etiam pro peremptorio misit nuntium ad allegandum quia non potuit uenire, quæritur utrum sit recipiendus in ciuili uel criminali, & uidetur quod sic.ff.de procur.l.seruum quoque.§.1.& l.absens.ff.de publ.iudic.l.placet, & accedit ius canonicum.5.q.3.si egrotãs.& c.quia episcopus.& d.c.si ægrotans.§.reos.extra de accusat.c.ueniens. & extra de dolo & contum.cap.
8 querellam. Item † si non uenit, sed mittit aliquem qui eum defendat est audiendus.ff. de procur.l.seruum & l.minor.sed si nullus eum defendit allegans causam iudicialem suæ absentiæ.extra de accus.c.ueniens ut alleget causam iustæ absentiæ potest & in ciuili & in criminali damnari à iudice.10.q.3. quia.23.q.3, de illicita. Hoc quæro hic,quomodo tu aduocatus Actoris petes Reũ damnari, & dic quod
9 si fit. † Actio realis, causa debet summatim perscrutari & mitti in possessionem causa rei seruandæ. extra ut lit.non contest.c.quoniam frequenter.C.de præscr.30.an.l.si quis empti nu.ff.ex quib.cau.in pos.ea.l.fulcinius.§. fin.

10 Item † si agatur personali actione mittitur
aduersarius in possessionem mobilium uel im
mobilium pro modo debiti declarati, uel ex-
communicatur Reus, uel secundum consuetu-
dinem ponitur in banno ciuitatis uel castri.
extra ut lit. non contesta. c. quoniam. & c. ex
tua. C. de bon. auth. iud. pos. auth. & qui. Item
11 † si petatur hæreditas ab intestato uel ex te-
stamento, tunc mittitur in possessionem to-
torum bonorum. C. de petit. hæred. l. hæredita-
tis. C. de edic. diui Adr. tol. l. fin. in fin. ff. ex qui
bus cau. in pos. eat. l. Fulcinius. §. fin. Item
12 † quæritur quid iuris quando agitur de dam
no quod metus causa quia uidetur realis &
personalis, & tunc iudex æstimabit damnum,
& pro modo debiti declarati mittitur in pos-
sessionem causa custodiæ. per iuris similitudi-
nem. extra ut lit. non contestæ. c. quoniam. &
extra de foro compet. conquæstus. extra de fi.
instrum. peruenit. ff. ex quib. cau. in pos. eat. l.
Fulcinius. ff. de act. emp. l. 1. in princ. cum suis
concor. Item idem iuris est si ei fuerit denun
tiatum nouum opus. ff. de no. op. nunt. l. 1. sem
per tamen in omnibus prius cognoscat sum-
13 matim. 2. q. 6. sunt quorum. † Item quia si agi
tur de diuisione, scilicet familiæ hercisc. uel
communi diuidundo, si contumax fuerit ad-
uersarius, tunc iudex mittet in possessionem
pro modo debiti, id est secundum petitionem
interesse tui, id est quantum interest tua ip-
sum non uenisse ad diuisionem, quia si uocaris
eum ad diuisionem, ergo ad factum. ff. da usur.
l. quod ergo. de cur. fur. l. consilio. in fi. & sic te
netur ad interesse. ff. de re iud. l. si quis ab alio.
14 Item † posset iudex alio modo procedere, ut
captis pignoribus faciat eum uenire ad iudi-
cium. ff. de uen. insp. l. 1. ff. de arbitr. l. non di-
stinguemus. §. si arbiter. ff. ad leg. iul. pecul. l.
15 eos. Item † poterit iudex, si uoluerit causam
prius summatim cognoscere, mittere arbi-
trum, id est agri mensorem qui recte diuidat.
ff. fam. hercis. l. arbiter. ff. com. diuid. l. & si nō
omnes, & illis iuratis faciat partes, & mittat
sortes pro præsente, & absente. C. fin. regun. l.
si quis. C. quom. & quan. par. quar. l. 2. hoc sal-
uo, quod si aduersarius uenerit infra certum
tempus à iudice datum, & uellet probare con
tra, auditur refusis expensis. ff. de damn. infec.
16 l. à quo. Item † quæritur, an agens possessorio
de recuperanda uel adipiscenda possessione
mittatur in possessionem sicut si peteret ali-
qua specialiter actione personali, extra de cau.
pos. & propr. c. pastoralis. Ad ista secundum
canones sic respondeas, quod mittendus est
Actor in possessionem sicut dictum est, uel ex
communicabunt, extra ut lit. non contesta. ad
hæc. c. accedens il primo. c. tuæ, & c. quoniam
frequenter. quod forte non mittatur, habes ex
tra de sorti. c. 1. 24. q. 3. de illicita. & 26. q. 2. &
17 q. 5. per totum. Quæritur † utrum transcur-
sus anni faciat possessorem, & uidetur quod sic
sicut in realibus, & præcipue si agitur ex in-
terdicto iure scripto. ff. de inter. l. 1. & 2. scili-
cet puta quorum bonorum. Alij dicunt, quod
in personalibus interdictis magis dubitari pos
set. extra ut lit. non contest. c. quoniam ad fin.
ubi dicitur sicut superius est expressum. Item
dicunt quod per transcursum anni nullus pos-
sit habere quod per sententiam haberet. 2. q.
6. §. diffinitiua. 35. q. 8. De gradibus. & melius
extra de sent. & re iud. c. inter uos. 2. q. 6. §. dif
finitiua. c. ei qui. Alij dicunt quod præsumitur
pro intentione actoris, ut ex transcursu anni
in personalibus efficiatur possessor uerus, nō
ergo debes te posse petere possessorem fieri
cum iam ex transcursu anni effectus sis uerus
18 possessor quia † superfluo petitur quod iure
conceditur. C. de thesaur. l. nemo. lib. 10. ubi
dicitur, quod superfluum est precibus impetra
re quod iure communi conceditur, & uidetur
quod sis tibi contrarius, quia contraria propo
nis. ff quan. appel. sit. l. ult. extra de appella. c.
sollicitudinem. Sed quidam sic soluunt, ubi
agitur interdicto uti possidetis, statim ex trā
cursu anni efficitur perpetuus possessor, ff. ut
in pos. leg. l. si duo. ad fin. & idem iuris si iu-
dex pronuntiet mittendum in possessionem
pro mensura debiti. Item & in alio casu effi-
citur uerus possessor, si iudex pronuntiauit
eum potiorem interdicto possessorio si sibi
fuit tempus assignatum quod probet contra-
rium tempus. argum. C. de ingen. manumi. l.
19 diffamari. extra de testi. cum olim † si obijcia
tur de hac sententia quod non potest stare,
quia non fuit lis contestata, dicas quod non
procedit quæstio, quia fuit interloquutoria, C.
de sen. l. post sententiam. C si de mom. poss. l.
1. Item pone quod erat ellectus ad aliquam
potestariam uel dignitatem, & missus est in
possessionem causa rei seruandæ, in hoc casu
dicas, quod iudex ita debet facere, scilicet sta-
tuere tempus infra tempus regiminis ut pro-
bet de iure suo si uellit aliquid probare, alio-
quin constituat eum uerum possessorem. ff. de
offi. procons. l. meminisse. extra de iudic. c. si-
gnificauit. & c. ult. extra de appella. c. oblatæ.
ubi est utilitas ecclesiæ uel ciuitatis ne diu de-
sit cura Pastoralis, & ideo secundum quosdam
Doctores adiudicare debet proprietatem re-
gendi uel consecrandi, si sibi fiat fides de el-
lectione legitima, ut in auth. de sanctis. epis. §.
1. C. de remis. pign. l. si eo tempore. ff. de mun.
20 & hon. l. Reus delatus. † Item quæro quid iu-
ris de præiudicialibus, pone sic, petit ascribi
aliquem in filium tanquam in possessione cō
stitutum. Item pone quod petit tanquam li-
bertum. Item pone quod petat tanquam ua-
sallum. Item pone quod petit tanquam colo-
num. Vel petit tanquam ascriptitium, quid
in casibus prædictis & similibus si non uenit
uocatus, & sic distinguunt sapientes, quia in ta
libus missio directa non posset fieri, debet er-
go iudex per remedia generalia. & per ea quæ
possit contra contumacem excogitare com-
pellere non uenientem, maxime per bannum,
& per excommunicationem, & per missionē
in

In possessionem sicut patet in praecedentibus
sol. sit ad omnia & singula tendendo, & respon
dendo. nam si est filius, petatur, ab ipso pie-
tas 86. dist. non satis, & etiam reuerentia. 35.
dist. sexta die. & in talibus iudex potest pro-
cedere ad uoluntatem patris. C. de patr. potes.
l. si filius. si tamen non est fama quod sit filius,
iudex debet recipere probationes patris de fi-
21 liatione, & patria potestate quia † negotium
est extraordinarium, & pronuntiare super
hoc. C. de usur. pupil. l. pupillus agere. & est
haec causa, quia non praesumitur patrem odis-
se filium. 23. q. 1. paratus. & 23. q. 4. est iniusta.
cum c. seq. Item pone quod filius dicit se non
esse filium, uel dicit se emancipatum, & post
citatus non uenerit, quaero quid iuris sit, & di
cendum est, quod non uidetur quod filius sit
mittendus in possessionem libertatis. ff. de ac-
qui. pos. l. 1. §. 3. Item distingue aliter, aut e-
rant in possessione libertatis filius uel seruus
uel colonus, uel uasallus, aut est dominus in
22 possessione, & † tunc ille qui est in posses-
sione, in eadem debet seruari. 16. q. 4. uolumus.
C. de assert. tol. l. 2. §. ult. si autem alias operas
debebat, extimentur operae, & fiat missio in
possessionem bonorum pro extimatione ope-
rum, ut ff. de uerbo. oblig. l. in stipulationibus
ff. de oper. libert. l. si quando. similiter si agi-
tur de iure patronatus, procedendum est per
confessoriam actionem sicut in causa filiatio-
23 nis. sed † si de libertinitate item ingenuitate
proclamarunt, & non uenit citatus, saluis di-
ctis generalibus, poterit iudex seruare quod
dicitur. C. de ingen. manumi. l. diffamari, scili-
cet assignare terminum peremptorium ei qui
non uenit, & postea pronuntiare eum inge-
nuum, & accedit ius canonicum simile, extra
de testi. c. cum olim. extra de fi. instrum. perue
nit. extra qui filij sint legit. lator. & c. causam.
non enim status alicuius debet diffamari, ad
hoc. C. de remis. pig. l. si eo tempore. Item † si
24 petit quod uasallus recognoscat eum domi-
num, & est contumax, satis est quod mittatur
in possessionem feudi, ea quo dicit eum ua-
sallum, si constet de feudo, reuocet illud ab
eo tanquam ab ingrato. 21. qō. 5. de forma. C.
de reuocan. donat. l. iis solis. Item si petit co-
lonum quia seruum cum peculio si contumax
fuerit, aduocabitur peculium per iudicem.
C. de agric. & cens. l. cum scimus. & l. cum fa-
tis. §. fin. lib. 11. Item quia si agitur iudicio no
xali, uel quia quid faciat iudex, si contumax
fuerit ille contra quem agitur. ff. de re iud. l. 1.
§. & uidetur. quod debet mitti in possessionē
pro modo damni dati. ff. de noxal. l. 1. 2. & 3.
25 Item † quid iuris si agatur confessoria pro
usufructu uel alijs seruitutibus temporalibus,
& dicendum est, quod ob contumaciam rei
mittendus est actor in possessionem illius rei
in qua petit ius ratione illius iuris. ff. de usuf.
l. 3. & stabit usque ad annum, & postea efficie-
tur uerus possessor, ut dictum est de alijs rea-
libus actionibus, extra ut lit. non contes. c. quo
ni

26 niam. Item † quid iuris si agitur de itinere a-
ctuque eundi, uel de aqua quotidiana & aesti-
ua, si ratione possessionis rei non capit dilatio
nem, & aduersarius sit contumax, & dicendum
est, quod iudex dabit sibi aquam, uel uiam, sal
uo iure partis absentis in possessione, uel pro
prietate, ita tamen quod caueat quod si iniu-
ste petebat resarciet damnum aduersae parti. ff.
de testamen. tut. l. idem. ff. de dam. infect. l. hoc
amplius. §. altius. ff. ad exhib. l. si quis merces.
27 §. ratos. l. iulianus. §. 1. Item † si ageretur de
damno infecto, idem iuris esset quod cauere-
tur à iudice, ne casu fortuito domus uel arbor
ruinam minetur, ff. de dam. infec. l. Praetor. &
28 quasi per totum. Item † quaeritur quid iuris
sit si agitur de legato uel fideicōmisso & Reus
esset contumax, Respondeo quod in hoc casu
mittetur in possessionem bonorum legatorū.
C. ut in pos. legat. l. legata. ff. ut in pos. leg. per
29 totum. Sed † ponamus quod petit mitti in
possessionem pro poena dupli, & dicunt quidā
quod etiam pro poena debet in possessione po
ni. ff. de euic. l. 2. quod uidetur absurdum, di-
cas ergo, quod mittitur in possessionem tanti
quanti potest periclitari. ut ff. de act. emp. l. ex
empto. §. 1. sic extra de eo qui mit. in pos. c. cū
30 uenissent. Item † quid iuris si agatur ad exhi-
bendum, qualiter faciat iudex, scilicet cum pe
titur ut exhibeatur res in iudicium, & dicitur
quod debet fieri missio in possessionem rei uel
scripturae quae petitur in iudicio, alias plus ua
leret contumacia quam uictoria quod esse nō
debet. ff. de uerb. signifi. l. plus. & sic secundum
can. extra de accusat. c. ueniens. extra de dolo
& contum. c. cum dilectus. 11. q. 3. certum. po-
test etiam petere interesse suum. ff. ad exhib.
per tot. ff. de in lit. iur. l. in actionibus. Item
31 † quid iuris si agat ut aliquis remoueatur, a di
gnitate, & fuerit contumax, quid faciet Aduo
catus Actoris, & Respon. quod debet suspendi
ab administratione tanquam uitiosus uel su-
spectus ad instar dilapidatoris. ff. de procu r. l.
quae omnia. C. de susp. tut. l. pen. instit. de su sp.
tut. §. fin. ff. de solut. l. quod si forte. §. 1. Item
haec. q. melius soluitur secundum canon. quam
secundum leges. Sic probatur. 11. q. 3. quicun-
que. & 3. q. 9. decernimus. quibus dicitur, quod
suspenditur uel excommunicatur, & si non ue-
nerit, habetur pro conuicto per iuris inter-
pretationem, scilicet si non uenerit infra an-
32 num. si autem † est suspectus de dilapidatio-
ne secundum antiqua tempora, & suspendeba
tur ab administratione, secundum leges supe-
rius allegatas; sed hodie datur ei coadiutor
sine quo in temporalibus nihil facit. extra de
offi. iud. delega. uenerabilis, similiter si est sim
plex in temporalibus. 12. q. 5. quia Ioannes. li-
cet de iure communi non debuisset promoue
ri. 39. dist. Petrus diaconus. & 23. distin. c. 2.
47. dist. de Petro. si tamen fuerit lis contesta-
ta asperius proceditur contra ipsum, quia non
expectatur nisi per unum mensem. & postea
33 excommunicatur. 4. q. 5. quisquis. Item † quid
iuris

iuris sit, si quis agit ad separationem thori, & aduersarius non uenit, debet agere aduocatus actoris ut interim absoluatur a separatione thori, non restituetur contumaa. 24.q.3. de illicita. ad fin. ad hoc accedit legalis prudentia. C. de accusat. l. absentem. C. de requi reis. l.1. ff. de requir. reis. l.4. & l. pen. C. de asseret. tul. l.3. ff. de iure fisc. l. senatus. C. ubi de crim. agi opor. Auth. qua in prouincia. tamen secundum canones excusatur tantum. extra ut lit. non contest. c. ad hæc Deus. Et hæc sunt uera ante litem contestatam, secus post litem, quia recipientur testes, & procedet ad sententiam diffinitiuam. extra ut lit. non contesta. quoniam, extra de dolo & contuma. c. prout, cum suis simil. Item si non est lis contestata, instare debet aduocatus actoris quòd lis contestetur, dato termino ad proponendum omnes exceptiones, eatra de excep. c. pastoralis. ff. si cert. pet. l. quidam. ff. de don. int. uir. & ux. l.3. §. fin. C. de ingen. manum. l. diffamari. iudi-
34 ces † enim debent obuiare malicijs hominũ, & refrenare multitudinem testium, extra de testi. c. causam & c. significauerunt, & si accidit quod per malitiam opponat, & animo calumniandi, faciat iurare de calumnia. C. de iuram. cal. l.1. Item tu aduocate actoris caueas si index est tibi propicius, ne det aduersario materiam appellandi, si non recepit exceptiones, & sic pereat instantia iudicij. ff. qui satisd. cog. l. arbitro. insta ergo ut facias litis contestationem, quia conditio erit satis melior lite contestata. C. in quib. cas. non est rest. in inte. l. in minorum. C. de iudic. l.1. ff. de nouat. l. aliam. ff. de usur. l. uideamus. & accedit ius canon. extra de appel. c. causam. & 3.q.6. offerra-
35 tur, facta † litis contestatione statim facias deferri sacramentum calumniæ, secundum doctrinam tradditam. C. de iuram. calum. l.2. & accedit ius canonicum. c. cum causam & c. fin. de iur. cal. extra, scilicet per principales si fieri potest, ut ibi dicitur. deinde facite positiones, considerantes diligenter quæ positiones su-
36 mant intentionem uestram, item † considera tu aduocate actoris naturam actionis intentatæ, & causam propositam, scilicet, si agitur de dominio, quæ sunt necessaria in probatione dominij. C. de probat. l. cum res. extra de probat. c. licet. ff. de rei uindicat. l. inter aduocatos. & probatur. ff. de acq. rer. domi. quasi per tot. Item si agitur publiciana, considera quæ sunt in casu necessaria. ff. de publi. l.2. & l. quæ-
37 cunque. Item si uis agere rei uindicatione tanquam emphyteota uel superficiarius, uide quid agas, & ad hoc require. ff. de superfi. l.2. instit. locati. §. item de prædijs. Item uide si agis hypothecaria de pignoribus caute agas, C. si alien. res pign. da. l. nexum. C. quæ res pign. oblig pos. l. qui filios. ff. de procura. l. quæ omnia. Item si uis agere utili hypothecaria quauis. ff. de pignor. l. grege. §. & in superficiarijs. & l. si ab eo, & sic de omnibus actionibus realibus uel personalibus uel mixtis, & ita facias in una causa, ut in alijs instruaris, scilicet
38 in positionibus & probationibus. † Item caue à contrarijs positionib. scilicet quia turpe est enim si opponas contra te, Verbi gratia, si agis petitione hæreditatis, aut quorum bonorum, & dicas te possedisse, uel si possideret aliquo tempore post mortem defuncti. Item si agitur publiciana, & dicas te aduocatum emisse. uel ages uti possideus, & dicas aduersarium possidere, & à similibus positionibus factis & sic dis caueas, de talibus contrarietatibus & cautellis habes extra de iudici. c. examinata. extra de probat. c. licet. extra de restit. spoliat. c. ad sedem. & c. Pisanis. extra de cau. pos. & propri. c. cum ecclesia & c. Pastoralis. & ibi recitas nec proponas aliqua acta, sed tantum causam petendi. extra, de libel. c. ult. & agas conditione ex canone. 3.q.1. reintegranda, ab interdicto proponendo etiam caue extra de re-
39 sti. spoliat. ad apostolicæ. † Item si uideris intentionem tuam probatam, & à reo nihil opponi, facias fieri sententiam. ff. de rei uind. l. officium. C. de probat. l. siue. Item si dubitas de causa tua, quia forsan non plene probasti, & sic diffidis, & habes adhuc aliquas probationes, pete dilationem competentem ad probandum antequam sit in causa conclusum, secundum l. C. de probat. l.1. in fin. & l. ad pro-
40 bat. & 3.q.3. c. induciæ. §. spatium. † Et terminus detur communis reo & tibi, si aliqua uult probare. C. de temp. in integr. restit. per. l. petendæ. hoc & cautius est in iure canonico, quod actor & reus non ad iniuriam iudicantur. 15.q.5. presbyter. & 23.q.4. est iniusta. & 3.q.9. Reuera. & 4.q.5. quisquis. & extra de excepti. cum dilectis. cum suis simil. Tamen
41 † qui prior appellar, prior dabit probationes. ff. de iudic. l. qui prior. extra de mut. petit. c. 1. extra de ordi. cogni. c.a. cum dilectus. exceptis præiudicialibus. 3.q 11. per tot. extra de dolo & contum. c. ult. hoc non est ommittendum:
42 quia † testes partibus præsentibus debent iurare. C. de testi. l. si quando nisi per contumaciam se absentent. C. de fi. instrumen. l. iudices & hoc habes in iure canonico, extra de testi. in nomine domini. 3.q.9. dedimus. Dicta tamen secrete sunt scribenda, & non debet reuellare dicta sua. 4.q6.3. item si quis. † Item
43 tres debes habere dilationes ad conducendos testes tuos, uel unam dilationem competentem, & in qua fiant tres productiones, & quae tam cum solemnitate iuris legalis. ff. de feri. l. s. ad fin. & in auth. de testi. §. quoniam uero, & accedit ius canonicum, extra de testi. c. significauerunt. & c. ult. etiam saluo iure minorum scilicet restitutionis, ubicunque læsi fuerint.
44 Item † si testes contra te inducuntur, protesteris ante aperturam testium, quod licitum sit tibi dicere contra dicta testium. & personas, extra de testi. c. præsentium. Item sis cautus quod non aperiantur testes nisi præsentibus
45 partibus. Item † iure ciuili potest fieri protestatio ante apertionem testium magis ad cautellam

tellam quam ex necessitate .C. de testi.l. fin. ad fin. Item lectis testibus, facias tibi dari copiam tuorum testium, & Aduersarij, non parcas pecunie clienteli tui, quia in hoc posset causa magis lædi,& tu reputari stultus. Itē cō eorda testes tuos, & uide si concordant in unam & eandem sententiam non bene per easdem sillabas quasi per præmeditatum sermonem,quia crederentur subornati.4.q.3.lege.

46 Item † in testibus considerandum est, & uidendum si bonam causam assignant suæ testificationis, & reducas ad mentem legis.C. de pœn.l. qui sententiam.ff. De testi.l. testium. & l.qui falsa.C.de testi. l. solam testationem, sic secundum canon.11.q.3. quisquis. & extra De testi.c.3. & .3.q.9.nihilo minus. & .c. pura & simplex. & extra de testi.c.1.& 2. c.licet.& c.ult.ff.de testi l.ob causam. in fin.C.de contrah. & commit. stipul. l. placet. & fin. Item uide si probauit Aduersarius uel tu peremptoriam exceptionem, ad hoc require.ff. & .C. de except. & extra de except. per tot. Item

47 † uide testes Aduersarij, quia forte per illos probasti intentionem tuam, quia dictum eorum commune est.C.de episc. & cler. Auth. sed iudex. & accedit ius canon. 14.q.5. non sane. & .4.q. 3.unde toleris ad iudicium & si in omnibus defecisti secundum dictum Iustiniani quiesce.C. de iudici.l. rem non nouam.

48 ad fin. Item † si timeas damnari tanquam calumniosus litigator. extra de pœn. c. calumniam. De rescrip.c quia nonnulli.ff. de iniust nocan.l.eum qui. si, à principio bonam habuisti conscientiam.16.q 3.c.placuit.§.præscriptionum, magno strepitu fingas te probasse ut citius uenias ad compositionem. ut extra de elect.c.cum inter. extra de præben. nisi es sent.& extra de arbitr. cum tempore.nisi confidas de aliquo instrumento uel de aliqua dilatione legitima.ut .ff. de iudic.l. interdum. &

49 accedit.4.q.5.quisquis. Item † quæro,si lectis testibus possit Reus opponere exceptiones peremptorias non sibi de nouo competentes, & uult eam probare per testes eosdem, & tu opponis replicando exceptionem contrariam quæritur utrum Reus audiēdus sit postquam didicit testificata, quia sic daretur ei materia fabricandi falsa, & uidetur quod non sit ei danda copia producendi testes.ff. de eden.l.1. §.editiones.ff.quemadm. testam ap.l.2.ff. de furteiur.l.ait prætor .C. de præscr.l. si quid.C. de appel.l. eos.§.1.C. de temp. appel.l. per hanc. & accedit ius cano. extra de testi.c. per

50 tuas. & c. constitutis. Sol. † si quæstio fuit mota ante apertas attestationes, uiderentur testes suspecti. extra de testi.c.per tuas. & ita sentit Vinc.super illa decret.de testi.de eaten sione. Si autem post depositiones orta fuisset exceptio testium, non est dubium quod testes super ipsa admitterentur, siue ipsi, siue alij, extra de testi.c.ueniens.& c.cum causam quæ inter. & c.cum in tua. quia ad diuersa in-

51 ducuntur, ut in prædictis iuribus. Item † pro uideas,ne cōtra te inducas diuersas scripturas, quia tibi imputabitur,& perdes causam,& dice Ehu patior telis uulnera facta meis.

C.arbitr. tutel.l. ueteris.& accedit ius canon. extra de fi. instr. c.imputari. Item non cures in iudicio fidem facere adnotario sed iudici. ut.C.de prob.l. 1.2. & 3 .C. de cond. obtur. cau.l.2.& 3.q.7.indicet. Item exhibe uel aliquam aliam probationem ex transcursu.s. quia non uidetur fuisse factum est. De contrah. stipul.l. optimam. & dicit canon, quod

52 † iniquitas omnia præcipitat. dist. 61. sacerdotale. de pœnit. dist. 3. inter hæc hircum. & dicitur alibi, quod silentium est cursus iustitiæ..5.q.4.in loco benedictionis. & alibi dicitur, quod improbatur celeritas.23. q. 5.c.1. & 15.q.3. illa præpositorum. & hoc uerum est,nisi timeres periculum ex malitia Aduersarij, quia tunc haberet locum sententia Lucani de Cæsare.

Tolle moras, semp nocuit differre paratis, Et accedit ius canonicum. distinctio. quinta. Baptizati. & 27. quæstio. 1.si homo. & c.si cu

53 stos. Item † si uis bene deliberare tam super tuis probationibus quam Aduersarij, delibera ieiuno stomaco, quia tunc sensus melius uiget.5.q. 1.sane. extra de testi.c. 1. & 22. q.5. honestum. & si uidebis, replica & triplica quæ in talibus sunt necessaria. extra de except. per tot. & ff. de curat. fur.l. consilio. & ut melius deliberes, dicit philosophus, quod post somnum quo satis dormijsti melius deliberabis, quia nullus rumor impediet sensum tuum. Item semper sit in tua memoria, ut cū alijs sapientibus deliberes,quia dicit sapiens, Omnia cum amico delibera, caue an sit uetus amicus, & dicit canon, quod facilius inuenitur quod a pluribus sapientibus quæritur.20.

54 dist. de quibus. Est etiam notandum, † quod non debes promittere uictoriam clientulo, sed dicas, quod speras te posse uincere omni adiutorio Dei,sed non sum certus, sed faciam quod potero,quia certus in incertis nec sum, nec quis fuit unquam. Si tamen uideris quod causa à principio fuerit iusta, sed tamen est modo quasi desperata, tunc componas cum clientulo. Sicut componit fiscus cum homine de præsenti uita desperato. s. si uixerit dabit is tantum sic de uita læsa uel desperata, & si moriatur, dabit is tantum. 14. q.5. non sane. & de pœnit. dist 7.c.ult.quasi ad fin.& 23. q.4.cum superflua. ad fin.cum suis simil. Item

55 † si uideas esse procedendum in causa, adeas iudicem sermone modesto, & læta facie quia. In facie cordis loquitur secreta uoluntas.

Et dicas eum reuerentia. Domine procedatis. & si de fide sua certam spem getas, dicas quod per se ferat sententiam, alias dicas, Domine, si placet,habeatis consilium sapientum ad exonerationem uestram, & sic non consentis in malum consiliatium,nec in eius sententiam, semper tamen in diffinitionibus dicas, quod deliberet cum sapientibus quasi tutius, secundum

secundum solomonem dicentem, omnia fac
cum consilio, & postea non te pœnitebit.
quia facillius inuenitur quod à pluribus sa-
pientibus quæritur.20.dist.c. ult.extra de of-
56 fic. deleg.c. prudentiæ. Imperatores † etiam
cum consilio procedunt. sapientis.ff. de dam.
infec l.si in ædibus. Item quandoque testator
cum consilio sapientum facit testamentum.
ff.de uulg.& pupil.l.eum ex consilio. & acce-
dit ius canon.7.q.1. deniq;. Vbi dicitur,quod
Roboan perdidit regnum eo quod noluit au-
57 dire sapientes. Est † etiam approbata consue
tudo, ut non feratur diffinitiua sine consilio
sapientum. Cum ueneris ad consiliarios, ca-
ue tibi, quia multa falsitas consueuit com-
mitti à consiliarijs, quia licet dictum sit illis
ut dent iustum consilium.11.q.3. iniustum,&
14.q.5.non sane. tamen sæpe uendunt iniu-
stum cōsilium, & caue tibi ne sis de illis,quia.
Turpe est doctori cū culpa redarguit ipsum.
Considera ergo quàm causam habes, & consi-
dera de consiliarijs si est dissensio, & si consi-
dis in eis, uel amicicia, uel saltem quod non
sint inimici, nec alterius partis amici specia-
58 les, Affectio † enim & dominatio & affinitas,
& timor,& odium peruertunt humanos sen-
sus, & male informantur quæstum pietatem
putent.3.q.5.accusatores. & 11.q.3. quatuor
modis. de hoc etiam habes. 4.q.3. item in te-
stibus,quandoque etiam uitabant tales.C. Ad
leg. iuli. repet.l.penult.& l.sancimus.C.de iu
dic.l.rem non nouam. & in Auth. ibi posita.
C.de testi.l.iurisiurandi. Sed tamen hodie non
expelluntur seu compelluntur ad hoc, quia
quandoque obesset, nec etiam aliqui debent
iurare sine causa necessitatis.C. de episco. &
59 cler.l.cum clericis. §.quod si lis † & tales igi
tur consiliarij elliguntur ad officium uel con-
silium de quibus non uideatur necessarium iu
ramentum, si clerici sint, si tamen essent su-
specti consiliarij in ardua causa siue clerici si-
ue laici debent iurare secundum leges. ut .C.
de iureiur. prop. calum. Auth. principales.
60 & .C.de iur. fis.l.penult.lib.10.Sol.si est † pu
blicus consiliarius qui semel iurauit & iura-
tus est non iurabit iterum,si autem est extra-
neus, in arduis negotijs iurare debet,per iu-
ra præallegata nisi consuetudo præscripta re
61 pugnet. † Sed nunquid consiliarij possint cō
pelli quod iurent & dent consilium, Et dicas
quod non, quia nullus cogitur de suo facere
beneficium.10.q.2. Præcariæ, nec coguntur
cognoscere inuiti.74.q.gesta. Item. Quæri-
62 tur † si consiliarius,uel delegatus, uel ordina
rius ex causa noua possint recusari, & etiam
Arbitri.& dicas quod sic secundum leges, &
canones.C.de iudic.l.Apertissimi. & extra de
offi. iudi. deleg.c. insinuante. & 3.q.5. Quod
63 suspecti. Potest † etiam Consiliarius recusari
cum nullum habeat ius, nisi euidenter appa-
reat quod malitiose recusetur. Labora tamen
in tua sententia bonis uerbis, blando sermo-
ne,& bene composito, hæc quidem sunt quæ
quanquam ad Aduocatum Actoris dirigantur
tamen & Aduocatos Rei instruent. Si autem
habes malam causam siue Actor,siue Reus sis,
non dicitur quod consilium petas, nisi quod
cesses uel componas,quia nolo mortaliter pec
care pro te. Instruo ergo iudicem ecclesiasti-
cum & ciuilem in persona tui Aduocati bona
fide,& sana conscientia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Citatio trinis edictis fieri debet in causis ma*
gnis.
2 *Citationes in minimis sunt iudicis arbitrio.*
3 *Induciæ in criminalibus quæ & quantæ esse*
debeant.

De interstitijs citationum inter unam & aliam. Cap. III.

DE Interestitijs citationum sic tenen
1 dum est. Quod † in magnis & arduis
causis pars ternis ædictis debet citari
ita quod in primo ædicto debent.30.
dies contineri,ut probatur.24.q.3. de illicita.
C.quom.& quan. iud.l. consentaneum. nam
tales non debent præmature fieri. extra de
dilat.c.1. quia multa per subreptionem fieri
2 consueuerunt.3.q.2.induciæ. Item † in cau-
sis minimis citantur ad arbitrium iudicis, ut
probatur.5.q.2. præsenti. & hoc ante litem
contestatam. ut.5.q.3. c.ult. Post litem uero
contestatam mensem debet habere.4.q.5.quis
quis. deliberatoriæ. 20.dierum.3.q.3.c.indu-
3 ciæ.§.offerratur ei. Item præparatoriæ † in-
duciæ in criminali saltim sex mensium.3.q.2.
c.de inducijs. Item iudicatoriæ quatuor men
sium. extra de offic. del. quærenti. & extra de
sent. & re iudic. quod ad consultationem. Re
stitutoriæ quatuor mensium.3.q.3. si Episco-
pus. tamen pro maiori parte arbitrariæ sunt.
arg. extra de appel. oblatæ. & 5. q.2. Præsen-
ti.§. ult.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quilibet potest citare peremptorie.*
2 *Peremptorium non debet mitti nisi ex cau-*
sa ualde necessaria.
3 *Missio in possessionem non potest fieri de iu-*
re sine peremptorio.
4 *Citatio peremptoria ad quid necessaria sit.*

De termino peremptorio mittendo. Cap. IIII.

DE Peremptorio mittendo sic tenen-
1 dum est, quilibet † Iudex potest per
emptorie secundum canones citare,
extra de sent. & re iud. cum Bertol-

dus. extra de offic. deleg. c. ex litteris. Item
2 † peremptorium non debet mitti nisi ex causa ualde necessaria extra de dilat. c. 1. ex. de in integ. rest. cum ex litteris. ff. de iudic. l. non unquam. Item etiam peremptorie potest iudex mittere bis uel ter & quater. ff. de iudic. l. 2. extra de offi. deleg. c. consuluit. Item si
3 non † mittitur peremptorium, non potest de iure fieri missio in possessionem. C. quom. & quan. iud. Aut. qui semel. & .C. de iudic. l. sancimus. & tribus edictis debet citari, uel in uno pro omnibus peremptorio. C. quom. & quan. iud. l. consentaneum. 24. q. 2. de illicita. Si tamen constare posit quod in prima citatione non uult uenire, non esset ulterius citandus. ff. de re iud. l. cum ergo. tamen secundum
4 canones secus est, nam † ad superandam maliciam citatur peremptorie. 3. q. 9. c. decernimus. extra de dolo & contu. prout. & c. dilectus. & c. cum olim. & C. quom. & quan. iud. l. ea quæ. & per tres denuntiationes. Et non quod peremptorium ponatur præmature sine magna necessitate, secus est appellandum Extra. de dilat. c. dilectus filius Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Dolosi sunt infames.*
2 *Reus contumax in criminali potest excommunicari lite non contestata.*
3 *Contumax in criminali damnatur in expensis.*
4 *Contumax in criminali non auditur appellans.*
5 *Contumacis bona in criminali post annum applicantur fisco.*
6 *Contumax quomodocunque damnatur.*
7 *Contumax non auditur nisi refectis expensis.*
8 *Contumacia triplex est.*
9 *Contumax post litem contestatam damnatur, & perdit possessionem.*
10 *Contumax quibus pœnis affligatur.*

De contumacia Rei. Cap. V

1 DE Contumacia Rei sic est tenendum † Quod dolosi sunt infames secundum legem. ff. de ijs qui not. inf. l. 1. ff. de dolo. l. 1. dum tamen per dolum se absentet. ff. de dolo. l. 2. Item de talibus tra
2 ctatur, † quod si est Reus contumax in crimi nali potest excommunicari lite non contestata. 11. q. 3. Rursus. & c. quicunque. Item post litem contestatam. 3. q. 9. decernimus. 4. q. 5. quisquis. ff. de Requir. Reis. l. ult. Item † hoc est tenendum, quod damnatur in expensis. & si quis in ius uoc. non ier. l. 1. & 2. extra de dolo. cum dilecti. & extra de accusat. c. ue-
4 niens. Item † tenendum est, quod non auditur appllans. 2. q. 6. sunt quorum. ff. de appell. l. creditor. & 24. q. 3. de illicita. ff. de in integ. rest. l. Diuus. ff. de iudic. l. Et post edictum. §. se-
5 cundum. Item † in criminali post annum res eius applicantur fisco. ff. de Requir. Reis. l. ult. secundum cano. excommunicatur, uel mittitur Actor in possessionem. extra ut lit. non contest. c. quoniam frequenter. C. de Re-
6 quir. Reis. l. quicunque. Item † quoquomodo agatur siue ciuiliter, siue criminaliter, etiam lite non contestata damnatur secundum canon. extra de dolo & contum. c. Veritatis.
7 Hoc † tenendum quod contumax semper tenetur ad expensas, antequam sibi aperiantur portæ iudiciorum, extra ut lit. non contest. c.
8 quoniam frequenter. & c. Tuæ. Item † nota, quod triplex est contumacia. Cum uocatus non uenit. Cum uenit non tamen obediens. Vel eum recedit sine licentia iudicis. 11. q. 3. certum est. Item nota, quod si fuerit contu-
9 max post litem † contestatam recipiuntur testes. in Auth. de testi. §. ult. extra de test. c. in nomine domini. in Auth. de exhib. Reis. §. si uero. collat. 5. & fertur diffinitiua, & hoc si liqueat de causa, alias si non liquet, saltem perdit possessionem, & fit de possessore petitor. C. quom. & quan. iud. l. consentaneum. C. de iudic. l. properandum. §. sinautem Reus. ff. de
10 appel. l. ult. Item † nota, quod auxilium contra contumatem est excommunicatio & expensarum damnatio, & missio in possessionem, & annorum propulsio. ff. ne uis fiat ei qui in poss. mit. l. 1. extra ut lit. non contest. c. quoniam extra. de of. iud. deleg. c. certumque 17. dist. multi. cum suis concor.

SVMMARIVM.

1 *Actor non comparens Reo comparenti damnatur in expensis.*
2 *Actore non ueniente in peremptorio Reus absoluitur.*
3 *Actor contumax qualiter puniatur.*
4 *Contumax lege diuina morte mulctatur.*

De contumacia Actoris non uenientis. Cap. VI.

1 DE Cõtumacia Actoris citantis Reũ. Si non † uenerit in primo uel in secundo termino, ueniente Aduersario, damnandus est in expensis, & merito, quia temere uocauit. ff. de iudic. l. eum quem temere. quia uidetur delusisse iudicem & aduersarium, Et ideo in criminalibus ex-
2 communicatur. 4. q. 5. quisquis. si † non uenerit in peremptorio. Reus absoluitur. ut in prædicto canone. & 11. q. 1. christianis. C. de iudici

iudici. l. properandum. §. sin autem actor. Magis enim offendit Actor quam Reus, si non uenit in terminis constitutis, & maior est Actoris contumacia, quia apud iudicem instare debet, & ampliare causam. 4. q. 4. c. i. ad fin. im
3 mo † debet soluere oēs expensas Reo, & puniri in damnis & interesse totius litis, exacto eo quod promittere debet si non exequatur litem, uel si exequens non uicerit. 3. q. 3. induciæ. §. spatium. positus autem in contuma-
4 cia † lege diuina morte mulctatur. 11. q. 3. Absit. extra qui fil. sint legit. per uenerabilem. & idem in Actore ut in Reo. 20. dist. placuit. 22. q. 4. qui sacramento. cum suis concor. hodie si non uenit Actor in primo citatorio, Reo ueniente, punitur in expensis, nec admittetur iterum ad citandum nisi præstet cautionem quod prosequetur citationem.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in criminali qualiter formetur.*
2 *Libelli criminalis formatio qualiter iure probetur.*

De libelli formatione. Cap. VII.

1 FOrma sic libellum in criminali † Anno Domini. M.CCLVI. indic. xiiij. xij. Kl. Aprilis. tempore Innocentij iiij. anno. iij. Papatus sui. Ego Laurentius Romanus Nicolam diaconum de urbe ecclesiæ sanctæ Agathæ apud uos uel coram uobis. Domino A. Cardinali sancti Georgij ad uelum aureum accuso, quia dico eum commisisse adulterium cum Berta uxore Vberti Cerdonis de urbe in parochia sanctæ Mariæ Maioris in domo Cinci mense Augusto præterito. Vnde peto illum ab ordine deponi, & ad pœnam talionis me obligo. & me probaturum pro-
2 mitto: & quod ita † debeat fieri probatur. 2. q. 2. per scripta. §. libellorum. ff. de accus. l. 2. & l. is cui. extra de probat. c. tuæ. alias Aduersarius respondet tibi. ut in Auth. de litiga. §. ad exhibendum. & §. scimus. Item quod in talibus libellus sic fit formandus. habes in l. 1. ff. de æden. Item quod de pluribus criminibus possit in uno libello accusari. 3. q. 10. c. primo, & secundo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quomodo formetur in materia recuperanda possessionis.*

De recuperanda possessione, quomodo formetur libellus. Cap. VIII.

1 DE recuperanda possessione sic forma libellum. † Coram uobis Domino A. Bonon. Episc. conqueror ego Laurentius de incola Romano qui expoliauit me possessione uineæ meæ uel quasi, positæ in panicali, cuius tales sunt confines a mane &c. Vnde peto possessionem mihi restitui cum fructibus medio tempore perceptis, & qui percipi potuerunt, quos facio centum libras Bonon. & peto eum puniri pœna canonica & legali, per illam legem. C. unde ui. l. si quis in tantam. ff. de ui & ui arm. l. cum a te, & peto damna facta & facienda, passa & patienda. & interesse, quod facio tantū, &c.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quomodo formetur in causa turbatæ possessionis in re immobili.*
2 *Libellus in re mobili formatur per interdictum utrobi.*

De retinenda possessione quomodo formetur libellus. Cap. IX.

DE possessione quæ impeditur, & non permittitur canonice possideri. Icci
1 co † super ea sic formatur libellus. Coram uobis domino. A. Rauennati Archiepiscopo conqueror. Ego Ioannes de Petro, qui turbat me uel inquietat in possessione uel quasi possessione (pone) talis uineæ, uel uillæ, uel ecclesiæ. Et peto ut illum prohibeatis, & hoc casu propono interdictum
2 uti possidetis. Item † si est res immobilis, formatur sicut dictum est. Si autem est res mobilis, formatur per interdictum utrobi. instit. de interd. §. interdicto. & ubique gerit uicem Rei & Actoris. ff. de iudici. l. in ijs tribus. Quomodo cadit ab interdicto, probatur instit. eo. tit. §. sed hodie. extra de probat. c. licet. ff. de interd. l. ex interdictis. extra de præscrip. si diligenter cum sim.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in actione personali quomodo formetur.*
2 *Rei expressio & ualor debet fieri in libello.*

De formatione libelli in actione personali. Cap. X.

1 DE personali actione sic forma libellū. Coram † uobis domino A. Bituricensi Archiepiscopo peto Ego Ioannes de Deo quod compellatis. B. de tali loco dare mihi decē ex causa mutui, uel compellatis Aduersarium mihi scribere librum, uel ad aliquid tale, & quia non fecit tempore quo promisit, peto pœnam in hi promissam, & damna, Expensas, & interesse, quas facio

facio tantum, saluo iure addendi uel minuen
2 di † & specifica quod res talis erat uel tanti ponderis, uel talis coloris, uel talis speciei, uel metalli. ff. de furt. l. in actione. ff. de rei uindi. l. furem. alias, si rem. ff. depos. l. 1. si quis argumentum. nam si incertum petis absoluetur Reus. ff. de act. & oblig. l. Arianus. extra de fid. instrum. cap. inter. &c.

SVMMARIVM

1 *Libellus quomodo formetur in actione reali.*
2 *Actio rei uendicationis directa competit si petatur seruus uel ancilla.*

De formatione libelli in actione reali. Cap. XI.

1 QVando intentas actionem realem, sic forma libellum. † Coram uobis domino A. Rauen. Archiepiscopo conqueror Ego Ioannes de deo de Petro, quia detinet fundum meum uel ad me de iure spectantem positum in tali loco, cuius confines sunt tales &c. Et peto cum fructibus a duodecim annis citra, quos facio tantum, & qui percipi potuerunt, quos facio
2 decem corbes uel modios. Item † si petis seruum in libello uel ancillam, debes agere rei uindicatione directa agendo ad rem. ff. de rei uindic. l. si in rem. & si nescis nomen serui uel ancillæ, debes uti circunstantijs uice proprij nominis. ff. de cond. & demonst. l. nominatim. ff. de rei uindica. l. in rem. alias, si in rem.

SVMMARIVM.

1 *Criminaliter agens quid debeat preuidere.*
2 *Stellionatus crimen locum habet ubi non est propria actio.*
3 *Actor coactus eligere alterum ex duobus statutis eligat posterius.*
4 *Aduocatus nisi sit ualde sufficiens consulat peritiores super formatione libelli.*
5 *Aduocatus nouus, si potest, debet esse ex parte Rei.*
6 *Aduocati ueteres debent timere nouos.*
7 *Aduocatus nouus non debet offendere antiquos.*
8 *Reus absoluitur crimine non probato.*
9 *Clausula (saluo iure addendi uel minuendi) quid operetur in libellis.*
10 *Libellus potest mutari ante litem contestatam.*
11 *Actio non debet adi nisi illi qui conuenitur.*
12 *Libellus debet redigi in actis ut sit firmus.*
13 *Iudicis est malitias libellantium reprimere.*

De formatione libelli in causa criminali. Cap. XII.

1 SI Criminaliter quis intendat agere uel accusare, Primo † præuideat si habet probationes criminis, quia in talibus plenissime probationes requiruntur. C. de edict. diui Adr. toll. l. 1. C. de edendo. l. is apud. Et nota, quod uidere debet qua actione agat siue qua lege, quia hoc facit lex in publicis quod facit actio in criminalibus uel ciuilibus. ff. de accu. l. libellorum. C. qui accus. non poss. l. item iudex. Item uide si crimen est publicum uel priuatum. Item uidere debet si crimen habet certum nomen criminis.
2 ff. de priua. crim. l. 1. Si uero † non habet proprium nomen, potest agere crimine stellionatus. ff. de crim. stel. l. 2. & etiam lege municipali potest eum conuenire, si in statuto est certa pœna. Item si posset latenter agere uel accusare, scilicet iure ciuili & municipali, ut iudex utroque iure uel alio quo uellet, hoc esset expediens Actori, eo quod, licet statutum municipale introducat pœnam, non tollit antiquam nisi statutum hoc dicat, expres-
3 se. ff. de accus. l. quoties. Item † quando cogeretur Actor eligere, stet statuto quod posterius est, quia quandoque posterius derogat prioribus. ff. de in integ. restit. l. Diuus. C. de fidei. l. 1. 2. & 3. in libello accusationis scribat Actor, quod se obligat per accusationem subire pœnam. Si uero non est de consuetudine patriæ sicut est in Italia inter laicos C. de fid. instrum. l. si ueteris. C. de accusat. l. fin. & sic instruo Aduocatum Actoris, ut cum fuerit Romæ, romano uiuat more, & sic ubique teneat; quia oportet nos sequi mores & leges municipales in quocunque loco. 8. dist. quæ
4 contra mores. 12. distin. illa. Item † nisi ualde sufficiens sit Aduocatus semper cum sapientibus deliberet, super compositione libelli, nec erubescat hoc facere, non confidat de sua scientia. Sic. C de postulan. l. prouidendum. & C. de re milit. l. olim qui se-
5 miel. lib. 12. Item † hoc nota, quod Aduocatus nouus debet esse, Si potest ex parte Rei, quia periculosum est Aduocato nouo sustinere partes Actoris propter libellos formandos & alia multa quæ facienda sunt quæ nouus Aduocatus non potest comprehendere, nam ualde nociuum erit tibi aduocate Actoris si ex mala compositione libelli, uel ex alijs ceciderit tuus clientulus per tuam impe
6 ritiam. Item ueteres † Aduocati debent timere nouos, de quibus quandoque dicitur, quod non sunt digni soluere corrigiam calciamenti, ex eo quod a superbia nascitur, & quandoque a tirone conuincitur, tamen hoc

7 hoc Tiro, id est † nouus Aduocatus recolle re deber, & cauere ne offendat antiquos Aduocatos si uult habere honorem, quia saltem propter senectutem debet illis deferre honorem. ff. de iure immun. l. semper. Item ad ea
8 quæ dicta sunt accedit ius canonicũ. † Quod nisi plenissime crimen probetur absoluitur Reus indicta purgatione, si est infamatus. 2. q. 5. c. Mennam. c. si legitimi. c. si mala fama. c. Presbyter. & c. omnibus. Si autem infamarus non est, absoluitur ex toto. extra de calum. c. 2. & extra de accusat. c. inquisitionis. Quod se debeat obligare habes. 2. q. 3. c. 1. 2. 3. & 2. q. 8. c. 1. 2. 3. q. 2. per tot. Itẽ quod debeat quærere consiliũ peritioris probat. c. 1. 2. & 3. 84. dist. Item quod non debeat minorẽ contemne rẽ probatur. 6. q. 1. c. ex merito. & 11. q. 3. si quis uero. & 92. dist. c. ult. & 20. distin. c. ult.
9 cum sim. Item † quæro de clausula quæ con sueuit apponi in libellis. (saluo iure addendi uel diminuendi.) quid intis sit, & dico quod non est multum necessaria, quia mutare, detrahere, uel addere tempore congruo potest. C. quom. & quan. iud. Auth. qui semel. ff. de iudic. l. de qua re. ff. de noxal. l. uideamus. §. ei. unde super hac clausula seruandus est mos antiquissimus. C. de testam. l. testamenta. C. de liber. præter. l. maximum
10 uitium. † Item hoc tene, quod potest mutari libellus ante litem contestatam. C. de eden. l. edita actio. & 2. q. 8. libellorum. Item secundum quosdam in libello Actoris posset poni tempus obligationis ad interrumpendam præscriptionem. C. de præscrip. 30. anno. l. si quis. ar. C. de lit. contest. Auth. offeratur. C. de litig. Auth. res litigiosæ. Item,
11 † in hoc Aduocatus sit cautus, qui non debet alteri edere actionem nisi illi qui conuenitur, unde uidendum est si est tutor uel procurator, uel sindicus, uel alia legitima persona, & si petit, primo probet officium petendi uel defendendi. C. in quib. cas. non est in teg. restit. l. si tutor. C. de satisdan. l. uni. C. de
12 admin. tut. l. fi. §. aliena. Item † si forte confidis de libello quod sit bene compositus, facias ipsum redigi inter acta, ne forsan dicat Reus quod non fuit bene compositus, & tunc habebit perpetuam firmitatem. C. de re iudi. l. gesta. credas tamen quod in libello est tota uis quæstionis, præuideas ne circumueniaris ex forma libelli. ff. de rei uindic. l. idem. nam quandoque qui petijt moritur, & alter petit, ut forsitã in hac. l. C. de reb. cred. l. pen.
13 Item † uideas, quia si malitia tua iudici appa rueri, nihil uideris egisse. C. de reb. cred. l. fi. quia de talibus ad officium iudicis spectat. C. de ijs qui ad eccles. confug. l. præsenti. C. ubi in rem actio. l. 2. & 30. q. 5. iudicantem extra de fi. instrum. cum Ioan. ad fin. 11. q. 3. qui recte iudicat.

SVMMARIVM.

1 *Cautella pro porrigente libellum, ne porrigat persona illegitima.*

2 *Canonici uel monaci sine prælato non habẽt legitimam personam standi in iudicio.*

3 *Libellus debet porrigi iudici.*

De porrigendo libello. Cap. XIII.

DE libelli oblatione sic est tenẽdum, & sic tu Aduocate Actoris offeras li
1 bellum. † Primo debes uidere si est persona legitima cui porrigatur libellus, ne forsitan sit minor sine tutore uel cu ratore, quia non debet illi dare libellum instit. de curat. §. item inuiti. ff. si tut. non int. l.
2 3. instit. de auth. tut. §. 1. ad fin. item † idem ius de canonicis uel monacis sine prælato 16. q. 1. c. Monachi. extra de iudic. c. causam. Item uideas si tutor uel curator sit sufficiens. Ad hoc est. in quib. cas. non est neces. l. tutor. C.
3 de satisd. l. uni. Ite † iudici debes libellũ porrigere, & per eũ detur Reo etiam in ciuili. extra de libell. c. 1. & 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. & in criminalibus etiam. ff. de Adulter. l. miles. §. sexaginta. C. ad Trebel. l. 1. C. qui accus. non poss. l. 1. C. de exhib. Reis. l. 2. & tunc recipitur nomẽ eius inter nomina Reorum. ff. de adult. l. si maritus. scilicet post litẽ contestatam. C. de iure fisci. l. fiscus. & hæc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Reus debet recipere libellum cum protestatione, alias sibi nocebit.*

Quibus cautelis debeat Reus uti in receptione libelli. Cap. XIIII.

POrrecto libello per Actorem, tu Reus
1 sic debes † recipere ipsum libellum, scilicet cũ protestatione quod saluum re maneat tibi ius tam contra iudicem quam contra Actorem, & contra scriptorem, & contra formatorem libelli, eiusque formationem, & compositionem. 3. q. 3. induciæ accusatis. & Auth. offeratur ibi inserta. extra de libel. c. ult. extra de appel. dilecti. 2. q. 8. c. per scripta. §. libellorum. quæ est. ff. de publ. iudic. l. libellorum. Si autem non fuerit protestatus nocebit tibi arg. c. cum olim. de con suet. & 31. q. 2. Lotharius. ad fin. cũ suis simil.

SVMMARIVM.

1 *Actio criminalis absque subscriptione talionis non ualet.*

2 *Libellus debet omnia particulariter continere*

tinere.

3 *Libellus in actione personali debet continere id quod petitur.*

De impugnatione libellorum. Ca. XV.

De impugnatione libellorum sic tene, tam in reali quam in personali, 1 si agit † quis criminaliter, & non obliget se ad pœnam talionis, non ualet. 2. q. 8. Quisquis. Item debet continere nomen iudicis & Rei, & Actoris, & locum ubi crimen cōmissum est. & cum quo uel in quo perpetratum sit. 2. q. 8. c. per scripta. cum l. libellorum ibi inserta. Item si agitur in modō exceptionis post confirmatam electionē obligabit se ad pœnam extraordinariam. extra de accusat. super iis. Item ubicunque interuenerit. est, & non, semper porrigendus libellus siue offerendus est. extra de simon. c. li-
2 cet. Item † iniuriam & membrum, & locum in quo sit facta. instit. de iniur. §. atrox. de pœnit. dist. 2. Aut facta. 4. q. 4. aliquando. & 2. q. 8. d. l. libellorum. extra de libel. cap. ult. Item
3 † in personali actione illud ponatur quod petitur. ff. de rei uind. l. si quis. §. ult. extra de libel. c. ult. Item apponere debet quantum petit. ff. depo. l. 1. §. si quis argentum. Item causam petendi. d. c. ult. extra de libel. Item præuideas de persona, de loco, & de omnibus circunstantiis, sicut continetur. 2. q. 8. d. l. libellorum. & hæc sufficiant de libellis nos aduocatos instruxisse.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

Exceptionum materia tractatur & casus enumerantur, & non eget summario. Cap. I.



Explicit Liber secundus, incipit tertius, qui cōtinet uiginti octo titulos. De exceptionibus, contra personam principalem. de exceptionibus quæ dantur hæredibus. de exceptionibus quæ competunt cōiunctæ personæ. de exceptionibus quæ dantur fisco. de exceptionibus quæ opponuntur danti arbitrium. de exceptionibus contra personam iudicis de except. contra rescriptum. de exceptionibus contra aduersarium, scilicet contra personam Actoris, de impugnatione tutoris qui uult agere: de impugnatione curatoris. de curatore bonis dando. de Procuratore qui uult agere: de impugnatione coniunctæ personæ quæ uult agere. de generalibus exceptionibus & impugnationibus pro aliis agentibus. de exceptionibus quæ hæredibus dantur; Item quando uenit aliquis ad agendum suo nomine; Item si ætas est in dubio. Item quando opponitur dilatoria exceptio, & qua 8 liter sit probanda; Item de peculio & quid iuris & de filiis, Item de exceptionibus priuilegiatis, & quid iuris, Item de scholastica exceptione, & priuilegio. Item de clericis quibus datur priuilegium, Item de exceptionibus quæ dantur legatis, Item quando debet recipi libellus. Accepto libello & accepta licentia a iudice quid agendum sit a Reo. Et quomodo Actor debet componere libellum in diuersis actionibus ortis ex uno facto. Item de reconuentione, & iuramento calumniæ.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicatus non potest agere, nec ullos actus legitimos facere.*
2 *Excommunicatus appellans auditur in causa appellationis.*
3 *Spolians non auditur nisi restituat spolium.*
4 *Apostata non potest agere in iudicio.*
5 *Criminosus repellitur ab accusatione criminali.*
6 *Criminosus & infamis suam uel suorum iniuriam prosequentes accusare possunt.*

De exceptionibus quę competunt contra personam principalem. Cap. II.

Ex persona actoris opponuntur exceptiones dilatoriæ quasi sine fine, in quibus tu Aduocate Rei considera, an
1 sit † excommunicatus, quia tunc non potest agere, extra de except. c. a nobis. & c. cum inter. ad fin. cum nec ullos actus legitimos agere possit, 6. q. 1. illi qui, & c. Beatus Petrus. & 4. q. 1. c. 1. & 2. & 24. q. 1. audiuimus,
2 si tamen † appellat, in causa appellationis auditur etiam excommunicatus pro alia causa, extra de except. c. dilecti filii. & c. dilectæ. &
3 c. significauit. & c. uenerabilem. Item † si ex poliauit te aliqua re, oportet quod restituat te, alias non auditur. extra de ordine cognit. c. intelleximus. & c ult. & 2. q. 2. c. 1. 2. & 3. &
4 3. q. 1. Redintegranda. Item † præuideas si est Apostata. 4. q. 1. c. 1. & 2. & 6. q. 1. Beatus. c.
5 2. & c. illi qui. & 2. q. 7. Alieni. Item † si agitur in criminali, pro omni crimine non potest remouere, a sua uexatione, extra de except. c. a nobis. 24. q. 1. audiuimus. 2. q. 7. quicunque. 3. q. 4. si quis a suo. & c. consanguineorum. & c. conspiratores. & c. Nulli unquā. ubi dicitur, quod seruus repellit aduersariū.
6 Item nota † quod si suas uel suorum iniurias prosequatur

prosequatur potest agere infamis, & criminosus.4.q.6.omnibus. in alijs agere non potest nisi in ciuilibus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria competit hæredibus defuncti ut non conueniantur infra decem dies.*

2 *Heredes sui qui faciunt inuentarium non possunt conueniri ante confectionem.*

3 *Exceptiones ex priuilegio an & quando dentur contra iudicem.*

4 *Crimina sunt punienda undecunque claruerint.*

De exceptionibus, quæ dantur hæredibus. Cap. III.

De exceptionibus quæ dantur hæredibus ita tene. Alij enim habent exceptionem dilatoriam, ut in priuilegio dato † defuncti hæredibus, ut
1 non conueniantur infra decem dies. C. de se-
2 pul.uiol.l.ult.& in auth.ibi posita. Itẽ † sunt & alij, ut sui hæredes, qui faciunt inuentarium, qui non possunt conueniri ante confectionem inuentarij. C.de iur.delib.l.ult.& accedit ius canonicum extra de testam. c.Raynaldus. ad fin. 12.q.2.hæc huius placiti. & c. charitatem. Item pro licentia possit habere quilibet exceptiones dilatorias, ut de priuil. deb.& ne infra cete.temp.conuen. de quo legitur.C.de præci.imp.off.l.quoties.& accedit ius can. extra de priuil.c.quanto.16.q.1. Frater noster. ex ijs habent priuilegia defensionis priuilegiatorum.si ergo conuenit priuilegiatum hæredem, ijs exceptionibus potest uti, & similibus, quæcunque dicta sunt supe rius satis locum habent ex iure communi, dantur tamen ex priuilegio exceptiones dila
3 toriæ † & dantur contra iudices ad remouendum eos, eorumque iudicium, exceptis quibusdam criminibus in quibus non ualet priuilegium. C.de iurisd.om.iud. l.magistratibus. ff.de accusat.l.ult. ff.de cust.reor.l.de militibus.ff.de re milit. l.2. & accedit ius canoni-
4 cum, ubi dicitur † quod undecunque claruerint crimina sunt punienda. 24.q.3.ecce. 24.q.2.de priuilegijs. 22.distin.de constantinopolitana.&c.

SVMMARIVM.

1 *Consanguineus ex alio latere quam ex recto non potest agere pro consanguineo.*

2 *Minor etiam quod sit consanguineus non tamen potest agere pro coniuncta persona.*

3 *Maior non potest agere pro minore nisi sit tutor uel curator.*

4 *Minor quo casu admittatur ad agendum.*

5 *Coniuncta persona non admittitur in causis requirentibus speciale mandatum.*

6 *Pater potest agere pro filio sine speciali mandato.*

7 *Mulieres pro alijs agere non possunt, nisi in casibus,ut.*

De exceptionibus quæ dantur contra coniunctam personam. Cap. IIII.

1 SI agat quis de iure tanquam coniuncta persona, obijcias,s.quod non est agnatus,idest consanguineus ex susceptione recta, nam si alias sit cognatus † id est consanguineus ex parte matris, non propter hoc potest agere. nec etiam succedere,secundum ius ciuile, non posset etiam si secundũ ius canonicũ posset.ubi alij defierint, nec est libertus qui possit agere pro patrono & eius ascendentibus & descendentibus. 4. q.3.lex Iulia a simili nec est maritus qui possit agere pro uxore, nec etiam consors litis. 3.q.6.hoc quippe.nam aliquis istorum debet & potest probare per concordantias legales. habes.C. de procura.l.idem.l.exigendi. & l.maritus.ff. de procurat.l.sed & hæc.in prin.C.de consor. eiusl.lit.l 2.addimus. ff.de testi.l.in lege. ff.de decuri.l.iurisconsul. & accedit ius can.22.q. 3.præsens. & 17.q.4.uxor. extra de Rescri.c. nonnulli. & c. ex parte.ad fin.Item si consti
2 tit de coniunctis,† obijcias quod est minor qui agit, nam si obijcias, licet etiam sit coniuncta persona tamen quia minor pro alio nõ potest agere.nam minor nec tutor nec curator esse potest nec procurator, & est ratio, quia cum in causis litigiosis exigat curatorẽ.
3 instit.de curat.§.1.& 2. Item † si persona minor sit pro qua agit etiam si ipse sit maior nõ potest agere nisi ipse sit tutor pro minori qua tuordecim annis, uel curator pro minori uigintiquinque annis. ff.de min.l.1. & per tot. ff.de uen.inspic.l.1.in prin.Item hoc nota, si coniuncta persona pro maiori accipitur,multo fortius pro minori, ad hoc. 1.q.1. quod quidam.extra de sent.excom. cum illorum.cũ
4 suis concord. Item † quæro quomodo minor habebit ratũ. ff.de min.l.si pupillus. in prin. & iurabit de calumnia.& si agit contra uoluntatem principalis, ei probare incumbit. ff.de procur.l.Pomponius.ad fin.& ex hoc probat, si persona pro qua agit fecit ipsum agentem procuratorem.per quod uidetur prohibuisse in alijs. ff.de cond.& demon. l.cum ita.C.de proc.l.maritus.Item obijcies, quod causa talis est ad quam non admittitur procurator. 2.q.6.si quando.& 5.q.3.c.1.2.& 3. & c.quia.

5 Item † quando est talis causa in qua desideratur speciale mandatum, tunc non admittas coniunctam personam, ut in matrimonijs. extra de desponsf. impub. c. 1. & 2. & in adoptione instit. de adopt. §. 1. & 2 & quasi per tot. & in oblatione Idolorum uel demoniorum. de consecr. d. 4. quaeris a me, & in excommunicatione. 24. q. 3. si habes. & consimiles tamen re-
6 stituitur, potest † petere pater pro filiafa. sine speciali mandato. ff. de min. l. nerum. in prin. Sol. quia damnum ad patrem spectat, ita si filius iudicatur ad mortem, potest pater uel mater contra uoluntatem filij litem inchoare, & appellare. ff. de appel. l. non tantum. 2. q. 6. c. non solent. in tex. & in glo. Sed adhuc
7 restat contrarium. ff. de procur. l. foeminas † scilicet quod mulieres pro alijs agere non possunt, nisi esset mater uel Auia ut tutrix, nisi etiam eis apponatur nota seruitutis uel agnationis, uel illi pro quo agit. 13 q. 2. illud & 33. q. 3. c. unico & ad hoc. 3. q. 11. c. penult. & ult. & haec causa breuitatis de coniunctis dixisse sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria fisco quae competat.*
2 *Aduocatus inepte proponens cadit a iure.*
3 *Exceptio dilatoria usque ad sex menses competit fideiussori, de iudicio sisti.*
4 *Fiscus ut pupillus restituendus est.*

De exceptionibus quae competunt contra fiscum. Cap. V.

1 DE exceptionibus quae competunt in subsidio fisci † & uidetur specialis exceptio dilatoria fauore fisci, de qua tractatur. ff. de iure fisci. l. apud Iulianum, & talis exceptio uidetur quasi ex iure communi. ff. de interog. act. l. 4. ad fin. Caue
2 tamen † tibi Aduocate Rei, ne inepte proponas, ut per hoc a iure actio sublata sit. C. de petit. haer. l. ult. & uide super ff. si cui plus quam per legem falcid. l. si quis. Item una est exceptio dilatoria quae non fuit praetermittenda.
3 Si quis † aliquem promisit iudicio sisti sub certa poena & certa die habet exceptionem dilatoriam usq; ad sex menses, ut C. de fideiuss. l. sancimus, & super ijs sit appellatum, tenebit appellatio, quia denegatur ei beneficium iuris. extra de sen. & de re iud. c. quod ad consultationem.
4 Fiscus † enim tanquam pupillus restituendus est, uel ecclesia. 16. q. 3. c. placuit. §. praescriptionum. ad fin. memorare tamen in talibus nouissima tua quia circa maiora periculum uertitur. 42. dist. Quiescamus. scilicet animae tuae. extra de simon. c. Mathaeus. 1. q. 1. si quis. cum suis consimil.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrum eligens non potest dissentire, a compromisso.*
2 *Voluntas & necessitas non aequis passibus ambulant.*
3 *Probata a nobis possumus aliquando improbare.*
Arbitrium quando possit reprobari.
5 *Compromissum impuberis uel adulti quod & quando non teneat.*
6 *Excommunicato participans nocumentum sentit.*
7 *Compromisso cum filiofamilias facto quando possit contraueniri.*
8 *Compromissum simplex cum adulto sine curatore, uel consensu patris non tenet.*
9 *Exceptiones contra Arbitrum coram quo cognoscantur.*
10 *Iudex non potest compellere partes ut in se compromittant.*
11 *Compromissum de iure canonum fieri non potest in seruum.*
12 *Arbiter in re sua non potest repelli.*
13 *Arbiter quibus casibus etiam in re sua repellatur.*
14 *Compromitti non potest de causa matrimoniali, liberali, & criminali.*
15 *Seruus & foemina possunt esse amicabiles compositores.*
16 *Exceptione dilatoria uti non potest qui illi cessit.*
17 *Litigare nemo cogitur sub non suo iudice.*
18 *Litigare nemo cogitur cum pupillo.*
19 *Exceptionibus non competentibus non potest quis renuntiare.*
20 *Exceptionibus nullus renuntiare dicitur nisi exprimat.*
21 *Exceptio dilatoria non opponitur in interdicto quod ui aut clam.*
22 *Renuntiatio generalis ubi aliqua exprimuntur plus ualet quam specialis.*
23 *Renuntians sub quocunque iudice non potest opponere declinatoriam.*

De exceptionibus contra Arbitrum. Cap. VI.

1 SI sub arbitro ellegisti litigare, & Arbitrum elegisti, † non poteris dissentire a compromissis quia uoluntarie fecisti, nulloque renitente fecisti, & ideo iudicium reditur in inuitum. ff. de uerbo. obliga. l. inter stipulantem. §. 1. 2. q. 6. c. A iudicibus. §. quod de arbitris. extra de arbitr. cum tempore extra de praescrip. cum olim. & c. ueniens. & extra de procur. c. per tuas. non enim aequis-

3 æquis † passibus ambulant ea quæ fiunt ex uoluntate cum eis quæ fiunt ex necessitate, quo modo enim reprobabis quæ apptobasti .ff. de euict.l.si seruus.§. sed etsi sine .ff. de iur. om. iud.l.si tibi.§.1.ff. qui satisd. cogan.l. fideiussor.§.1.ff.de neg. gest.l. Pomponius. & accedit ius canonicum.32. q.5. horrendus .8.q.2. dilectissimi.distin.4.in istis.ff.de mun.& hon. l.ut gradatim.§.1.33. distin. Nerui. extra de ijs quæ fiunt à magna par. cap. c. ex ore. extra de sent. & re iud. c. quod ad consultationem. extra de testi.c. præterea. & .4.q.3. si quis testi. in ijs cum simil. habetur, quod postquam consensisti non ui, non metu uel fraude ulterius non poteris dissentire, & accedit.C.de act.& oblig.l.sicut in initio. nisi ex
3 causa noua. Et uidetur contra, † quia quandoque possumus improbare quod approbauimus.ff.de mun. & hon.l.ut gradatim.§.medicus.C.de profess. & med.l.1.2. & 3. & l.medicos.ff.de collat.bon.l. nonnunquam extra de iureiur.c. quemadmodum. Sol. Vbicunque contradictiones subintelliguntur possum improbare quod probaui, & econtra. De pœn. dist.1.quamobrem. Item hoc quia si non tenuit arbitrium ipso iure quid fiet, ut C.de legi. & constit.l.non dubium extra de confirm. utili uel inut.c.examinata. & de rer.permut. c.ult.C. de agric. & cens. l. quemadmodum, lib.11.constat quod in talibus casibus & consimilibus poterit arbitrium reprobari, & idē
4 est, si seruus † tecum compromisit .ff. de arbitr.l.non distinguemus.§.si seruus. uel si ipse erat seruus in quem compromisisti, ut in præal.l.& 3.q.7.c.2.§. tria sunt. in prin. & in
5 fine. & c.3.uers. cognitores. Item † si est impubes uel adultus habens tutorem uel curatorem sine tutore uel curatore non dato fideiussore non tenet compromissum.ff.de recept.l. 3.in prin.& l.si pupillus. ipse tamen posset probare per authoritatem tutoris uel curatoris si secus fieret.ff. de rescin. uend.l. si quis. §. ult.ff.de act. emp.l. Iulianus.§. si quis colludente procuratore. & §. si quis à pupillo. Item prouideas si erat excommunicatus tempore compromissi, quia tunc noceret tibi
6 † participando cum eo. extra de except.c. ult.nam qui inter nos non sunt nobiscum litigare non possunt.3.q.1.c.1.& 2.& 24.q.1. au-
7 diuimus. cum suis simil. Item † si tunc erat filiusfam. eum quo compromisisti, potes dissentire usque dum pater consentiat.C. de iudic.l. rem non nouam .ff. de arbitr. l.1.C. de bon.quæ lib.l.ult.§.1.& hoc uerum est si de tali causa compromisit quæ tangit patrem, ut consensus patris exigatur in iudicio. Item
8 † pone quod sit adultus & non habet curatorem, & compromisit simpliciter, Quæro utrum debeat differri compromissum saltim usque dum pater consentiat uel super hoc habeat curatorem, & uidetur quod sic.C. si aduers. rem iudic.l. cum deinde, & crederem quod in talibus non ualet quod ab initio non ualuit.50.dist. uides fili.ff. de arbitr.l.Pedius
9 & l.seq. Item † Quæro sub quo cognoscetur si objiciatur Arbitro quod sit seruus, uel pupillus, uel furiosus, uel aliquod tale impedimentum, & dicas quod coram superiore, si ipse non habet iurisdictionem.ff.de iud.l.si quis & superior sit qui possit arbitros compelle-
10 re. Item † si iudex compellat partes ut in se compromitterent, non teneret compromissum.3.q.7.c.2.§.tria. Quidam tamen dicunt, quod etiam iudex uel seruus si est Arbitrator, id est amicabilis compositor & non arbiter sub pœna.tenet arbitrium.ff. de recept.l. seruus.ff.de tut. & curat.l. ait prætor.C. de iudici.l.apertissimi. & in Auth. ibi posita. Sol.
11 † iure canonum in seruum nullo modo posset compromitti.3.q.7.d.§. tria. in ordinario potest extra de arbitr.c. cum tempore. & in delegato. extra de præben.c. non extra de
12 præsump.c.literas. Item † nullus posset eum repellere, si esset arbiter in re sua siue pro parte siue pro toto.ff.de recept.arb.l.penul.ff.de iud.l.iulianus. Item quæro si compromisisti pro uoluntate quam fecisti illi stabit arbitrium tanquam bonus uir arbitretur. ff. de oper.li-
13 bert.l.si libertus. In † tribus partibus uidetur tamen quod possit expelli, cum sit in re sua arbiter.ff.quan. appel. sit. l. 1. §. in propria 4.q.3. nullus idoneus. Item si esset excommunicatus. extra de sent. excom.c. approbari.24.q.1.Audiuimus. Item potest repelli propter rem de qua non posest arbitrari.ff. de arbitr.l.non distinguemus.§.iulianus
14 & §.de liberali. Quia † de causa liberali, matrimoniali & criminali non potest conueniri in arbitros. extra de restit. in integ.c. causa restitutionis. extra de transact. c. ulti. Item
15 † quæro, si fœmina uel seruus possunt esse amicabiles compositores, & dicas quod sic pro bono & æquo, sed non de rigore iuris .ff. de uerbo.signifi.l. illa uerba. extra de arbitr. c.dilecti. & 33.q.5. mulierem constat. extra de uer. signi.c.forus. pro bono & æquo, multo fortius contra ius scriptum .ff. de dilat.l.1. & 2.ff. de recept. l. Pomponius. in fin. unde uersus,

Vt pax seruetur iuris moderamen habetur.

16 Item † quæro quid iuris, si quis renuntiauit in aliquo contractu omnibus exceptionibus dilatorijs si conueniatur ex illo contractu uel coram arbitro uel iudice, an possit opponere aliquam exceptionem dilatoriam, & uidetur quod non.C.de pact.l.si quis.ff. de iureiur.l.si quis iusiurandum.C.de non num. pecu.l.generaliter. & C.de temporal. act.l. ult.ad fi.& accedit ius canonicum, extra de senten. & re iud.c.quod ad consultationem.15.q.3.c. Rur-
17 sus.& c. Quicunque. Sed † contra uidetur, quia sic pro uoluntate aduersarij cogitur sub non suo iudice litigare quod esse non debet, ff.de iurisd. om.iud.l. si conuenerit. & 2.q.1. inprimis.& 11.q.1. c.Placuit ut quisquis.& c. pen.& c.inolita.extra de indic.c. At si clerici.

D 2 Item

18 Item † sic cogeretur litigare cum pupillo, uel furioso, uel excommunicato, uel hæretico, & sic sequeretur absurditas, quod esse non debet, præsertim cum tales exceptiones non
19 competerent tunc temporis, ergo † non potuit illis renunciare, ad hoc .ff. de acquir. hæred. l. is qui .ff. de lega. 2 l. si ita. §. subeunt. & extra de eccles. ædif. c. Ad audientiam .il. 2. 22. q. 2. ne quis arbitretur. Sol. quidam dicunt, quod si exprimatur non potest opponi & inducunt pro se, extra de of. deleg. c. ex parte. ubi dicitur, quod si apponatur in litteris Papæ, quod nulla exceptio opponatur, quod non potest opponi. & extra de etate & qualitate. c. accepimus, sed nil faciunt, quia non loquuntur in nostro casu, scilicet in contractu. Sed sic est distinguendum. Verum expressit exceptiones quibus renunciauit, uel
20 non. Si † non expressit, absolute nulla est renuntiatio. ff. si quis caut. l. sed & si quis. §. quæsitum, non obstante quod dixerit, nullã opponam exceptionem dilatoriam, & ideo di
21 cit lex, quod † interdicto quod ui aut clam nulla opponatur exceptio dilatoria, & tamen in subsequentibus legib. conceditur. ff. quod ui aut clam. l. i. §. i. & l. seq. sic per ius canon. 22. q. 2. ne quis. Item adhuc remanet quæstio. si specificauit exceptiones, aut erunt, quibus poterit renuntiari, aut non nam quædam sunt quibus non potest renuntiari. ff. de procur. l. filiusfa. §. ueterani. ff. de postul. l. quos. Item & ut agantur in die dominico, & similes exceptiones in casibus alias in talibus nõ ualet renunciatio. ut 15. q. 4. c. 1. 2. & 3. extra de feri. c. ulti. secus in tempore messium uel uindemiarum. ff. de fær. l. 1. & l. færiatis. ff. ad municip. l. Lucius Item posset opponere contra sententiam si non habet mandatum, quod sic non liberaretur debitor. extra de iureiur. c. cam te ff. depos. l. si quis inficiatus. Item
22 † dicunt quidam quòd plus ualet renuntiatio generalis quàm specialis ubi aliqua exprimatur. ff. de acquir. rer. dom. l. quædam. C. quan. mul. tut. of. fun. pot. l. 2. & Auth. matri. ibi posita. Sed hoc est contrarium iuri canonum. solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur. 2 3. distin. c. quanquam. & extra de hæret. c. si aduersus nos. Alij sic distingunt, scilicet, utrum simpliciter renuntiasset aut promisisset quod non ueniret contra, uel pactum fecit, & tunc primo casu non ualet, in secundo uero sic. & tamen ducunt pro se .ff.
23 de pact. l. i. § i. Item † quid iuris si renuntiaret sub quocunque iudice. Sol. si opponit de declinando iudicio non auditur, sed si opponitur præscriptio fort uel dilatoria, bene ualet talis exceptio, etiã lta de loco .ff. de iur. om. iud. l. si conuenerit. extra de foro comp. c. si diligenti. & c. pen. & ult. si tamen laicus est. potest renuntiare. ff. de re iud. l. si quis ab alio. §. in omnibus. ff. de op. no. nunt. l. stipulatio. §. præcise, dum tamen ibi habeat aliquid alias inanis est actio. extra de restitu. spol. c. olim. extra de offi deleg. cum. G. & P. extra de foro compet. c. significasti. cum simil.

SVMMARIVM.

De exceptionibus contra personam iudicis. Cap. VII.

CONTRA personam iudicis excipere uolenti sic oportet uidere † si
1 est consanguineus. ff. de iudic. l. Ait prætor. & sic non ualebit commissio. ff. de appel. l. postremo. 2. q. 7. c. 2. §. tria. ad fin. extra qui matrim. accus. pos. c. uidetur.
2 Item † uide si est excommunicatus. 24. q. 1. Audiuimus. extra de sen. & re iud. c. ad pro-
3 bandum. Item si † infamis extra de rescr. si scitatus. 3. q. 7. d. §. tria. extra de senten. & re
4 iud. d. c. ad probandum. Item † si est seruus extra de Rescrip. d. c. siscitatus .. 3. q. 7. d. §. tria. ff. de iudic d. l. Ait prætor. & l. cum præ-
5 tor. † Item proponas exceptionẽ quod sit infamis. ut in d. c. siscitatus. 3. q. 7. infamis persona. & l. infames. ff. de postulan. ibi registra-
6 ta. Item † proponas contra iudicem expoliationem.

tionem.3.q.1. Redintegranda. extra de re-
9 stit. spoliat. c. ex litteris. Item † si fuit Ad-
uocatus uel procurator partis uel in causa.
8 16.q.2.statuendum. Item † si odio uel gra-
tia uel premio deprauatus fuerit.2. q.6. hoc
9 etiam placuit. Item † si ab illo appellatum
fuerit.extra de appel.c. accepta.c. quæstioni.
c.interposita.c.ad hæc. & c. proposuit. Item
10 † uidetur quod libertus non possit promoue
ri.3.q.5. Accusatores. & c. nullus seruus.6
q.1.infamis.uidetur tamen auth. dicere con-
tra sed dimitto disputationem, credo tamen
quod non debet fieri, nisi merita eius prome
ruerint, a simili. De consecrat. dist.4.qui bis
11 57.distin.c. uni. Item † si ei possit probari
aliquod crimen de ijs quæ mulctabantur le-
ge diuina.63.distin.nouit.& 54.distin.c.mul-
tos. & 61.distin. catinensis. cum simil. Item
12 † si est inimicus.3.q.5.quia suspecti. extra de
13 except.cum inter dilectos. Item † si tale est
crimen de quo ipse non possit cognoscere, ut
puta quia est de minoribus iudicibus.2.q.6.c.
14 ei qui.§.diffinitiua. & §.item cũ certa. Itẽ †
si punit in principio litis extra de reg. iur.cũ
in contemplatione. & 2.q.6.c. non ita. & c.si
quis iudicem.& .6 q 1.c. quæro.§. uerum. &
c.si quis. Et si quid aliud est quod iudicem
15 reddat suspectum. Item † si est dominus ad
uersæ partis, uel si est eius familiaris, extra de
offi.deleg. insinuante.ff.de offi. præf.l. sena-
tus.23.q.8.c.igitur cum sepe. & c. scire uos.
extra qui fil. sint legit.c.causam. extra de of-
fi.deleg.c.causam extra ut lit. non contest.c.
16 Accedens.si tamen † est ordinarius dabit iu
dicem.11.q.1.c.peruenit. & c.si clericus.C.de
iudici.l. Apertissimi. extra de foro comp. si
quis. contra scilicet quia iudicium redditur
in inuitum.ff.de uerbo.obligat.l. inter stipu
17 lantem.§.1. Item † si est minor.20.annis.ex
tra de offi. deleg. c. cum uigesimum.ff. de
18 mun. & hon. l.ad rem publicam. Item † si
non est baptizatus.54. distin.c. nulla officia.
18.q.4.constituit.& 2.q.6. catholicus. Item
19 secundum leges † nihil potest opponi contra
iudicem nisi inueniatur expressum, a iure si
est ordinarius, sed adiungitur illi Episcopus
loci.C.de iudic. Auth. si uero contigerit.C.si
20 quacu. præd. potes. l. 1. Si † tamen ordinarij
essent plures, posset unus eorum recusari.C.
de iudic.l. Apertissimi.C.de lit. contes. Auth.
offeratur. C.de iurisd. om. iud.l. nemo.cum
sim. Item adhibenda est cautella, scilicet
quod non pronuntietur simul super omnibus
exceptionibus, sed insta in singulis, & si cadis
ab una, procedas ad aliam, tanquam sapiens
non sicut stultus qui totum spiritum simul ef
fundit.ff.de iureiur.l.nam & postea.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum cum falsa bulla, carta, uel filo
reijcitur.*
2 *Rescriptum non impetratum à speciali pro
curatore ad impetrandum deputato est
nullum.*
3 *Rescriptum secundum non faciens mentio-
nem primarum litterarum est nullum.*
4 *Rescriptum ultra duas dietas, sine speciali
mentione non ualet.*
5 *Delegatio non potest fieri non constituto in
dignitate.*
6 *Suppreßio nominis dignitatis uitiat Rescri-
ptum.*
7 *Suppreßio priuilegiorum, transactionis,
& numeri clericorum uitiat rescriptum.*
8 *Suppreßio defectus natalium, & diecesis ui-
tiat Rescriptum.*
9 *Impetratio beneficij non ualet si impetrans
tacuit aliud quod habebat.*

De exceptionibus contra Rescriptum. Cap. VIII.

EXCEPTIONES contra Rescri-
ptum multimode sunt. Videas ergo,
1 † Si est falsa Bulla, uel carta, uel fi-
lum extra de crim. fal. Ad falsatiorum
& c. licet. Item uide si ponit singulare pro
plurali, & econtra. extra de crim. fal.c.quam
2 graue. Item † si fuit impetratum Rescriptũ
per specialem procuratorem ad hoc constitu
tum. extra de rescrip. c. nonnulli. & c.ex par
te. Item si impetrator dixit se clericum cum
non esset extra de transact. c.cum ex litteris.
3 Item † uide Aduocate Rei si impetrator ta-
cuit seriem aliarum litterarum, extra de co-
habit. cler. & mul. super eo. extra de dolo &
contum. ex litteris, si tacuit latam sententiam
super eadem re extra de sent. & re iud. inter
monasterium. 2.q.6.ei qui. §.diffinitiua. Itẽ
4 † si impetrauit ultra duas dietas a re litigiosa
non habita mentionẽ illius exceptionis in re-
scripto. extra de rescrip. c.nõnulli. extra de
5 except.olim. Item † si delegatur non canoni
co uel in dignitate constituto, uel munici-
pijs. extra in concilio Lugdunensi Innoc.iiij.
c.præsenti decreto. Item si super diuersis per
sonalibus exceptionibus ad diuersos iudices
impetratis contra eandem personam. extra in
concilio Lugdunesi Innoc. iiij.c.dispendia.ex-
tra de rescr.c.ult. si legatus nõ cardinalis uult
conferre beneficia. extra Innoc.iiij.officij. de
6 elect. Item † si suppresit nomen dignitatis,
non ualet rescriptum. extra de rescrip.ad au-
7 res. Item † si non fecit mentionem de priui-
legijs. extra de rescrip.cum ordine. Item si ta-
cuit transactionem, non ualet rescriptum. ex
tra de transact. c. ex multiplici. Item si ta-
cuit numerum clericorum. extra de re-
8 scrip.c.constitutus. Item † si tacuit defectum
natalium

natalium, extra de filijs præsb.c.ex tuarum. Item si dicit se de diocesi cum sit de ciuitate uel econtra, non ualet rescriptum, extra de rescr.p.c.significante, & c. Rodulphus. Item si non præcesserint monitoria & fit mentio inde in ex equtorijs, extra de rescrip.ex insi
9 nuatione. Item † si tacuit beneficium, & im petrauit super alio habeudo, extra de rescrip. si proponente. has & consimiles exceptiones posses opponere, unde uersus.

Forma, stilus, filum, litura, membrana, sigillum.
Hæc sex falsari dantur scripta ualere pusillum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non electus non potest agere tanquam prælatus.*
2 *Prælatus non confirmatus non potest agere ut prælatus.*
3 *Actor non admittitur si non est legitime constitutus.*
4 *Actor an possit constitui ab uniuersitate ad certas causas & rationes.*
5 *Sindicus qualiter constitui debeat.*
6 *Sindici electio nō ualet nisi duæ partes uniuersitatis fuerint præsentes.*
7 *Sindicus secundum ius canonicum constitui potest, a maiori parte.*
8 *Sindici constitutio non ualet si non fuerunt uocati & contenti qui uocari potuerunt.*
9 *Sindicatus debet particulariter continere nomina singulorum.*
10 *Exceptiones non facta ante litem contestatam non possunt fieri post.*
11 *Mandatum non uidetur habere qui non habet integrum.*
12 *Solemnitas præsumitur.*
13 *Præsumptione cessante contra sindicatum omnia præsumuntur acta rite.*
14 *Pater an possit constituere procuratorem pro se & filys.*
15 *Clerici omnes in constitutione sindici uocandi sunt tam maiores quam minores.*
16 *Agere & defendere qui sint illegitimi.*

De exceptionibus contra personam Actoris. Cap. IX.

Ex persona Actoris opponuntur exceptiones multiplices, in ijs tu Aduocate sic considera primo, An quis agere uelit alieno nomine, an suo. Item si alieno, an tanquam prælatus ecclesiæ, an tanquam Actor, an tanquam sindicus, an tanquam tutor, an tanquam curator, an tanquam procurator, an tanquam coniuncta persona.
1 De istis singulis diligenter respice. Item † si agit tanquam prælatus, dic illum non esse clericum electum.41. distin.in mandatis. 23. q.4.c.tres personas.7.q.1. Nouatianus.& c.sa ctus est.62.distin. c.1.& 12.distin.c.1.cum si-
2 milibus. Item † dicas illum non esse confirmatum, & ideo nil posse facere cum non sit prælatus. 12.q.2.alienationes.extra de elect. c.qualiter.& c.per inquisitionem.& c. Bonæ memoriæ & c.nosti.& 8.q.3.c. Talia, & c. Artaldus.cum simil. Item si dicit, quod in alijs agit tanquam prælatus ergo debet mihi respondere,ur.ff.ad Maced.l.3 Responde per l. qui rē.ff.de reb eor. Sol.si administrat, oportet te respondere.extra de iudici c.cum deputati, nisi tanquam uitiosum eum uelles expel
3 re.23.q.4.tres personas.Item † si agit tanquā actor, uide a quo constitutus sit, si a tutore uel curatore, & tunc uide si est constitutus secundum leges.ff.de adminis.tut.l.Decreto
4 C.de procur.l.neque. Item † an ab uniuersitate possit utrunque constitui scilicet ad certas causas uel rationes.ff quod cuiusque uniuers.l.item ff.ad Trebel.l.1.& 2. & quasi per totum. Item nota, quod recipitur Actor sine
5 decreto superioris, ut in præal.iur.Item † si ueniat tanquam syndicus, grandis restat uia. Primo uideas si uerba sunt bene concepta in personam syndici, scilicet, si Abbas fecit cū consensu capituli monachorum, si dicat Abbas & monaci constituerunt, nam uidetur quod bene sit factus sindicus. ff.de procur.l.si lius.in princ ff.quod cuiusque uniuer.l.nulli. Item facias super hoc multa uerba, & detineas aduersarium, ut uidearis subtilis, licet non sit bonum.49. dist.c.1.& 43.distin.c.ult.
6 Item † considera si duæ partes uniuersitatis fuerunt præsentes, alias non ualet.secundū l.plane. ff. Quod cuiusque uniuers. Item uideas, si est de consuetudine approbata quod conuersi faciant partem, ut in Auth.de alien. & emphyt.& ff.de decur.l.non tantum. Item
7 † tene, quod secūdum canones non requiruntur duæ partes.extra de ijs quæ fiunt à maiori parte cap.c.cum in cunctis. 63.d:st.obeuntibus,& c.seq.10.q.2.hoc ius porrectum. Itē
8 † considera si aliqui poterunt uocari, & an fuerint contenti, quia tunc non ualet syndicaria nisi seruata fuerint prędicta.C.de sacros. eccle.auth.hoc ius porrectum.simile extra de electión.capitu.quia propter.capitu.quod autem.& cap.in genesi. Ad hoc.ff.de iure delib.
9 l.ait prætor. Item † nota quod in talibus nomina singulorum specialiter debent esse inscripta. C.de leg. l.ult ff.de albo scrib. l.ad hoc.quando pauci uel multi defuissent. recurras ad l.inter oēs. ff.qui satisd.cog.ff.de usufruct.l.omnes.ff.si seruit.uind. l.si quando.§.
10 1.Item † quæro, si talem exceptionem ommisisti, scilicet de maiori parte capituli uel

de

de duabus partibus, si post litem contestatam,
poteris redire ad illam, & uidetur quod non,
quia saltem aliquorum erat sindicus. C.de
procurat. l.ita demum. ff.de lega. 2. l.cum fi-
lius. §. 3. in talibus enim tutius est minus suf
ficientem recipere cum satisdatione, quam ab
sentem damnare. extra de offi. deleg. c.coram.
extra de fid instr. c.cum inter. ad fin. extra de
11 probat. c. ex literis. Contrarium † uidetur
scilicet quod non intelligitur habere manda
tum qui non habet integrum. ff. de eden. l. 1.
§. ult. & ff. de transact. l.cum ij. & l.si prætor.
Ad hoc. ff. de uer. obl. l.si Paulus. Sol. dicũt qui
dã qđ si suscipis onus probandi, audieris post
litem contestatam, & inducunt pro se. C.de
procur. l.licet. sed tamen secundum canones
non sequitur, extra de sent. & re iud. cum in-
ter monasterium. Ante litem contestatam sic
tene, quod si per interloquutoriam quæ tran
seat in rem iudicatam approbatus non est sin
dicus, potes eum expellere, & probatio in-
cumbit capitulo, si præsumptio sit contra eos
quod plures esse consueuerunt, extra de si-
mon. c. un. alioquin incumbit tibi probatio,
scilicet quod computes alias personas quæ
12 non interfuerunt. Quia † prima facie omnia
reputantur solemniter acta. ff. de probat. l. in
executione. C. de iure as. fisc. l. fin. ff. de uerb.
signifi. l. sciendum. Alij dicunt, quod si osten-
dit sindicum debet probare solemnitatem. ff.
de publi. l. quæcunque. in fin nec obstat quod
tu negas. C. de non num pecun. l. sine except.
Potest iudex in talibus ex officio si est ordi-
13 narius. si tamen † præsumptio non est contra
sindicatum, omnia rite præsumuntur acta. ex-
tra de proba Tertio, extra de præsumpt. illud.
14 extra de præscrip. ad audientiam. Item † quæ
ro si pater habet plures filios, & procurato-
rem faciat pro se & filijs, utrum ualeat. & re
spondetur quod si sunt emancipati uel maio
res uigintiquinque annis, nomina debent es-
se expressa, si sunt minores, sufficit conscien
tia paterna. de decur. l. Spurius. §. 1. ff. de mu.
15 & hon. l. ad rem publicam. clerici † tamen uo
candi sunt ita minores sicut maiores, nam
canones non distinguunt. extra de elect. cum
in cunctis. extra de ijs quæ fiunt a maio. par.
cap. cum in cunctis. C. de decur. l. 4. ff. de ijs
qui sunt sui uel alt. iur. l. filius. ff. de rest. in in-
teg. l. pater. C. de decur. l. 5. C. de excusat. tut.
l. onera. ff. de pact. l. si plures. de filijs emanci-
patis qui habent partes sufficientes non est
quæstio, quia uocantur ad procurationem pa
tris. ff. de administ. rer. ad ciu. pert. l. 1. §. 1. ff.
de minorib. l. cum mandato. de illegitimis
16 † personis ad agendum & defendendum, ha-
bes extra de procura. c. post cessionem. & de
probat. per tot. 5. q. 3. quia. in auth. de sanctis.
episcop. §. inter omnes. ff. de procurat. l. mi-
nor. C. de leg. tut. l. fin.

SVMMARIVM.

1 *Tutor quibus exceptionibus refellatur.*
2 *Tutoris datio in testamento non solemni non tenet.*
3 *Testamento qualia obijciantur.*
4 *Tutori asserenti se confirmatum qualiter obyciatur.*
5 *Tutor qui non satisdedit, & post annum tutelam recipit, non est legitimus.*
6 *Tutor tutorem habenti dari non potest.*
7 *Tutor datus a iudice tenetur satisdare.*
8 *Auia, existente matre, non est legitima tutrix.*
9 *Mater transiens ad secunda uota desinit esse tutrix.*
10 *Mater peccans infra tempus luctus perdit tutelam.*
11 *Clerici secundum canones non possunt esse tutores testamentarij.*
12 *Defectus ætatis impedit susceptionẽ tutelæ.*
13 *Inuentarium nisi fiat à tutore infra triginta dies, & in eo non ponantur omnes res non ualet,*
14 *Inuentarium debet continere obuentus & prouentus, & res superuenientes.*
15 *Creditor uel debitor tutelæ non potest esse tutor.*
16 *Filiusfamilias non potest esse tutor*

De exceptionibus contra tutorem. Cap. X.

1 SI tutor uenit ad agendum, primo inqui
rendum est, † ut ostendat tutoriam, sci-
licet, utrum sit testamentaria uel legi-
tima, an datiua. & si datiua, utrum cum
inquisitione. aut sine inquisitione. uel osten
dat extraordinariam tutelam, si ostenderit te
stamentariam. cõsidera personas quæ possunt
dari in testamento, & in quibus possunt. ff. de
2 testam. tut. l. tutor. & l. consideranda. Item †
considera, utrum testamentum fuisset actum
solemniter in scriptis, uel an sine scriptis, &
si solemniter actum non est, non tenet datio
tutoris, ut C. de confir. tut. l. 2 Item considera
si est adita hæreditas ex eo testamento. C. de
3 testam. tut. l. nemo. & l. testamentum. & † tũc
obijce testamento, quicquid obiiceres si ex
eo testamento peteretur hæreditas. puta si te
stator non erat sanæ mentis, extra de succes.
ab intest. c. dilectus, uel si erat intestabilis. 4.
q. 3. ob carmen. & 5. q 1. c. 1. 2. & 3. ff. de ijs
qui testam. fac. non poss. l. 1. & per tot. instit.
quib. non est permis. fac. test. per tot. Item
obijcitur quod testamẽtum fuerit inofficio-
sum, uel falsum, secundum doctrinam. ff. de
testa. ma l. iuris. & l. senatus. Item obijcias
quod erat puer emancipatus, & ideo non fuit
tutor in testamento, nisi esset a iudice con-
firmatus

4 firmatus. Item † si dicat se confirmatum uideas instrumentum confirmationis, si minus solemniter actum fuit, non ualet, ut.ff.de confirm.tut.& C.eo.tit.per tot.si dicat se legi time probare, tu proba contra si potes, ut C. de legit.tut.in auth. ibi posita.& ff.eo.tit. l.1. 2.& 3. Item hoc teneas, quod si pater in testamento alium fecit tutorem, uel sub condi tione uel modo, iste non est legitimus.ff.de
5 testamen tut.l.si tutor. Item † obijcias quod non satisdedit, & ideo non est legitimus tutor. Item obijcias, quod post annum recepit tutelam. C.de administ.tut.l.scimus. in prin.
6 Ad Tertul.l.2.§.si mater.item † si habet tutorem alius tutor, & dari non potest ei.C.in quib.cas.tut.hab.l.licet. C.qui dar.tut. poss.l. si sororis.ff.de excusat.iut. l.qui testamentum.
De fideli consilio in dilatorijs proponendis. Cap. XXIII.

SI de consilio meo Ego Ioannes de deo
docui uos aduocatos proponere exce-
1 ptiones, tamen † nunc uolo uos inuitare
ut nou sitis prompti ultra condignum iu
ris proponere exceptiones, scilicet dilatorias.
nam primo uideatis si probare potestis, quia
qui affirmat eius est probandi onus, salua
quæstione de mandato, quando rescriptum
non fuit impetratum prr procuratorem, uel
alia quæ in rescripto ueniunt. C. si cont. ius
uel util. publ. l. præscriptione. & hoc habes.
25. q. 2. rescripra & l. rescripra contra ius. C.
de præc. imp. of. ibi inserra C. de dilat. l. sicut.
extra de rescrip. c. nullus. Item drbet timere
2 † quia uictus uictori in expensis condemna-
tur. C. de iudic. l. properandum. §. sin autem.
& ad id. C. de apprl. l. a proconsulibus. C. de
aduoc. diuer. iudic. l. 1. & accedit ius canonicũ,
extra dr pœnis. c. calumniam. extra de rescri.
c. ult. extra de appell. c ut debitus. c. cum spe-
ciali. & c. sæpe. & c. oblatæ. & c. inteprosita. ta
3 men † dicunt quidam quod si habuit iustam
causam appellandi url litigandi, etiam si suc-
cumbat non damnatur in expensis. C. de ca-
lumniat. l. qui non probasse: hoc tamen com
mittitur arbitrio iudicis, secundum modum
litigantis ut condemnrtur in expensis. ut in
auth. de iudici. §. nporter. Item & de calum-
niatore. 2. q. 3. c. Euphemium. §. notãdum est.
Item & de contumace. c. consuluit.

SVMMARIVM.

1 *Libelli receptio (salua omni exceptione) dilatoria non nocet.*

2 *Actoris intentio declaratur ex fine libelli.*

3 *Aduocati protrahendo causas in fraudem legis dicuntur præuaricatores.*

4 *Actor an possit cogere Reum ad dandum libellum super exceptione dilatoria quam proponit.*

5 *Libelli datio non habet locum nisi in petitione.*

6 *Libellus datur ut Reus possit deliberare an cedat uel contendat.*

7 *Iudex ex causa potest arctare, & prorogare inducias deliberatorias.*

De cautelis seruandis circa libelli receptionem. Cap. XXIIII.

CVm autem in exceptione dilatoria uis
detur esse conclusum. & uidebis alijs
te dilatorijs destitutum, lente & pi-
1 gre libellum recipe, protestando †
& dicas quod recipis salua omni exceptione
dilatoria, & tunc oon noceret tibi receptio
sub tali conditione, quominus omnes dila-
toriæ ante litem contestaram habeaot effe-
ctum. ff. de iudic. l. non uidetur. C. de except.
l. penult. & ult. & melius. 3. q. 3. c. induciæ ac-
cusatis. §. offerratur, & secundum quod ibi di
2 citur † ex fine libelli declarabitur intentio
Actoris, ut C. de edon. l. edita. & sic poteris ui-
dere si oporterre multum laborare circa di-
latorias. Sed quia scriptum est, lætentur mali
& exultent in rebus prssimis. 23. q. 3. ipsa pie
tas. & 1. q. 7. conuenientibus, ira gloriantur.
3 † falsi aduocati protrahendo causas in fraudẽ
legis quasi præuaricarores. 2. q. 3. c. Euphe-
mium. §. notandum. & 1. q. 1. c. lrge iulia. & c.
eadem lege. & talibus Deus nocet & pessime
moriuntur, quia peccant in officio, sicut fal
si tutores qui decipiunt pupillos, ita mali ad
uocati decipiuot clienrulos, & ducunt eos ad
appellandum iniuste. C. de lir. contest. auth.
offerratur. & uide decretal. super hoc. extra de
4 libel. c. 1. 2. & 3. Hic † quæro an Actor possit
te compellere ad dandum libellum super ex-
ceptione dilatoria quã tu opponis, quia qui
excipit agere uidetur, & nullus debet experi
ri sine libello. 3. q. 3. d. § offerratur. & extra
5 de libel. c. ult. sed contra, † datio libelli non
habet locum nisi in petitione, & qui excipit
non petit rem, sed petit absolui. extra de præ
sump. c. nullus. extra de excepr. c. uenerabilis,
quia magis expedit Actori quòd inrpte pro-
ponat exceptiones, idcirco non est cogen-
dus ad dandum libellum sed exceptionem in
scriptis.

ſcriptis. extra de except.c. paſtoralis. extra de
6 probat.c.quoniam contra falſam. datur † er
go libellus ut Reus poſsit deliberare an ce
dat uel contendat, & ita de exceptionibus in
ſcriptis, ſi uellet contendere uel impugnare,
uel contradicere, & idem dicendum eſt, ubi
Actor proprie non debet dare libellum, ta
men in ſcriptis dabit petitionem, unde iudex
uideat qualiter formetur ſententia, & Reus
qualiter reſpôdeat. Ad ultimum cum non po
teris refutare, recipias libellum ſalno iure
tuo, & petas inducias deliberatorias. d.auth.
7 offeratur. C.de transfer. reis.l.3.Iudex † ta
men ex cauſa arctabit, & ſecundum quoſdam
prorogabit ex cauſa. ff.de iudic. l.nonnun
quam. ff. de re iud.l.qui pro tribunali. C.de
dilat.l.3.ſi tamen iudex ſine iuſta cauſa grana
ret, poſſes appellare.ff.de re iudic.l.ſi ſe non
obtulit.§.3.periculoſum tamen eſſet ponere
in libello aliquid dubium. & ſi feceris, uide
reris rota præcurrens, nec redargues ſtatim
ſed ſuſtineas illud factum, ne ſis ſicut ſtultus,
qui totum ſpiritum habet in manibus, ſapiens
autem reſeruat. Vnde uerſus.

Cum fueris ſapiens attende uerſus & horā.
Nam patitur ſtultus ſemper adeſſe morā.
Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur ho
ra. &c.

SVMMARIVM.

1 *Cautela pro aduocato Rei in conteſtanda lite.*

2 *Aduocatus Rei uidens libellum ſic conceptum quod probata exceptione poſſit obtinere, quid facere debeat.*

3 *Actionem in rem intentata quid faciat aduocatus Rei.*

4 *Reus poſſidens ſuo nomine ſi uelit ſubſtituere alium fortiorem ſe quid debeat facere.*

5 *Mendacium & dolus alterius non debet alteri prodeſſe.*

6 *Deſignatio per certos fines non habet locum quando Actor uult uendicare uniuerſaliter quidquid habet in certo loco.*

7 *Interdictum in omnibus bonis datur contra conuentum actione perſonali.*

8 *Actio eſt inanis quam excludit inopia debitoris.*

9 *Cautela pro Reo conuento ut denuntiet in dicium authori ſuo.*

10 *Cautela pro Reo non ualente euadere quin ueniat ad iudicium.*

11 *Cautela pro Reo quando Actor contra eum plures actiones intentat.*

12 *Cautela pro Reo dubitante de ſua cauſa.*

13 *Dilationum ſolemnitas non ſeruatur in exceptionibus.*

De ijs quæ facere debeat Aduocatus accepto libello & habita licentia a iudice. Cap. XXV.

ACcepta licentia à iudice porta libel
lum tecum, uel habeas inde co
piam, & diligenter delibera ſuper
omni dictione poſita in libello, &
ſi uideris libellum male conceptum, & cau
ſam in eo propoſitam ineptam, uel actionem
incompetentem editam, uerbi gratia, ut ſi ex
locato agitur contra agrimenſorem, uel ſi pe
tit rei uẽdicatione uel inſtitorem poſsideat,
1 uel conſimili ineptitudine † poteris litem con
teſtari ſine dilatione aliqua, quia abſolueris à
petitione.ff.ſi mens.falſ.mod.dix.l.1. & acce
dit ius canonicum extra de iudic.c. examina
ta.extra de confirma.utili.c.examinata. extra
ut eccleſ.beneſ.ut noſtrum. cum ſuis ſimil.li
cet maior eſſet uictoria ſi recte examinatus
eſſet libellus, & ſuccumberet Actor non pro
bando, & tunc eſt uictoria, quia Aduocatus A
ctoris deluſus uadit, & confuſus ſicut fecit
Nerua.ff.quib.cau.pign.tac. contrah.l.penul.
& ſicut ofilius & Trebatius in cauſa iniuria
rum.de pœnit.diſtin.1.c.uulgaris eſt quæſtio.
2 Item † ſi uideris libellum ſic cõceptum, quod
probata exceptione poſsis obtinere, tunc dili
genter delibera, ſi agitur contra tuum clien
tulum actione reali, ſcilicet petendo rem tan
tum, uel perſonali, uel mixta, ſcilicet & in
rem & in perſonam, extra ut lit. non conteſt.
c.quoniam frequenter.in princi. Sed ſi agitur
realiter, tunc delibera, utrum agat poſſeſſo
rio tantum, uel petitorio tantum, uel petito
rio ſimul & poſſeſſorio, & tunc conſidera ſi nõ
poſsides, & tunc res eſt in expedito, ſcilicet di
cere te non poſsidere.ff. de rei uendic.l.in rẽ
actio.extra de appella.c.ex parte.M. extra ut
lit.non conteſt.c.quoniam frequenter, & hæc
actio in rem, & mixta ideſt in petitione, & ſi
petitur fructus uel expenſa uel intereſſe, quia
agit in perſonam & in rem, dum non agit de
dolo uel de delicto, quia tunc infamaret. Item
3 † ſi agit in rem, uide ſi poſsideas uel es in poſ
ſeſsione nomine alieno, reſtat tibi nouum au
xilium, quod nominabis dominum in iudi
cio.C.ubi in rem act.l.2.& extra ut lit.non cõ
teſta.c.quoniam frequenter. Item ſi tu defen
deres alium qui poſsidet renuntias beneficio
nouæ conſtitu.C.ubi de crimi. agi .op. Auth.
qua in prouincia, hoc eſt dicere, defendis aliũ
qui cauſam poſsidendi habuit uel à te, uel ab
alio, damnum cuius ſpectat ad te ſi res fuerit
euicta.hoc habes.C.ubi in rem act.l.1.& C.de
pericul.& com. rei uendi. l.1.exceptis tribus
caſibus quos habes extra de empt. & uendi.c.

4 ulti. Si autem tuo nomine possides, & uelles substituere alium fortiorem defensorem non alienando, ne incidas in edictum de alienatio ne iudicij mut.cau.fac.ut extra eod.c.1. & 2. quia sic perderes causam, ubi dicitur, patiaris ipsum possidere: uidendum est super ijs.ff.de alien.iud.mut.cau. fac.l.1.& l. non solum. sic facias quod ipse ueniat coram iudice, & dicat se possidere, & paratum te defendere, & sic poteris euitare iudicium.ff.de inter. act.l. qui seruum. §.in iure. Tamen caueas utrum sit talis fidelis & uerus amicus, quia hoc non est sine timore & periculo, & animæ & corporis. Si autem non credis eum fidelem, non cōmittas te sibi, quia forte utetur perpetua retentione, quia periculosum esset renuntiare iuri suo.7.q.1.quam periculosum. Item posset dici, quod obtulisti te defensioni.ad hoc.ff.de noxa.l.si plurimum.ff.de dolo.l. eleganter.§. pen.ff.de alien.iud.mut.cau.fac.l.4. in fi. Alij dicunt quod non sequitur, & uidetur falsum ut unum mendacium purgetur per aliud, cum uterque mentitur, quia talis non est uerus
5 possessor † & sic alterius dolus & mendacium alteri prodesset, quod est prohibitum.ff.de eo per quem fac.est.l.ult. & ff. quod met. cau.l. si cum exceptione, posset tamen esse dubitatio propter alia.ff.de petit.hæredit.l.etiam.§. ulti. Item si timeas dictam substitutionem facere propter prædicta uel quia non habes amicum, uel non times petitionem aduersæ partis, uide uel ueni ad uidendum, & si interrogatus fueris, dicas te possidere rem designatam, secūdū doctrinā tradditā.ff.de rei uēdic.
6 l.si in rem † nisi uelit Actor uindicare uniuersaliter quicquid habet in certo loco, tunc nō habebit locum designatio per fines certos, cū forsan alij multi habeant ibi possessiones, extra de libel.oblat.c.ult. Item præuideas, an te conuenerit petitione hæreditatis, siue quorū bonorum, quæ sunt multa, sine in rem actione, tunc uide si possides res hæreditarias sine titulo, si habes aliquem amicum qui ad hoc sit competens aut ratione uel actione, & facias quod sit in possessione, & emas postea ab eo iusto pretio, uel parum minori, ita quod aliis teneat uendirio, extra de empt.& uend.c. dilecti.seu, cū dilecti. ne ille amicus conuenia tur petitione hæreditatis.ff.de peti. hær.l.sed si post.& quasi per tot.ti. & hoc melius posset fieri ante litem contestatam. Item † si con-
7 ueniaris actione personali ex delicto, uel ex promisso, uel locato, uel ex deposito, uel ex mutuo. uel ex contractu simili, illa magis timenda est, quia datur interdictum in omnibus bonis eius.ff.de pecul.l.summa.in fin.extra ut lit.non contest.c. quoniam frequenter. & 10.q.2.hoc ius porrectum. quæ constitutio est ibi inserta post.cap. ea enim. Si tamen talis est Actor quod tu eum multum timeas, posses ambulare, & alienare immobilia, & occultare pretium, & cedere bonis. extra de solut.c.O-
8 doardus.& de pignor, lator. quia † inanis est actio quam excludit inopia debitoris. extra de restit.spol.olim.ff.de dolo.l.nam is. Sed tamen caue ne sis periurus, quod pro nullo cōmodo temporali facias. 1.q.7.c.sancimus.22. q.1.c.ulti. quia oporteret te in iudicio iurare indicare res tuas, & quando fraudem non desijsti possidere.C.de ijs qui bon. ced.pos.l.1. & 2.& quasi per totum.ff.de iis qui bon. ced. pos.l.de re.ff.de iis quæ in frau. credi. quasi
9 per totum. Item † si non timeas, ad ultimum uenias ad uidendum, & si conueniaris de re quam emisti, uel quam habes per inominatos contractus, poteris petere dilationem ante litem contestatam, ut denunties authori tuo, ut defendat te.ff.de lega.3.l. qui concubinam. Caue tamen ne dicas eum dominum, quia perderes possessionem.extra ut lit. non contest.c.quoniam frequenter. Si autem uocas eum ad defensionem tāquam illum a quo habes causam, nō facis malum. extra de emp. & uendi.ca.ulti.C.de pericu. & com. rei uen.
10 l.posterior.C.ubi in rem act.l.1. Item † si uideris quod alio modo euadere non possis, uenias coram iudice, & dicas te paratum dare Actori quidquid debes.probet, & si non probat, debes absolui.ff.de procur.l. Reus. extra de iureiur.l.iuramento.instit. de perp.& tēp. act.§.fin.Item si uelis uenire ad litem contestatam, si est uerbum ambiguum uel genera-
11 le, facias remouere. Itē † si sunt plures actiones uel causæ, dicas aduersario, quod elligat, alias non respondebis. hoc habes in tex. & in gl.C.de eden.l.edita actio.Item si uideris aduersarium in hoc facere mutationem actionis uel causæ, ieuertere iterū ad exceptiones dilatorias, quia uidetur aliud iudicium.C. ad exhib.l.3.extra de desponsa.impub.Ad dissoluen
12 dam.Item † si uideris quod alio modo euadere non possis, potes fingere aliquid de nouo super quo detur tibi aliqua dilatio, uel labora quod de nouo aliquid emergat, facias te uasallum iudicis si uideris expedire, extra de offi.delega.c.ex insinuatione.uel si ipse factus fuerit consanguineus, ut ea.decretal.uel affinis.si enim de nouo emersit, de nouo reuiniscetur actio, & de nouo competunt actiones, exceptiones, ut quidam faciunt post litem cōtestatam, si causa mutatur & exceptiones locum habent. Item tres dilationes habebit ad producendos testes.& quartam cum iuramento, in authenti. de testi.§.quoniam. secundum ius cauon.& ita teneas, quod in exceptionib.
13 † non obseruatur illa solemnitas. extra de except.c.pastoralis. extra de offic.deleg c.suspicionis causam.datur tamen unus terminus intra quem poterit testes producere. In aliis principalibus quæstionibus, obseruatur illa solemnitas.extra de testi. ca. significauit.& c. ultra tertiam.

SVMMARIVM.

1 *Actor qualiter instrui debeat ad dandum libellum.*

2 Actor

2 *Actor debet esse cautus in elligendo actionē.*
3 *Cautela pro Actore dubitante proponere actiones.*
4 *Obligatio an sit translata in stipulationem, pœna subiecta.*
5 *Actor quando agere debeat reali & quando hypothecaria.*
6 *Libellus qualiter concipiendus sit.*
7 *Contraria propones repellitur.*
8 *Author & authorizatus sunt una et eadem persona.*
9 *Dominium non uindicatur directe.*

De obseruandis ab Aduocato Actoris in datione libelli. Cap. XXVI.

SEd quia instruximus Aduocatos Reorū ad destruendos libellos. Et Aduocati Actoris debent instrui, quia inermes ar matis se non debent opponere. 1. qō. 2. oportet. & 2. qō. 2. nullus. Iccirco uideamus
1 qualiter debeat instrui. † Actor ad dandum libellum, uideas ergo Aduocare Actoris, an tale sit negotium quod sine libello possis pertrāsire, ut est in damno infecto & consimilibus, & considera quia ex co datur actio, quia secūdum apices iuris ciuilis non poteris experiri sine actione. C. de eden. l. edita actio, sed secundum canones non oportet opponi. extra de iudi. c. dilecti filij. Sed causa debet proponi. extra de libel. oblat. c. ul. & agitur conditione ex canone, uel officio iudicis. 3. qō. 1. Redintegranda. 2. q. 3. c. r. quod experiri non potest, probatur sicut dixi. C. de eden. l. edita. ff. de negot. gest. l. si pupillus. §. uideamus. ff. de adminiſt. tut. l. quoties §. 1. C. de nego. gest. l. tu
2 tori. Item † considera si negotium tale est, ex quo plures oriantur actiones, uel quæstiones, & certum sit de qualibet eligere meliorem & planiorem, ne habeas necesse sæpius litigare. ff. locat. l. si merces. §. de pacto. ff. ui bon. rapt. l. 2. & hoc si oriantur ex uno negotio omnes, sed si ex diuersis oriantur, notabis quamlibet. ff. de act. & obli. l. plura. ff. de priua. delic.
3 l. nonnunquam. Item † si dubitabis de una sicut de alia, an æque oriantur ex uno facto, pro ponas uerbum si potes quod comprehendat utrunque uel utranque. Verbi gratia, in stipulationibus sæpe dubitatur, an sit agendum ex stipulatu, uel certi condictione. ff. si cer. pet. l. certi condictio. Ergo dicas. peto ex stipulatione uel promissione quam fecisti ex tali causa quæ ex natura sua haberet se ad utranque actionem, sicut patet ex stipulationis diffinitione, sed æque non est dubium de utraque, sed si de una certum, de alia dubium, tūc propone illam de qua sapientes non dubitāt, scilicet ex pacto instrumenti uel promissionis stipulationis uestitæ. C. de pact. l. in bonæ
4 fidei. ff. si cert. pet. l. lecta est. Item † si stipulatio pœnalis subiecta est. Quæro utrum trāslata sit obligatio prima in stipulationem pœnalem, sed dicas quod tutius est agere ad primam stipulationem quam ad pœnalem. ff. de act. & oblig. l. non solum. in fi. ff. de uerb. obl. l. ita stipulatus ff. pro socio. l. si duobus. Alij autem dicunt contrarium, nam primo agendum est ad pœnam quam ad simplum, quia plus in pœna quam in re. ff. si quis caut. l. 2. in prin. ff. de arbi. l. sed celsus. ff. de eo quod cer. loc. l. fin. ff. pro soc. l. si quis à socio. ff. de act. empt. l. prædia. ff. de excep. dol. l. apud. §. Labeonem. nisi forsan in stipulatione comprehensum esset, quod primo stipulatio simplex. & pœna cum effectu posset exigi, tunc cessaret dubium. ut. ff. de transac. l. qui fidem. C. de transact. l. cum proponas. Sol. cum pœna sit odiosa, & debitum fauorabile, primo ad debitum & primam obligationem agendum est, quam ad pœnam, quia pœna de facili repellitur a iudice. Accedit ius canonicum. extra de pœnic. suum. & 11. q. 2. c. fraternitatem, nisi esset iuramento uallata pœna & debitum. C. de transact. l. maiores. extra de iureiur. c. debitores. De hoc sic est tenendum, si debitor
5 † obligauit personam & rem hypotecauit, agendum est ad utrunque, si non obligauit, agendum est tantum contra personam, & si condemnata fuerit, datur exequutio in rebus, extra ut lit. non contest. c. quoniam frequenter. ad fin. secundum canones non est sic
6 agendum, sic est † concipiendus libellus sicut superius dicitur. Ponatur primo persona iudicis. Secūdo sua. Tertio Rei. Quarto res quæ petitur. Quinto causa petendi. hoc habes extra de libel. obl. c. r. 2. & 3. Item caue Aduocate Actoris in componendo libellum, quia si fuit dominus a quo habuisti rem, quare petis rei uendicatione, si autem non fuisset Dominus debet agi publiciana. ff. de public. l. 1. ergo in talibus est tutius agere conditione ex lege, uel canone, & officio iudicis. 3. q. 1. Redintegranda, extra de restit. spol. c. sæpe. extra de præscrip. c. ult. in fin. Ponas casum, ut sic. Peto talem rem mihi restitui, si potes probare despoliatione, & sic primo agas possessorio tantum. ut instit. de interd. §. commodū. Et si agas petitorio, dicas iure dominij uel quasi, & si petit dominium, dicetur si fuit dominus a quo habuisti, uel indirecte si non fuit dominus, nam durum esset probare do-
7 minium rei. nam † si contrarias propones actiones, repellent te a limine iudicij. C. de seru. exter. l. 1. C. de fur. l 1. C. de codicil. l. fin. ff. de acq. hæred. l. cum filius. Item non debuisti ignorare factum authoris a quo ha-
8 buisti rem de qua quæritur, cum † quantum ad hoc una persona cum eo cēsearis. ff. de lit. contest. l. cum filius. §. uarijs. ff. de regu. iur. l. qui cum alio. Si tamen consuetudo loci & fori habeat se in contrarium, non posset perdere

dere causam propter hoc. quia posses habere recursum ad aliam. ff. de euict. l. minor. extra de iudici. c. examinata. Item † caue Aduocate
9 Actoris si directe petas dominium. caderes a causa quia pauci sunt casus in quibus directe dominium uindicetur. Primus si habuit a lege uel ab Imperatore. C. de quadrien. præscr. l. bene a Zenone. & 6. q. 3. c. ult. ad fi. & 8. dist. quo iure defendis. Secũdus casus est, si aliquis occupat insulam. instit. de rer. diui. §. insulam. Tertius si cœpit ab hostibus in bello iusto. 23. q. 5. dicat aliquis. & distin. 1. ius militare. ff. de acq. rer. dom. per tot. instit. de rer. diuis. §. ab hostibus.

SVMMARIVM

1 *Contestatio litis fit per petitionem & negationem.*
2 *Contestatio litis fit per interpretationem per libelli oblationem principi factam.*
3 *Contestatio litis est negotij principalis hinc inde apud iudicem facta narratio.*
4 *Causa detentio mutatur per litis contestationem.*

De litis contestatione, quomodo fiat. Cap. XXVII.

SVper litis contestatione sic tene, quod
1 dicis † te contestari litem per petitionẽ & negationem, extra de litis contestar. c. 1. extra de elect. c. dudum. C. de lit. con
2 test. l. 1. & 2. Item † contestatur interpretatiue per libelli oblationem principi quantum ad perpetuationem. xxx. uel xl. annorum. C. de annal. except. l. 1. C. de preci. imp. offer. l. fin. quan. libel. princ. dat. l. 1. ff. de act. & oblig.
3 l. constitutionis. nam † in litis contestatione causa sumit exordium. quia est litis contestatio negotij principalis hinc inde apud iudicẽ facta narratio. Ergo Actor petat uel fundando intẽtionem de iure communi uel alio modo, & Reus uel exceptiones opponat contra eum & neget, si tamen reus neget saluo iure protestando, quia non intendit litem contestari, non est lis contestata, sed est quædam narratio negotij. arg. qnib. mod. pig. uel hyp.
4 solu. l. si debitor. §. si in uenditione † per litis cõtestationem mutatur causæ detentio. C. de præscr. xxx. uel al. annorum. l. cum notissimi. §. immo. recte tamen contestatio fit per narrationem, id est petitionem Actoris & responsionem Rei. extra de lit. contest. c. 1. C. de lit. contest. l. 1. & 2.

SVMMARIVM.

1 *Cautela pro Reo facta litis contestatione.*
2 *Contestatio litis multis claudit alleluia.*
3 *Iuramentum calumniæ an possit exigi ante litem contestatam. num. 4.*
5 *Pupillus doli capax iurat de calumnia.*
6 *Dominus an procurator teneatur iurare de calumnia.*
7 *Fides bona non patitur ut idem bis exigatur.*
8 *Pœna non iurantis est ut cadat ab instantia iudicij, & habeatur pro conuicto.*

De remedijs reconuentionis & iuramenti. Cap. XXVIII.

SI autem deficiant omnia, oportet te litem contestari, & recurrere ad beneficiũ reconuentionis secundum doctrinam. C. de sent. & interlo. om. iud. l. penult. & authen. & consequenter. extra de mutu. petit. c. 1. 2. & 3. extra de ordine cogn. c. cum dilectus. ita age quod incontinenti porrigas libellum, & facta contestatione litis in petitione
1 & fiat † incontinenti in reconuentione, & hoc protesteris, te non contestari litem, nisi sub tali conditione, ne decipiaris, sicut iã uidi. & hoc est quod dicit dicta auth. & consequenter. id est, statim, ab ista doctrina nõ recedas. Item protesteris, quod salua tibi sit etiam post litem contestatam aliqua dilatoria, & omnes peremptoriæ mixtæ cum dilatorijs exceptis de quibus posit fieri quæstio
2 & facias quod ueniat † quam tardius poteris, quia multis clauditur alleluia per litis contestationem. C. de iudic. l. apertissimi. C. de iur. om. iud. l. nemo ff. de iudic. l. non a iudice. & iam subijcitur Reus iudici, & obligatur actori. C. de procur. l. 3. ff. de ædil edic. l. ædiles. §. sciendum. & melius extra de sent. & re iudic. c. cum inter monasterium. Item statim post reconuentionem exigas iuramentum calumniæ. C. de iureiur. prop. calum. l. 2. & in auth. principales. ibi posita. extra de sacramen. cal. c. causam. & c. ult. C. de iudic. l. rem non nouã.
3 Item † quæro si potest exigi iuramentum calumniæ ante litem contestatam. Dicunt quidam quod super exceptione non est præstandum iuramentum, quia debet absolute iudex super hoc pronuntiare, quod remouet expen
4 sarum pœnam & processus iudicis, si † tamen fuerit præsumptio contra ipsum, quia grauat aduersarium in sportulis iudicis, & in salario conductorum, præstabit iuramentum, quod non malitiose opponat. alias si non est præsumptio, habetur pro legitimo defensore & non compellitur iurare nisi in casibus a iure concessis. 4. q. 4 c. 1. & 2. & sic de persona Actoris. ff. de iudic. l. eum. insti. de pœna. tem.
5 lit. per tot. Item † oppone quod pupillus agat authoritate tutoris, ipse iurabit, si tamen sit tam doli capax. ff. de auth. tut. l. accipiẽtis. Tu


dicas

dicas quod secundum canones non procedit, nisi habeat quatuordecim annos non iurabit. 4.q.4.c.1.& 22.q.5.c.paruuli.& c.pueri.iurabit ergo tutor quia uidetur agere, argu. C.de
6 ijs qui uen.ætat.impetr.l.1. Item † hoc quæro, si causa agatur per procuratorem, quis debeat iurare de calumnia, uel si est coniuncta persona, & dicas, quòd lite contestata nõ procedas ultra usque dum ueniat principalis persona ad iurandum. C.de iuram.calum.authen. Principalis. Tamen æquitate seruata iurabit procurator, uel coniuncta persona, quod nil dedit uel promisit, scilicet de facto suo.& idem dicendum est de curatore: Sed tamen distinguendum est, utrum agat tutor uel curator, uel alius gestor, utrum & contra quem directe nomine mandantis, uel utili suo nomine, in eo casu æquitate suadente, scilicet Procurator cauendo de rato cum mandato uel sine mandato defendendo ipse debet iurare de calumnia, & principalis persona de ueritate dicenda, ut tollatur occasio creditoribus petendi bis debitum, & per procuratores, & Actores, per iudices, & testes corrum-
7 pendi, quia bona fides † non patitur, ut idẽ bis exigatur. ff.de reg.iur.l.bona fides.1.q.7. c.sancimus.Si autem causa agatur per syndicum uel yconomũ,ipse iurabit in anima propria. extra de iuram. calum.c.in pertractan-
8 dis.& c.literis.cum suis simil. Pœna † autem non iurantis est, ut cadat ab instantia iudicij, & habeatur pro conuicto. extra de iuram.calum. c.ult. C. eo. l.1.& 2. secundum canones tamen iurabit procurator in animam domini sui.17.q.4.metuentes.63.distin.tibi domino. & c.optatum.&c.

Explicit liber tertius.

INCIPIT LIBER QVARTVS.

In quo agitur de officijs omnium iudicum, & per duodecim titulos seu capita est diuisus.



NCIPIT liber Quartus, in quo tractatur principaliter de officio omnium iudicum, & quid ad eos specialiter spectet. Et primo de officio iudicis. Item quando principaliter contra certam personam intentatur officium iudicis. Item quando intentatur principaliter contra incertam. Item quando officiũ iudicis debet seruire actioni, & quando non. Item quando in criminali datur libellus & intentatur officium iudicis. Item quando agitur ex primo decreto officio iudicis, conditione ex canone uel ex lege. Item quando agitur ex secundo decreto, officio iudicis con ditione ex canone uel ex lege. Item de iurisdictione omnium iudicum. & quid ad eos specialiter spectet.&c.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile in causis ecclesiasticis non habet uires sine iure canonico.*
2 *Iudicis officium late patet.*
3 *Iudicis officium si incidenter petitur ad faciendam minoris restitutionem concedendum est etiam a quocunque.*
4 *Contestatio litis requiritur si petitur directe restitutio officio iudicis.*
5 *Restitutio quot modis petatur.*
6 *Minori uendicanti rem suam competit restitutio per modum replicationis si ei opponatur præscriptio.*
Minori agenti datur restitutio aduersus oppositum iuramentum.ibidem.
7 *Replicatio non habet locum ubi non opponitur exceptio.*
8 *Minor an petendo restitutionem debeat dare libellum.*
9 *Libellus uidetur actio, & est exprimens actionem ubi causa exprimitur.*
10 *Iudicium potest quis sine actione experiri.*
11 *Iuris rigor non seruatur in causis ecclesiasticis.*
12 *Libellus non est dandus quando restitutio petitur excipiendo uel replicando.*
13 *Libellus quando petitur semper est dandus in quocunque casu.*
14 *Restitutio minoris licet sit auxilium extraordinarium, tamen in forma iudicij est agendum.*

De officio iudicis contra certam personam. Cap. I.

CVm Vbertus de Bobio rogatus esset ut aliqua de officio iudicis scriberet ad perpetuam memoriam, & probaret per ius ciuile, non ulla secundũ
1 illud ius scripsit. Sed † quia ius ciuile in causis ecclesiasticis non habet uires sine iure canonico, sicut ancilla sine domina, uel seruus sine domino. Iccirco Ego Ioannes de deo decretorum doctor rogatus a discipulis, ut gratificarer iuri canonico, & corrigerem corrigenda, onus suscepi. Videamus ergo & proponamus in medium ad utilitatem posteriorũ, quæ fuerint proponenda. C.de quæst.l.Diuus.

&

& accedit ius canonicum, quod testatur, quod
quæ ad perpetuam memoriam fiunt diligen-
ter perspicienda sunt, ut 23.distin. in nomine
domini.& 1.q.7.conuenientibus nobis. & ex
tra de transla præla.c.quanto.& c.licet. cum
suis simil.de iure ciuili in primis notandum
2 est, Quod † officium iudicis late patet.ut ff.de
iur.om.iud.l.1.quod quidem uerum est plu-
ribus rationibus, sicut in eadem.l.dicitur, & in
exemplis ibi positis. Iudicis enim officio uti-
mur multis modis, & diuersis, sicut per se-
quentia patebit, nam aliter interpretatur
principaliter quasi Actor, & contra certam
personam petendo aliud. Pone quod minor
in aliquo negotio læsus postulabat restitui cō
tra illum cum quo gessit, aliter contra illū,
aliter contra rem illam quam respuit, & im-
plorat iudicis officium, ut ff.de minor. l.au-
xilium.& l.Prætor.& l.in causæ. §.1.& fi. & l.
seq.& l.quod si.§.ult.ff.de euict.l.minor.pri-
3 mo resp. De † hoc sic distinguunt doctores.
quod si incidenter petitur officium iudicis ad
restitutionem faciendam, concedendum est
etiam a quocunque, & sic intelligitur. ff.de
minor.l.in causæ.& accedit ius can. extra de
restit.in integ.c.ult. ubi dicitur, quod etiam
Arbiter incidenter possit in integrum resti-
4 tuere, uel in modum exceptionis. Item † si pe
titur directe restitutio officio iudicis, tum
merum est officium & litis contestationem
exposcit, si in aliquo læsus est, & hoc probant
hæc iura.ff.de minor. l.Pater. §.1. C.si ad uer.
delic.l.1.C.in quib. cas.non est in integ.rest.
5 necess.l.2.C.de minor.l.3. Item † quandoque
restitutio petitur in modū exceptionis, quan-
doque in modum replicationis incidenter,
quia replicatur exceptio, secundum quod est,
ff.de excep.l.1.extra de excep. c.dilecti filij.&
c.dilecto in Christo.& c.significauit.ecce exē
6 plum. Pone † quod minor uendicat rem suā
uel conuenit debitorem, & debitor uel Reus
opponit præscriptionem aliquam, tunc de-
bet minor & potest per modum replicationis
petere restitutionem contra dictam præscri-
ptionem.ut.ff.de procur.l.qui proprio. §.itē
quæro.ff.de minor. l.etiam. C.si aduers.usuc.
l.1.C.quib. ex can.in integ.restit. non est ne-
cess.l.ult.in fi. Idem † dicendum est ubi oppo
nitur iusiurandum. ff.de rei uend. l.1. C.de
pac.l.pacta.ff.de pac.l.si unus.§.pactus.debet
minor intentare aliquam actionem uel cau-
7 sam petendi, & si non opponatur † exceptio
non habebit locum replicatio. C.quæ sent.re
scin.non poss.l.2.extra de sent.& re iudic.c.in
ter monasterium.& sic obtinebit sine restitu
tione.ff.de rei uend.l.officiū. in prin. si aūt op
ponatē exceptio a debitore, interueniat repli-
catio minoris ætatis, ut dictum est, ad hoc.ff.
de iureiu. l.nā postea.§.minor.extra de resti.
in inte.c.dilectus.extra de excep.c.dilecti filij.
C.si aduer. rē iud.l.1.C.si aduers.trās. l.1.& 2.
Item † hic quæro, an in omnibus supradictis
8 minor debeat dare libellum, Respōdeo, quod

a

in primo casu, scilicet, quando directe petit
restitutionem dabit libellum absolute. C.de
lit.cont.auth.offeratur.quæ est posita.3.q.3.
c.induciæ accusatis. uers. offeratur. & extra
de libel.oblat.c.1.& 2.q.5. legum ecclesiasti-
carum.& ad hoc.C.si integ.rest.post.l.2.& 3.
9 libellus † enim uidetur actio, & est exprimēs
actionem ubi causa exprimitur. C.de eden.l.
edita actio.extra de libel.oblat. ca.1.2.& 3.&
uidetur casus.l.instit.de act. in prin.ubi causa
uel actio nihil aliud est quam ius persequen-
di in iudicio quod tibi debetur, & libellus ni
10 hil aliud continet nisi illud. Dicunt † tamen
quidam, quod sine actione potest quis in iu-
dicio experiri.ff.de peti.hær.l.si qui. §.illud.
ff.de administ.tut.l.quoties.§.2. C.de æden.l.
edita.Supplebis ergo uel sine causa quæ loco
actionis ponitur.extra de libel.oblat.c. ult.ex
11 tra de iudic.c.dilecti filij. Nam † in causis ec-
clesiasticis non seruatur rigor iuris. extra de
dolo & contum.c.1.33.q.2.inter hæc.quia ni
mia subtilitas est inimica iuri. C.ad Trebel.l.
sancimus.Dicas ergo quod licet libellus non
sit actio, est quasi actio, & de consuetudine
Bononiæ, ubi est fons iuris, in ciuilibus cau
sis non proponuntur actiones, sed causæ tan-
tum ex quibus petitur. Item in secundo casu
12 quando excipiendo † uel replicando petitur
restitutio nullo modo libellus est dandus, cū
hic solummodo beneficium iuris imploretur,
nec debet dari libellus sed petitio, non enim
pōt iudicare sup restitutione, nisi primo iudi
cetur de petitione. C.de ord.iu.l.1. ff.de min.
l.inter primo resp. Dicunt quidam, quod si
implorat beneficium, epistolæ diui Adrianī
dabit libellum.ff.de fideiuss.l.inter eos. Dicit
13 tamen Vbertus de Bobio, quod si petitur †
semper libellus est dandus in quocunque ca
su. quod ego confiteor quod dabitur petitio
sine solemnitate libelli. ff.de testi. l.1.in fin.
ff.de re iud.l.gesta. C.de appel. l.ueniens.in
fi.C.ne lic.potent.in fi.l.2.scilicet, quia iste
minor facit scribi quomodo petit restitui.Et
14 licet † extraordinarium auxilium uideatur,
tamen in forma iudicij est agendum, extra de
accus.c.qualiter & quando. in prin.& dilatio
parua datur si petatur. 3.q.3.c.induciæ accu-
satis.§.spatium. Dicunt tamen quidam quod
non.C.de dilat.l.fin. quod secundum canonea
non procedit, semper enim dādæ sunt.3.q.2.
per tot. & extra de dilat.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Patriæ potestatis quæstio agitur per officiū iudicis, ubi tantum constat de filiatione.*
2 *Libellus an sit necessarius in causis, alimentorum, seruitutis, patriæ potestatis, obsequij, & similibus.*
3 *Actio damni infecti intentari debet contra certam personam.*

Libellus

4 *Libellus an sit dandus in causa damni infecti, & si sic, qualis.*

6 *Cautio an sit danda in causis alimentorum, patriæ potestatis, & similibus. num.6.*

7 *Alimenta pendente appellatione debent dari ei qui fuerit pronuntiatus alendus sine præiudicio tertij.*

8 *Petitio cautionis legati uel fideicommissi intentatur principaliter contra certam personam.*

9 *Libellus solemnis non debet dari in causa alimentorum & similibus, sed solemnis petitio.*

10 *Officium iudicis intentatur principaliter aliquando pro exhibendis tabulis testamenti.*

11 *Appellatio an detur in causa alimentorum.*

12 *Casus multi in quibus principaliter agitur contra certas personas.*

13 *Seruus conquerens de nimia sæuitia domini intentat officium iudicis.*

14 *Officium iudicis impertitur ei qui in possessionem mittitur.*

15 *Officium iudicis imploratur condictione ex canone in restitutione spolij.*

16 *Officium iudicis militat in omnibus criminibus ecclesiasticis in quib. ciuiliter agitur.*

De officio iudicis principaliter contra certam personam. Cap.II.

Dictum est supra de officio iudicis simpliciter, modo dicendum est de officio iudicis principaliter contra certam personam. Item inter patrem & filium quando est quæstio de alimentis. Item inter patronos & libertos. ff. de liber. agnosc. l. si quis. 1 resp. & per totam ipsam legem. & l.
1 alimenta. Item agitur † per officium iudicis,
quandocunque inter patrem & filium est quæstio de patria potestate, & constat tantum de filiatione. ff. de liber. agnosc. l. deinde. §. 2. C. de petit. her. l. si putas. & C. de patr. potest. l. 1. & 2. & accedit ius canon. extra de conuer. infid. c. ult. Item si petit pater uel patronus, a filio liberto contenti ut obsequium sibi debeat præstari. ff. de offi. præfec. urb. l. 1. §. cum patro-
2 nus. Item † quæro si in talibus & consimilibus detur libellus. & uidetur quod non. ff. de offi. proconf. l. nequicquam. §. de plano. C. de naufr. l. 2. In hoc sic respondet quidam. Quod si filius est in possessione libertatis, & super hoc prouocatur ad iudicium à patre uel patrono, dandus est libellus, alias non posset discer-
3 ni de iustitia. 2. q. 4. si pater. Itē † agitur principaliter contra certam personam per officiū
iudicis, cum postulatur de damno infecto caueri à uicino ut. ff. de dam. infec. per tot. & præcipue in l. Prætoris. & in l. cum iuter. §. 1. & in alijs legibus & notulis ibi positis. ff. de act. &
4 oblig. l. Actoris. Item † quæro si sit dandus libellus in tali causa de damno infecto. & dicunt quidam quod non, quia celeritatem desiderat, ut ff. de dam. inf. l. 1. Alij dicunt contra. C. de lit. contest. Auth. offeratur. & 3. q. 3. c. induciæ accusatis. §. spacium. uers. offeratur, quæ est
5 dicta Auth. ibi inserta. Sol. dabitur † quasi libellus. s. petitio, sicut sæpe dictum est. & non dabitur dilatio nisi modica. ff. de re. iu. l. 2. Itē in casibus prædictis scilicet de patribus & filijs, & de patronis & de libertis, & de damno
6 infecto. Quæro † si debet interuenire cautio, & dicunt quidam quod non. ff. de appel. recip. l. si res. Alij econtra. C. de pedan. iud. l. placet.
7 ita tamen quod † pendente appellatione alatur qui fuerit pronuntiatus alendus. sine præiudicio tertij. ff. de inof. test. l. si instituta. §. pen. C. ad leg. corn. de sicar. l. ult. ff. de test. l. 1.
8 2. & 3. ff. de iure deliber. l. filius. Item † agitur principaliter contra certam personam, quando petitur caueri de legato uel fideicommisso soluendo. ff. de act. & oblig. l. actionis. & extra ut eccles. benef. ut nostrū. extra de pœn. calumniam. insti. de pœna tem. litig. §. 1. & 3. & 16. q. 4. neque decemuij. ff. ut leg. seu fideic. nom. cau. l. 1. Sed uidetur contra. ff. ad exhib. l.
9 3. §. sciendum. sol. non debet † dari solemnis libellus sed summaria petitio. ff. ut lega. nom. cau. l. 1. §. si ad fiscum. & l. hæc stipulatio. ff. ut in pos. legat. l. 1. & per tot. sicut uides in renunciatione episcoporum. 7. q. 1. c. 1. c. qualiter. & c. quamuis. ubi proceditur sine iuris solemni-
10 tate. Item † intentatur officium iudicis principaliter aliquando pro exhibendis tabulis testamēti. ff. de tabu. exhi. l. 1. ad fi. ff. quemad. te-
11 stam. aper. l. 2. Et quæro † utrum appellari possit in prædictis casibus, & libellus dari, & teneas quod secundum canones semper possit appellari. 2. q. 6. Ad romanam. & c. quoties. ex-
12 tra de appel. c. de appellationibus. Itē † principaliter agitur contra certas personas ut facias fieri quæstiones certas & responsiones, ante litis contestationem, & si non fit libellus specialiter, ad hoc. ff. de interog. act. l. 1. & quasi per tot. Item agitur principaliter contra certam personam, scilicet ut hæreditatem regulariter restitueret hæredibus, scilicet compellat ipsum adire. ff. de fideicom. hær. petit. l. 2. & ff. ad trebel. l. ille. §. tempestiuum. & l. cogi. 1. respon. & l. recusare. sed quare non datur libellus, quia gerenda res est, econtra uidetur. ff. ad trebel. l. quia poterat, ad hoc. C. de sent. ex breuit. recit. Auth. nisi. Quidam uolunt recedere ab illa Auth. offeratur. 3. q. 3. & quidam dubitant, utrum in talibus appelletur, sed Ioannes de deo nunquam dubitat quin appellari possit. secundum omnes. 2. q. 6. c. ad romanam. & c. liceat, & c. non ita. & c. ideo. extra de appel.
13 c. de appellationibus. Itē † agitur principali-

ter per officium iudicis contra certam perso-
nam. si conqueratur seruus de nimia sæuitia
domini.ff.de ijs qui sunt sui uel al.iur.l.1.& in
stit.eo.tit.§ sed maior. & §.dominorum.Item
uidetur, quod si petatur libellus & non dare-
tur, esset locus appellandi,nisi esset parua cau
sa.C.de episc.audien.l. si lænones. Item in a-
14 lio † casu imploratur officium iudicis,scilicet
ne uis fiat ei qui in pos.mit.ff.eo.tit. l. 1. & 3.
Item dubitatur, a doctoribus, si est agendum
officio iudicis.C.de edic.diui Adr.tol.l.ult.&
similiter dubitatur.ff.de eden.l.Prætor. & l.si
quis. & hæc sufficiant causa exempli secundũ
15 leges secundum canones sic tene.quod † offi-
cium iudicis imploratur tantum conditione
ex canone,ut in restitutione spolij.3.q.1. Re-
dintegranda.extra de restit.spol.c.sæpe. Item
in præscriptione. extra eo. c. ult.& ubi agitur
in modum inquisitionis, extra de accusat. c.
qualiter & quando. uel in modum denuncia-
tionis,extra de dolo,& contum.c.dilecti. & ex
tra de senten.& re iudic.c.cum.I.& A.Item in
denuntiatione matrimonij. extra qui matri.
accus.pos.cum in tua.extra de consangu. & af
fin.non debet.Item in usuris.14. q.4. per tot.
16 Item † in omnibus criminibus ecclesiasticis,
in quibus ciuiliter agitur, officium iudicis im
ploratur.22.q.1.c.ult 24. q. 3. ecce. extra de
usur.c.ad nostram. cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum possessio dabatur à iudice pro tri-*
bunali sedente.
2 *Tutores pupillis & curatores maioribus dan*
tur officio iudicis implorato, & an contra
certam uel incertam personam.
3 *Libellus non est necessarius quando petitur*
ut interdicantur bona prodigo.
4 *Læsionem prætendentes sunt uocandi & ad-*
mittendi ad contradicendum.
4 *Libellus non est necessarius quando tutor pe-*
tit suum curatorem remoueri ab admini-
stratione.
5 *Officium iudicis in inquirendis criminibus*
quando est fama publica quæritur contra
incertam personam.
6 *Iudicis interest punire iam facta crimina.*
7 *Iudex aliquando extra ordinem officium suũ*
inuitis omnibus exercet.

De officio iudicis contra incertam personam principaliter. Cap. III.

Quando imploratur officium suum
à iudice non contra certam perso
nam principaliter ut fiebat in bo-
1 norum † possessione quam iudex
dabat sedendo pro tribunali.ff.quis or in bon.
pos.seru.l.utile.§.dies.ff.de succes.edic.l.1. §.
decretalis. quia non uidetur quod in tali casu
certæ personæ esset nominandæ,tamen si uole
bant se alias offerre ad contradicendum qui
lædebantur essent admittendi.ff.de adopt.l.1.
& 2. Instit.de adopt.§. si aliquis. ff. de acqua
pln.arc.l.4.ff.de bon.pos.l.2. §.ult. C. quor.
bon.l.1.in fi.& l.seq. C. qui ad bon. pos.adm.
pos.l.penult. sicut in iure canonico. extra de
testi.c.ueniens.extra de sent. & re iudic. c.cũ
super.12.q.2.indignum.& c.non liceat. extra
de reb.eccles.non alie.c.presbyterorum.ad fi.
2 cum suis simil. Item † sequitur aliud exem-
plum,in quo datur & imploratur officium iu-
dicis contra incertam personam,scilicet ut dē
tur tutores pupillis non habentibus tutores.
Item quod dentur curatores maiorib. 14. an-
nis.& minoribus.25. saltim in litibus.ff.de po
stul.l.1.ad fin.& l.seq.uidetur tamen, quod im
ploretur contra certam personam, quia certa
persona debet designari ab eo qui petit tuto-
rem uel curatorem.ut C. qui pet.tut.l.2.& per
tot.tit.Sol.non petit aliud ab illo quem nomi
nauit:Et in talibus & simillibus non est dan-
dus libellus nisi forte iudex diceret, scribe pe
titionem tuam, & da mihi ut super illa delibe-
remus.sic.7.q.1.qualiter. & c. quamuis. & c.
3 quia frater. Item † est alius casus, ut si peto à
iudice, ut interdicat alicui administrationem
in proprijs tanquam prodigo, peto à solo iudi
ce, non dabo libellum, nisi intentionem scri-
4 ptam ipsi iudici ut dictum est. Item † quæro si
sunt uocandi qui læduntur, uel saltem admit-
tendi ad contradicendum, & dicunt quidam
quod sic, C. si min. se ab hæred. abstin. Auth.
sed si omnes creditores.C.de liber. cau.l.prin-
cipaliter.ff.de min.l.etiam.§. ult.ff. de curat.
fur. l. obseruare in talibus enim solo iudici est
danda petitio non libellus aduersæ parti, et go
minor qui petit restitui ut ab hæreditate absti
neat non det libellum qui ab eo petitur,instet
tamen,ut cesset ab administratione rei suæ,sci
licet cum accusatur tutor quando officium
iudicis requiritur, quod ipse iudex per se intē
dit scilicet remouere eum,ex quo scis. sine a-
lio petitorio remouetur suspectus tutor offi-
cio iudicis, de quo iudici constat saltin per pu
5 blicam famam.ff.de susp.tut.l.3.§.2.Item † in
inquirendis criminibus cum est fama publica,
quæritur tantum officium iudicis contra in-
certam personam. ut ff. de offi. præfi. l. con-
gruit.22.q.1.c.ult.35.q.7.episcopus. extra de-
6 testi.cog.præterea. Iudicis † enim interest pu
nire iam facta crimina.23.q. 4. si is qui. item
obuiare ne fiant.86.dist.c.1.2.& 3.83.dist.c.1.
7 & 2. Item cum † reperitur officium iudicis
quod ipse extra ordinē exercet inuitis omni-
bus.ff.de postulan.l. 1. & accedit ius canonicũ
extra de appel. oblate. extra ut eccles. benef.
ut nostrum.extra de simon.c. licet Ely. §. nos
qui ex officio nostro.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium quo casu deseruit actioni.*
2 *Iudex ex officio suo in omni actione mandat sententiam exequtioni.*
3 *Iudex in ijs quæ sunt bonæ fidei uel ex testamento descendunt ex qualibet mora facit uenire fructus & usuras.*
4 *Iudex emendat ubi bona fides non abundat.*
5 *Vsura iure canonum nullo casu conceduntur.*
6 *Ecclesia defendit id solum quod irreprehensibile est.*
7 *Officium iudicis deseruit in actionibus arbitrarijs.*
8 *Officium iudicis communiter deseruit post litem contestatam etiam in actionibus stricti iuris quo ad naturales accessiones, non quo ad ciuiles.*
9 *Officium iudicis deseruit etiam ciuilibus in eo quod à Reo fieret post litem contestatam.*
10 *Officium iudicis certum præstat seruitium in incomparabili.*
11 *Iudex pro bono. & æquo ex officio potest supplere, & pro utraque parte allegare.*
12 *Iudex ex officio debet respicere ne Reus egeat.*
13 *Aduocatus debet esse diligens in actionibus in libello proponendis.*
14 *Actor debet caute proponere uerba continentia plures causas, nec tenetur specificare nisi expressim exigatur.*

De Iudicis officio quod deseruit actioni. Cap. IIII.

1 Reperitur aliud officium iudicis deseruiens actioni cum † nulla actio, id est petitio possit in iure habere effectum suum sine iudice, ipse facit ex officio suo rdi causam ab initio. ff. de eden. l. 1. ipse enim in processu causæ recipit probationes. C. ut quæ desunt aduo. l. un. & accedit ex-
2 tra de postulan. c. bonæ. Item ipse † iudex ex officio suo in omni actione mandat sententiã exequtioni. ff. de re iud. l. a Diuo Pio. & l. si se. §. 1. C. de exequt. rei iud. l. 2. & l. ordo. ff. de minor. l. minor. Et nota quod alio modo deser-
3 uit, quia in actionibus bonæ fidei † uel in ijs quæ ex testamento descendunt deseruit plenius quoniam in ijs iudex ex qualibet mora facit uenire fructus & usuras. ff. de neg. gest. l. quia tantumdem. ff. de act. emp. hex empto. & l. qui pendentem. ff. de usur. l. mora. §. 1. & l. uideamus. C. de usur. & fruc. lit. per totum. C. de usur. l. in bonæ fidei. ff. de lega. 1. l. apud. & l. non quocunque. §. Iulianus. & l. quæsitum & est ratio, quia in ijs plenius deseruit: nam bo-
4 na † fides magis debet abundare, & si non abũdabit, iudex emendabit, ut C. pro socio. l. 4. & instit. de oblig. ex quasi contrac. Sed tamen
5 hoc tene, quod canones † in nullo casu concedunt usuras, nec in auro nec in pomis, nec in uino, nec in aliqua re, uel dono propter impensam. 14. q. 3. plerique. & 14. q. 4. per tot. & 46. dist. c. ult. & 16. distin. c. 1. cum suis similibus.
6 nam † hoc solum quod irreprehensibile est sancta defendit ecclesia. 14. distin. c. ult. & 81. dist. c. si quis fine. 25. q. 1. omne quod. Item in
7 † actionibus arbitrarijs satis deseruit officium iudicis, ut patet. ff. quod met. cau. l. putat. §. ex hoc. ff. de rei uendic. l. qui restituere. in fi. instit. de act. §. præterea. ff. de usur. l. 3. § in ijs.
8 Item † communiter officium iudicis deseruit post litem contestatam etiam in actionibus stricti iuris quo ad naturales accessiones, non quo ad ciuiles. ff. si cert. pet. l. eum fundum. §. 1. resp. C. de rei uendic. l. certum. ff. de usur. l. 2. & l. uideamus. §. ult. C. de cond. indebiti. Item
9 † deseruit ciuilibus in eo quod a Reo fieret post litem contestatam scilicet circa rem petitam. ff. ne quid in loco publ. l. 1. in fi. ff. de rei uendic. l. non solum. & l. quia. & ad hoc extra de dolo, prout extra de purgat. can. per tot. 2. q. 5. c. si legitimi. c. Presbiter si a plebe. & c. si mala fama. & 3. q. 1. Redintegranda. extra de offi. deleg. consuluit. & de pœnit. distin. 6. c. 1. & de pœnit. dist. 5. c. 1. & in multis alijs commie-
10 titur officio iudicis. Item † in comparabili certum præstat seruitium officium iudicis, de quo habetur. ff. si seru. uend. l. harum. & l. egi. Item si quæratur, erat ne ad petendum istud dandus libellus. Respon. si petatur tantum ratione temporis quod præcessit litem contestatam, non est dandus libellus, & sufficit si solo uerbo dicatur ei ante sententiam uel post ea die uel si
11 non dicatur iudex tamen † pro bono & æquo ex officio potest supplere. ff. de edilit. edic. l. ediles. & l. sciendum. ff. de usur. l. 2. & per tot. C. ut quæ desunt aduo. l. 1. C. de liber. cau. l. ult. & accedit ius canonicum extra de testi. c. cum olim. C. de ingen. manumis. l. diffamari. extra de fi. instrum. c. accepimus. extra qui fil. sint legit. c. lator. in ijs seruitutibus & conditionibus & iuribus incorporalibus sufficit officium iudicis ad imponendum silentium aduersæ parti, etiam de officio suo allegat pro utraque parte. extra de postulan. bonæ. Item aliquando officium iudicis deseruit actioni, immo detrahit ei in expensis factis aliquando per compensa-
12 tionem quæ obijcitur, & ipse † iudex ex officio adiuuet causam, in habendo respectum ne Reus egeat. ff. de rei uendic. l. inter officium. & instit. de act. in fi. & hic nunquam datur libellus, & hoc uerum est si debitum est liquidũ, ita quod cito habeat exitum. alias Reo non admittitur compensatio, nec in deposito admittitur. extra de depos. c. bona fides. ad fin. Et hæc

lufficiant circa libellos in ciuilibus notalse.
13 Item † tene ad hanc doctrinam, oportere ad-
uocatum habere diligētiam in actionibus uel
caufis in libello proponendis.C.de eden l.edi
ta actio.extra de libel.oblat.c. ult.hoc femper
14 retento,ut aduocatus † actoris cautius propo
nat uerba continentia plures caufas quia for-
fan aduerfarius non exiget electionem, nec cu
rabit de fpecificatione caufæ, & ita actor non
tenetur dicere nifi expresfsim exigatur ff.de iu
reiur.l.iusiurandum.& afpicias fuper hoc . ff.
de oper.noui nunt.l.de pupillo.§.qui opus no
uum.extra de accufat.c.cum dilecti. extra de fi
mon.c.de fimoniacæ.

SVMMARIVM.

1 *Accufare uolens debet habere paratas probationes.*
2 *Lex hoc facit in publicis delictis quod in priuatis facit accufatio.*
3 *Crimen ftellionatus habet locum quando nõ extat proprium nomen actionis.*
4 *Statutum licet nouam inducat pœnam, non tamen tollit antiquam nifi hoc expreffe dicat.*
5 *Cafus in quibus quis non obligatur ad infcriptionem, uel ad pœnam tallionis.*

Libellus quando detur *in* criminalibus, & *iudicis* intentetur officium.
Cap. V.

SI Ergo quis criminaliter intendit accufa
1 re uel agere † uideat fi habet promptas
& paratas probationes, quæ in realibus
exiguntur. C. de eden.l. is apud quem.
Item uideat qua lege fit deferendus Reus, nã
2 hoc facit lex † in publicis quod facit accufatio
in priuatis criminibus.ff.de accuf.l.libellorũ,
C.qui accuf.non pof.l.2. Item fi crimen eft pri
uatum.& habet accufatus certum nomen cri-
minis,ut ff.de priua.delic.l. 1. cum ijs quæ ibi
3 notantur.Si † non habet proprium nomẽ agat
crimine ftellionatus.ff.de crim.ftel.l. 2. Item
ex lege municipali poteft eum accufare fi a-
git ordinata pœna ex ftatuto loci uel coufue-
tudine approbata.11.dift.in ijs rebus.18. q.2.
feruitium. Item fi poteris latenter accufare iu
se ciuili pro iure municipali,immo & iure mu
nicipali,ut iudex utroque iure uel eorum alte
ro iudicet,quod uideatur fibi expediens : quia
4 licet † ftatutum nouam inducat pœnam non
tamen tollit antiquam, nifi ftatutum hoc di-
cat expreffe.ff.de accufa.l.quoties. C.de fepul.
uiol.l.qui fepulchrum. fi tamen cogeretur eli-
gere, eligat pofterius, quia derogat priori-
bus.C.de fideiuf.l. 5. & accedit de confecrat.
dift. 3.celebritatem.ficut iam dictum eft fupe-
5 rius.Item nota † cafus in quibus quis non ob-
ligatur ad tallionem, uel ad pœnam infcriptio
nis.C.de iudej. & cœlic. l. ne quis. C.de apo-
ftat. l. apoftatarum. C. ad leg. iul. de adult. l.
quamuis.C. de abige. l. ad locz. C. de tefti. l.
nullus §.ult.ff.de accuf. l. lauia.C.de fent.ex
breui.recit.Auth.Nifi breuiores ff ad leg.cor.
de ficcar.l.3.§.1 . & hoc habes in corpore iur.
canon.4.q.4.c.Nullus introducatur.§. Aliquã
do.15.q.3.de crimine. Et de hoc iam in fecun-
do libro tractatum eft,ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Decretum dicitur quælibet diffinitiua fententia, & etiam latius pro interloquutoria accipitur.*
2 *Decretum aliquando dicit id quod a fummo Pontifice uel fanctis patribus eft ftatutum.*
3 *Agere intendens debet in iudicio proponere quæftionem.*
4 *Iudex quilibet poteft citare per nuntium.*
5 *Iudex pedaneus non poteft citare per nuntiũ fed debet perfonaliter citare partes.*
Iudex non debet uocare partes. ibid.
Arbiter poteft citare per nuntium. ibid.
6 *Iudex pedaneus licet poffit citare per nuntium non tamen poteft per adictum.*
7 *Iudex quomodo olim proponebat adictum citatorum.*
Adictum in albo hodie non feruatur. eod.
Citatio per adictum toties fit quoties iudici placuerit. & quoties quotque dierum erãt olim, & hodie funt. eod.
8 *Iudex de confuetudine dat inducias prout fibi magis uidetur.*
9 *Succeffor in officio poteft procedere fuper citationibus fui præceffaris.*
10 *Citatio per adictum fit ante litem conteftatã, peremptorium autem poft.num.12.*
11 *Peremptoria citatio mittitur ante litem conteftatam.*
13 *Actor non comparens in citationibus condemnatur in expenfis Reo citato comparenti, nec admittitur nifi ut.*
14 *Reus contumax quando puniatur.*
15 *Citationes in criminali debent fieri per interualla.*
16 *Citatus criminaliter de iure habet longas inducias.fed feruatur confuetudo.*
17 *Iudex an debeat credere fimplici relationi nuntij uerbo factæ.*
18 *Cautela pro iudice non habente publicum nũ tium*

tium circa citationes faciendas.

19 *Citatio facta domui an ualeat si non uenit in notitiam citati.*

20 *Citationes quandoque sunt illegitime.*

21 *Contumacia triplex, per non responsionẽ per non comparitionem, & per recessum.*

22 *Consanguinei Rei ex diuersis prouincijs an sint uocandi ad defensionem Rei.*

23 *Citatio consanguineorum pro defendendo Reo debet fieri per adictum.*

24 *Creditores puri mittũtur in possessionem ad hoc ut bona uendantur.*

25 *Creditores conditionales uel in diem mittun tur in possessionem donec sibi caueatur de soluendo existente die.*

26 *Decretum primum quibus casibus interponatur.*

27 *Missus in possessionem ex primo decreto & ex personali actione indistincte non possidet, sed detinet donec aduersarius tedio affectus ueniat responsurus.*

28 *Missus in reali ex primo decreto possidet & facit fructus suos, non tamen usucapit nisi anno ellapso.*

29 *Missio in possessionem quomodo olim fiebat, & quomodo nunc fit.*

30 *Possessor uerus quis efficitur ex transcursu an ni secundum ius canonicum.*

31 *Possessio in personali datur pro modo debiti declarati.*

32 *Creditor in hippothecaria nunquid mittitur ex primo decreto in possessionem pro modo debiti declarati.*

33 *Primum decretum à quibus iudicibus inter ponatur.*

34 *Missio in possessionem quo modo fiet contra non habentem nisi nomina debitorum.*

35 *Debitorum nomina & alia incorporalia non possidentur.*

36 *Creditori quomodo subueniatur quando Reus non habet nisi usumfructum in aliqui bus pradijs.*

37 *Pignori quando & que res mobiles capi pos sunt, & que non.*

38 *Actori quomodo consulatur quãdo Reus non habet nisi beneficium aut prebendam.*

39 *Iudex an possit extrahere Actorem de possessione ipsi data ob contumaciam Rei non citati.*

40 *Decretum non legitime interpositum non ua let ipso iure.*

41 *Iudicis autoritate possidens iuste possidet.*

42 *Missus ex primo decreto in possessionem bonorum pupilli non alitur ex bonis.*

43 *Missus in possessionem quo casu alatur de bonis.*

44 *Primi decreti effectus quis sit. num. 45.*

46 *Auxilium ex adicto pratoris triplex.*

47 *Pupillus & furiosus non tenentur ex adicto pratoris.*

48 *Pratoris adictum competit contra dolo prohibentem.*

49 *Haredes non tenentur legatarijs ex adicto pratoris prohibitorio.*

50 *Actio in factum ad interesse perpetua datur in duobus casibus.*

Interdictum restitutorium competit expulso ut restituatur. eod.

51 *Interdictum de ui & ui armata an detur illi qui expulsus est postquam uenit in possessionem.*

52 *Interdictum de ui & ui armata non datur nisi ei qui possidet, & tunc eijciebatur.*

53 *Contumax comparens ante secundum decre tum restituitur refectis expensis.*

54 *Contumax ut supra restitutus debet dare cau tionem de prosequenda lite.*

55 *Actor recipiet à Reo omnes expensas utiles & necessarias factas in lite.*

De primo & secundo decreto, & quando ex primo decreto agitur officio iudicis. Cap. VI.

PLenius & planius tractant moderni de primo & secundo decreto quam olim tractauerint antiqui, ergo de primo & secundo decreto plene uideamus, & primo quot modis dicitur decretum. Item quando debeat interponi, & a quibus iudicibus: & quo iure talis interpositio postuletur. Et quis sit effectus primi & secundi decreti.

1 † Decretum dicitur quælibet diffinitiua sententia. ff. de re iudi. l. decreta. & accedit ius canonicum. 2. q. 1. in primis. in illa. l. ibi inserta in fine canonis. Item aliquando ponitur latius, scilicet qua iudex interloquendo uel diffiniendo pronuntiat. ff. de offic. assesso. l. 1.

2 † Aliquando id quod est statutum a summo pontifice, uel a sanctis patribus aliquid diffiniendo. ut liber decretorum quæ dicuntur etiam decretales quasi filiæ decretorum. 19. distin. si Romanorum. 88. distin. c. ulti. 21. q. 3. c. penult. Cum autem ea de quibus ad præsens agitur interponuntur, & perfecte sciri non poterunt, nisi de quibusdam quæ præparatoria iudi-

iudiciorum ſunt quæ præcedunt litem conte-
ſtatam noticia, quaſi de uia ad ſequentia ha-
beatur. ideſt de citationibus, & libelli obla-
3 tionibus: † unde quilibet homo uel fœmina
qui uel quæ uult agere, debet uenire ad iudi-
cem, & proponere quæſtionem. C. de epiſc. &
cler. l. iubemus. in fin. ff. quis ord. in bon. poſ.
ſeru. l. in bonorum. §. ſi præſens. & ad hoc ius
canonicum. 15. q. 3. de crimine. & 15. q. 7. c. 1.
& 16. q. 1. Ad hoc. 2. qō. 6. quiſquis. & l. libello-
rum cum ſuis ſimil. & hoc facto litigator de-
bet eius libellum, deſiderium uel quærelam
continentem iudici, uel aduerſario per iudicē
porrigere, ſecundum formam illius Auth. of-
feratur. C. de lit. conteſt. & 3. qō. 3. c. induciæ
accuſatis. §. offeratur. Qualiter autem libel-
lus debeat formari, ſuperius dictum eſt in
multis alijs libellis, & a me Ioanne de Deo, &
ab alijs doctoribus legum, & profeſſoribus le-
gum formati ſunt. Pyleus tamen breuius quā
alij dixit. Facta autem libelli oblatione iudex
debet citare aduerſarium, unde de citationi-
bus hic tractandum eſt quando, & qualiter, &
à quibus iudicibus fieri poſsint, ſub epilogis,
licet ſuperius in tertio latius de citatione di-
ctum ſit ſecundum canones, modo ſecundum
4 leges dicamus. † Citare autem poteſt iudex
per nuntium, & quilibet iudex ſiue ſit ordina
rius ſiue delegatus, ſiue ſit pædaneus qui co-
gnoſcit de minimis cauſis, uel de contractib.
5 Quidam † tamen dixerunt, quod iudex pæda-
neus uel iudex a iudice datus non poteſt cita-
re per nuntium, ſed perſonaliter debet cita-
re partes, ſed tamen non eſt uerum. C. de indi-
ci. l. ſancimus. quia non debet iudex ire uel
uocare partes ſiue litigatores. C. de epiſco. &
cler. l. iubemus. in fin. Item per nuntium po-
teſt citare arbiter. ff. de arbitr. l. ſed ſi de inter
pellatione, ergo multo magis pædaneus qui
aliquam habet iuriſdictionem. ad hoc. ff. ne
quis eum qui in ius uoc. l. 3. §. ſi quis ad per-
emptorium. extra de offi. deleg. c. ex litteris. &
6 2. q. 6. Si qui appellat. §. diffinitiua. † Licet au
tem pędaneus per nuntium citare poſsit, ta-
men ſecundum quoſdam non citat per ædi-
ctum. de iſtis ædictis ita teneas. Quod Prætor
in albo parietis ſic erat conſuetus ſcribere, ut
ſi quis litigabat coram iudice ordinario, ordi-
narius in quodam loco dealbato faciebat quo
7 dam ædictum in hunc modum. † Dic ut ue-
niat Titius reſponſurus tali qui uult eum con
uenire. ſic intelligitur. ff. de iuriſdi. omn. iudi.
l. ſi quis. in princ. Hodie hoc ædictum in albo
non proponitur, quia per conſuetudines fiūt
alio modo citationes. ff. de iudic. l. Ad perem-
ptorium. C. quomo. & quan. iudi. l. conſenta-
neum. ibi. ternis &c. & ſic 24. qō. 3. de illicita.
ſit autem talis citatio uel uocatio non bis ſed
ter uel quater prout conuenit, & numerum
citationum iudex uoluerit moderare. ff. de iu-
di. l. ad peremptorium. extra de reſtit. in inte.
cum litteris. ad fin. extra de dolo & contuma.
quærelam. 5. q. 2. præſenti. extra de offi. dele.
conſuluiſti. olim tamen inter unam citatio-
nem & aliam intererant. 10. dies. ut. C. de ind.
l. properandum. hodie tamen de iure commu-
ni in magnis & arduis cauſis debet interueni-
re ſpatium triginta dierum. C. quom. & quan.
iud. aut. qui ſemel. & 24. q. 3. de illicita. tamen
8 † de conſuetudine iudex dat inducias prout
ſibi magis uidetur expedire partibus. ff. de iu-
dic. l. nonnunquam. extra de appel. ca. oblatæ.
3. q. 3. c. 1. 2. & 3. & 5. q. 2. præſenti. Item dicūt
quidam, quod prima citatio uel ædictum po-
teſt uocari conditionale, quia cum dicitur. di
cas tali quod tali die ſe præſentet coram me
quia conuenitur a tali. Item ſecunda citatio
uel ædictum poteſt uocari monitorium, cum
dicitur, quia iudex puniet eum ſi non ueniet,
uel dicitur peremptorium, quia iudex proce-
det ſi non uenerit. extra de offic. deleg. c. con-
ſuluiſti. & fiat cōdemnatio, uel abſolutio poſt
peremptorium, ex benignitate tamen propo
nitur aliud peremptorium adhuc. ff. de iudic.
l. & poſt ædictum peremptorium. extra de of-
9 fic. deleg. conſuluiſti. † Item pone quod iudex
deceſsit, uel aliter impeditus non procedit,
factis ab eo citationibus, quæro ſi ſucceſſor
poſsit procedere, & dicas quod ſic, ſed nomi-
ne dignitatis procedet, & non proprio nomi-
ne. extra de offi. deleg. c. quoniam abbas. & ff.
10 de iudici. l. ędictum. Item † citationes per æ-
dictum fiunt ante litem conteſtatam, ſed de
peremptorio dubitatur, an debeat fieri ante
litem conteſtatam uel poſt, & quidam dicunt
quod non ante litem conteſtatam, quia per-
emptorium datur ut fiat diffinitiua ſentētia,
quæ non fit niſi demum lite conteſtata. Sunt
tamen caſus in quibus proceditur lite non
conteſtata. C. de ijs qui ad eccl. conf. l. penult.
extra ut lite non conteſtata. ca. quoniam fre-
11 quenter. Sol. dicas † quod peremptorium mit
titur ante litem conteſtatam. extra de dilat.
c. 1. & 24. q. 3. de illicita C. quom. & quan. iu-
di. l. conſentaneum. & Auth. qui ſemel. extra
12 de reſtit. in integ. cum litteris. Item † perem-
ptorium mittitur poſt litem conteſtatam, ex-
tra de offi. deleg. ca. conſuluit. & c. Paſtoralis.
C. quomo. & quan. iud. l. conſentaneum. nam
ibi dicitur quod peremptorium locum habet
etiam ſi lis incœpta non ſit, & hoc eſt, quia ſi
non ueniret, pronunciabit iudex Actorem
mittendum eſſe in poſſeſsionem rei petitæ
ob contumaciam aduerſæ partis. ſed non po-
13 teſt pronunciare diffinitiue. Item † quæro ſi
citatus ueniret in prima citatione uel ſecun-
da, uel forte in peremptorio, & Actor non ue-
niret, an actor punietur, & dicas quod ſic, qd
punietur in expenſis, & non admittetur ad
aliam citationem niſi præſtiterit cautionem
14 de comparendo in alio termino. Item † quæ-
ro ſi punitur Reus ſi non uenit in prima uel
ſecunda, uel tertia, citatione, & dictum eſt
ſupra de contumacibus, quia ſi citationes
ſunt coniunctæ ſub conditione, non punitur
niſi in ultimo, ſi autem eſt una ſola & non ue
nit

nit & contempsit iudicem debet puniri, & sic
in secunda, si fuerint duæ tantum citationes,
de peremptorio non est quæstio. 24. q. 3. de il-
15 licita. † Item sciendum est, quod in crimina
li per interualla debent fieri citationes. ff. de
publi. iudi. l. inter Actorem & Reum. argum.
contra. C. quom. & quan. iud. Auth. qui semel
uidetur tamen quod cautius sit incedendum
in criminalibus in quibus à seueritate iuris
16 non receditur. 23. qō. 4. est iniusta. & † debet
habere longas inducias ut dicunt canones. 3.
q. 2. c. 1. 2. 3. & 4. & 3. q. 3. c. 1. & 3. qō. 1. c. 1. 2.
& 3. & 24 q. 3. de illicita C. de exhib. reis. l. 3.
consuetudo tamen in talibus obseruatur. ex-
tra de appel. cum sit romana. ff. de iudic. l. non
17 nunquam. Item † quæritur hic, utrum iudex
debeat credere uerbo simplici uel assertioni
executoris uel nuntij super ijs quæ denuntiāt
quia dicunt plerique. Domine uocaui eum,
& dixit quod nolebat uenire, & uidetur quod
faciant fidem, & quod credatur illis qui talia
denuntiant C. de accusat. l. accusatio. & l. ea
quidem. ff. ad turpil. l. ab accusatore. §. nuntia
tores, & est argum. ff. de offic. præf. urb. l. 1. §.
sanè. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. magis. §. ne ta
men. Sol. Quidam dicūt, ut domini legum do-
ctores, quod non creditur nisi aliter probe-
tur. ut. C. de decur. l. 1. lib. 12. ff. de custo. reor.
18 l. diuus. in fin. Item consulo † iudici quod si
non habet publicam personam ad hoc depu-
tatam, mittat simul duos nuntios, quia in ore
duorum uel trium constat omne uerbum. ff.
de testi. l. ubi numerus. extra de testi. c. ueni-
ens & c. in omni negotio. & 2. q. 4 c. 1. & 2.
extra de proba. c. quoniam contra falsam. ubi
19 ponitur idem casus. † Item quæro si sufficit
denuntiare domui uel familiæ, si tamen denū-
tiatio non ueniat ad notitiam litigantis, uel
Aduocati, uel citati, an teneat citatio. Videtur
quibusdam quod citatio teneat. ff. quæ sent. si
ne appel. rescin. l. 1. Sed puto quod sufficiat, si
domui publice nuntietur, uel ad domum cum
testibus, uel tabellione, uel cum literis. C. de
annal. except. l. ut perfectius. ff. de dam. infec.
l. 4. §. Prætor. ff. quod ui aut clam. l. aut qui. §.
1. Alij dicunt quod non sufficit, quia non fuit
edictum perfectum, eo quod ipse non audiuit,
& inducunt pro se. ff. de petiti. hære. l. hæres
20 † nam citationes uel uocationes quandoque
sunt illegitime. C. de in ius uocan. l. 1. & 2. &
in summa ibi posita. Sol. si proprie fiant de-
nuntiationes, sufficit denuntiare domi. extra
de dolo & contuma. c. causam quæ. & c. uene-
rabilis. extra de eo qui mit. in pos. cap. ulti.
21 † Sunt autem modi tres contumaciæ. quia
quandoque uenit Reus & non uult responde
re, quandoque non uenit. Quandoque recedit
antequam sibi aliquid præcipiatur. ff. de re iu
dic. l. contumax. 11. qō. 3. certum. & Actor de-
bet dicere iudici quod citet Reum inter co-
gnatos & notos, & ad domum propriam, &
sic edictum habebit locum. Sin autem appa-
reat qui absentem defendit legitime, nō fiet
missio in possessionem. hoc probatur. ff. ex
22 quib. cau. in pos. eat. l. quod autem. † Item hic
consueuit quæri, si omnes consanguinei Rei
etiam ex diuersis prouincijs debent uocari ad
defensionem eius. Et dicūt quidam quod sic.
ff. de reb. eor. qui sub tut. uel cur. l. magis. §. il
lud quæri potest. Alij autem dicunt contra-
rium, cum non sint de sua iurisdictione. ff. de
iurisd. om. iudi. l. diuus. & quia causa differre-
tur quod esse non debet ff. de procura. l. non
solum. extra de dolo & cont. c. finem litibus.
& c. uenerabilis. ubi dicitur, quod quæstio nō
debet esse immortalis. C. de bon. quæ liber. l.
quod iussu. Tertii dicunt quod illi consanguī
nei sunt uocandi de quibus non est uerisimile
quod dimittant periclitari causam consan-
guinei. ff. quib. ex cau. in pos. eat. l. hoc autem.
23 Sol. † Nullus debet uocari proprio nomine,
sed proponatur edictum publice, dicendo, qui
uult talem defendere, ueniat, & defendat. ff.
de instit. act. l. sed & si pupillus. §. proscribe-
re, extra de dolo & contuma. c. uenerabilis, &
est consuetudo ciuitatis Bononiæ. ubi ita di-
cit preco. ueniat qui uult defendere & defē-
24 dat. Item † notandum est, quod omnes cre-
ditores siue pure aliquid eis debeatur, siue
sub conditione, siue in diem, postulare pos-
sunt ut in possessionem mittantur, sed isti cre
ditores quibus pure debetur mittētur in pos
sessionem ad hoc ut bona uendantur, ff. quib.
ex cau in pos. eat. l. si quis creditor. §. credi-
25 tor. extra de testi. c. penulti. Creditores † ue-
ro conditionales uel in diem mittuntur in pos
sessionem non ut uendant, sed ut possideant
donec sibi caueatur de soluendo conditione
uel die existente. & sic intelligitur quod ha-
betur. ff. quib. ex cau. in pos. eat. l. in possessio
nem. & l. Fulcinius. §. si in diem. & ad hoc. ff.
de iudic. l. in omnibus. extra ut lit. non conte.
c. quoniam frequenter. ad fin. Item si Reus nō
defendatur, instanter postulent aduersarij ut
mittantur in possessionem, ut iudex iubere
debeat eos possidere qui missi sunt in posses
sionem in diem, uel sub conditione. & hoc uo
26 catur decretum † hoc autem decretum pri-
mum interponitur in actione reali uel perso-
nali. item in ijs quæ obtinent uim statum a-
ctionum. Verbi gratia, ut cum cautiones po-
stulantur de damno infecto, uel pro legatis,
uel quia mulier petit se mitti in possessionē
uentris nomine, scilicet quia dicit se grauidā
de uiro præmortuo, tunc tales satisdationes
in usu obtinent antiquorum. ut. ff. de act. &
obliga. l. actionis uerbo. & quod istis casibus
fiat missio in possessionem probatur. ff. quib.
ex cau. in pos. eat. l. 1. C. de præscri. 30. ann. l. si
quis. §. ulti. ff. de damn. infect. l. 7. §. 1. & tunc
per nuntium iudicis mittatur in possessionē
maxime si timet impediri. ff. ut in pos. legat.
27 l. si cum nullus. † Missus autem in possessio-
nem ex primo decreto & ex personali actione
secundum oēs legistas indistincte nō possidet
ff. de acqui. poss. l. possideri. & l. si duo. §. cre-
ditores.

ditores. sed detinet donec Aduersarius tedio
affectus ueniat responsurus, ut.ff.ut in pos.le-
gat. l. is cui. primo respon. & sic secundum
eos mittitur Actor in possessionem & Reus
non excluditur.ut in praed.ll.nisi iudex ex of-
ficio suo prohibeat Reo ne impediat actorem,
uel forsan ne cum eo ueniret ad rixam.argu.
ff.de usufruc.l.si cuius.§.si inter duos. & tūc
iudex poterit constituere quis ipsorum bona
28 debeat excollere.† Item in reali actione mis-
sus ex primo decreto possidet, sed non tamē
usucapit, nisi anno ellapso, facit tamen per
talem missionem fructus suos.C.de praescrip.
30.annor.l.si quis emptionis.§. sed & si quis.
ubi dicitur. ea tantum occasione quod absens
prior possessor ad litem uocatus minime re-
sponderit.&c. ff.de dam.infec.l.a quo.C.quo
mo.& quan.iud.l.consentaneum. Alij dicunt,
quod nemo in reali nec in personali possidet
ex primo decreto ut uere possideat, sed ella-
pso anno incipit possidere, quasi ex secundo
decreto interposito: nam tantum operatur in
talibus unius anni transcursus, scilicet in prę
dialibus, quantum in personalibus secundi
decreti interpositio, nec praedictae. ll. quae de
iure uidentur dicere aliquem fieri possessorē
hic locum habent, quia ibi possessor ponitur
29 pro detentatore † fiebat autem olim haec mis-
sio, quando agebatur personaliter in omni-
bus bonis.ff.quib.ex cau.in pos.eat.l.1.hodie
autem fit secundum mensuram debiti declara
ti, ut in Auth.de exhibē. & intromit. reis.§.si
uero. & hoc habes à canone.extra ut lit. non
contest.c.quoniam frequenter. & in realibus
fit missio in possessionem rei petitae, & proba
tur.ff.quib.ex caus.in pos.eat. l.Fulcinius.§.
30 pen. de hoc sic teneas † Quod secundum ius
canonicum ex transcursu anni efficitur quis
uerus possessor, extra de eo qui mit. in pos.
cau.rei seru.c.1.& ca.2.ad fin.& ca.cum uenis-
sent, extra ut lit.non contesta.c.quoniam fre-
quenter.extra de dolo & contuma. c.cum con
tingat.2.q.6.l.ei qui appellat, ibi posita post.
c.si quando in causa. Secus tamen in persona-
31 li.cui † datur possessio pro modo debiti de-
clarati, quia non potest rem distrahere nec
fructus suos facere, nisi ex secundo decreto.ut
extra ut lit.non contest.quoniam frequenter.
ad fin. quia tunc recipit rem in solutum. Sed
32 † nunquid in hypothecaria ex primo decre-
to mittetur creditor in possessionem pro men
sura debiti declarati, & dicunt quidam quod
non, immo in omnibus bonis quae tacite uel
expresse hypothecata sunt, uel obligata. ad
hoc.C.commun.de lega.l.1.ff.quibus mod.in
poss.eat.l.lecta. Alijs uidetur quod debet mit
ti pro modo debiti declarati. in Auth.de ex-
hib. & introduc. reis.§.in hypothecaria, uel
rescisoria.quae est in princip. primi lib. col.5.
Sed tene quod talis est natura hypothecariae,
ut totius rei obligationem in unam nudam
inducat uel aduocet.ut.ff.de contrahen. emp.
33 l.si debitor. Notandum est quod. † Primum
decretum interponitur & a maioribus iudici-
bus & a minoribus, & à magistratibus & mu-
nicipalibus & delegatis.ff.de damn. infec.l.4.
§.si intra diem.uersi.duas.extra de offic.dele.
c.ex litteris. Dicunt quidam quod in istis pri
mis decretis eo ordine debet fieri missio quo
solet mandari sententia executioni. ff.de re
iudic. l.a Diuo Pio. hoc est primo res mobi-
les, secundo res immobiles, tertio capiuntur
nomina debitorum. Sed tamen moderni Do-
cto.ut Azo, & alij non curant de illo ordine,
decretistae bene seruare debent, extra ut lit.
non contesta.ca. quoniam frequenter.ad fin.
34 † Item quaero si Reus non habeat res mobi-
les uel immobiles, sed habet nomina debito-
rum uel actiones tantum contra debitores
suos. Qualiter fiet missio in possessionem, &
dicunt quidam, quod ita debet fieri missio in
omnibus iuribus & actionibus, quia iudex uo
cabit debitores, & si apparuerint debitores
interdicat eis ne soluant creditori sine licen-
tia ipsius iudicis, ita quod responderent illis
qui agunt, ut habeant in quo fiat missio, ut
dicit Innoc.extra ut lit. pen.c.ecclesia sanctae
Mariae. sic & hic Actor habebit ista nomina
35 obligata sibi authoritate iudicis.licet † nomi
na debitorum & alia incorporalia non pos-
sideantur.ff.de acquiren.rer.domi.l.seruus.§.
incorporales. extra de renunt.c.cum inter. P.
extra de foro compet.c. conquestus. C.de prę
tor.pign.l.1.& 2.ff.de re iudica.l. a Diuo Pio.
Si tamen debitores diffiteantur, non fiet mis-
sio in nominibus. sed curator instituetur bo-
nis qui debita exigat.ff.de carb. edic.l. sed &
ijs.§.1.Dicunt tamen quidam. quod si debi-
tores per malitiam negant, uel per primi de-
bitoris malitiam, est facienda missio contra
eos in nominibus, & hoc arbitrio iudicis re-
linquatur. ff.de iudic.l. non quidquid. Item
quaero quid iuris sit, si conuentus, id est Reus
non habet nisi usumfructum in aliquibus prae
dijs quomodo subuenietur Actori seu credito
36 ri, † & dicas, quod iudex iubebit ipsum cre-
ditorem uel Actorem quasi detinere praedia
usufructus gratia, & hic missus habebit illam
possessionem naturaliter quod alter habebat.
ff.de acquir pos.l.naturaliter. & idem in ua-
sallo debitore feudatario, & est argum.ff.de
usufruc.l.si is qui.§. usufructus. & in superfi-
ciarijs, & uectigalibus est idem iuris. Item
nota quod quaedam res mobiles pignori capi
37 possunt † serui tamen & boues aratores, dum
domini alia bona habent, capi non possunt
ut.C.quae res pigno.obliga. pos.l.exequutores.
Item quaero quid iuris sit, si conuentus uel ci-
tatus non habeat aliud nisi beneficium eccle
38 siasticum, scilicet praebendam. † Respondeo
possunt redditus assignari in causam pigno-
ris, ut in nominibus uel actionibus. ut.ff.de
re iudi. l.commodi.C.de exequto. rei iudic.l.
stipendia.extra de fideiuss. ca. constitutis.& c.
peruenit.§.item. contrarium. C.quae res pig.
oblig.pos.l. species pignoria. Sol. in poenam
debitoris

debitoris dantur fructus ad tempus si non ha-
bet unde soluat, ut in præal. decret. peruenit
pignorari autem res & fructus non debent.
39 extra de pignor.ca. 1. & 2. † Item quid iuris
si iudex ad postulationem Actoris non citato
Reo dederit tenutam sibi, & possessionem,
nunquid poterit tale decretum delere, id est
extrahere Actorem de possessione data ob cō
tumaciam Rei. uidetur quod non possit, quia
conuentus sua uoluntate posset prohibere
missum in possessionem impune, quia facta
Iudicis tenent.ff.de regu.iur.l. factum a iudi-
40 ce. quia † uidetur decretum non legitime
interpositum non ualere ipso iure. ff. de reb.
eor. qui sub tut. l.magis §. æs alienum.ff. de
transact.l. cum ij. §. Prætor. Item dicit lex,
quod si iudex uenderet bona alicuius latitan-
tis, qui non latitabat, ipso iure non tenet uen
41 ditio, item † alij dicunt contra, scilicet quod
si iudex dat ex iniusto decreto, tamen tenet
decretum, & non est prohibendus missus in
possessionem, quia iuste possidet qui autho-
ritate prætoris possidet.ff. de acquir.poss.l.1.
& l.iuste.ff.de relig.& sump.fun.l. at si quis.
Sed pone quod conuicti sint pupilli uel ado-
lescentes, uel absentes, quæro quid iuris, &
respondeo, quod si non est qui defendat, in
bonis eorum fiat missio, hoc est contra ius
pupillorum uel adolescentum uel absentium
causa iusta.ff.quib.ex caus.in pos.eat.l.in pos-
sessionem.§.cum dicitur.& l.apud iulianum.
C.de restit.mili.l.ignorare. & hoc est uerum,
alij dicunt diuersum & contrarium.ff.de pri-
uil.cred.l.eos qui. hoc tamen est notandum,
42 † quod missi in possessionem ex hoc decre-
to, scilicet contra pupillos uel adolescentes
non aluntur de bonis eius pupilli. ff. quib. ex
cau. in pos. eat.l. Fulcinius.in prin.nisi impe-
tret hoc specialiter, propter nimiam contu-
maciam debitoris. ut in præal l. Fulcinius.§.
ulti.nimia autem contumacia intelligitur, si
aperte dicit se non uenturum ad iudicem. uel
ex tractu temporis apparet. s.quia biennium
stetit, & non uenit, secundū quosdā doctores.
43 † Item in alio casu missus in possessionem
alitur de bonis, quando minor uel coniun-
cta persona mittitur in possessionem causa rei
seruandæ. ff.ut in poss.legat.l.is cui.§.qui le-
gatorum. & l.quæ legatorum. ff.de bon.aut.
44 iud.poss.l.in uēditione.§.s.Ex † premissis ap
paret quis sit effectus primi decreti, quia A-
ctor per illud habet detentionem & costodiā
rerum, & iudiciarium uel prætorium pignus
uidetur ei cōstitutum postquam inductus est
in possessionem. ff.de pignorat.act.l.non est
mirum. Et hoc factum est, ut aduersarius te-
dio affectus ueniat responsurus. ff.ut in poss.
legat.l.is cui.extra ut lit.non contest.c.quo-
45 niam frequenter. † Item est alius effectus,
quia missio unius creditoris prodest omni-
bus.sic.ff.de bon.aut.iud.pos.l.ult.Quia mis-
sus in possessionem ex primo decreto possi-
dere non admittitur, sed super prædictis pro-
ditum est auxilium Prætoris. ff.ne uis fiat ei.
qui in poss.l.is cui. §.hæc uerba.& §.est gene
46 rale.† Ex quo ædicto triplex datur auxilium.
Primum auxilium ipsum prohibitorium, per
quod prohibetur ne uis fiat ei qui in posses-
sionem missus est. Secundum auxilium est
proditum per officium iudicis, cuius potesta-
te induci debet in possessionem per officiales
suos, uel milites qui deputati sunt ad hoc, &
dicuntur in Italia milites iustitiæ, & in aliis
locis officiales. Ad hoc ut.ff.ne uis fiat ei qui
in pos.mit.l.suo. Tertium auxilium procedēs
ex hoc ædicto est actio in factum, & datur ei
qui missus est in possessionem. quia si expel-
letur, frustra in possessionem mittitur, nisi
missus defendatur, ut.ff ne uis fiat ei.l.est au
tem generale. §.hæc uerba. extra de restitur.
47 spoliat.c.2.extra qui mit.in poss.c.s. Item †
competit contra doli capacem, unde pupillus
& furiosus hoc ædicto non tenentur, simile.
15.q.1.c.illud relatum. & ea q.1.c. 1.§.s.& 2.
& c.illa.& c.si quis insaniens.& 3.q.9.indicas
48 hermanum. † Item competit hoc ædictum si
dolo prohibuit, si uel suo nominé, siue alie-
no.ff.ne uis fiat ei.l.15. §.hoc ædicto. sic ex-
tra ut lit.non contest.c.quoniam frequenter.
extra de dolo & contuma.cap.contingit.ex-
tra de restitu.spolia. capitu. cum ad sedem.
49 † hæredes autem a quibus petuntur lega-
ta non tenē(ur legatarijs ex hoc ædicto si eos
prohibent ire in possessionem, quoniam non
satisdederunt de legatis præstādis nisi elapso
spatio sex mensium ab eo tempore quo peti-
ta fuit satisdatio. C.ut in poss.legat. l.certa
forma.cum simil ff.eo.tit.l.is cui.ff.de iudic.
l.etsi ff.ne uis fiat ei. l.si quis melius. ff.qui sa
tisda.cogan.l.de die. Item nota quod ista au-
50 xilia intra annum dantur, & † ad interesse da
tur actio in factum in duobus casibus perpe-
tua, primum est, quando prohibetur ex cau
sa damni infecti, & fuit factus possessor.ff.de
damno inf.l.si quis.§.actio.secūdum est, quan
do hæredes nolent satisdare, de præstando.ff.
ne uis fiat ei.l.hæc autem actio. non hæredi-
bus prohibentis datur, sed contra hæredes,
nec datur nisi in quantum ad ipsos peruenit,
ut in d.§.continetur. Notandum quod actio
competit expulso & interdictum restitutoriū
id est, ut restituatur per interdictum in pristi-
nam possessionem. ff.eo.titu. l.si missus. & l.
emptor. Item dicunt quidam, quod speciale
est illud restitutorium quando mulier mitti-
tur in possessionem causa uentris, s.quia dicit
51 se ex illo testatore grauidam. † Item adhuc
quæro, an illi qui expulsus est, postquam ue
nit in possessionem, detur interdictum de ui
& ui armata, dicunt quidam quòd non, quia
non possidet. & inducunt pro se.ff.de acquir.
poss.l.possideri.§.fin.Tu dic secundum cano-
nes quod possedit, sed commutabiliter. extra
de sequest.c.1.ad fin. extra de eo qui mit.in
52 pos.cau.rei seru.c.1.& 2. † illud interdictum
non datur nisi ei qui possidet, & tunc eijcie

batur. ff.de ui & ui arm: l.1. §.hoc autem. &
forcassis eadem ratione non habebit locum in
eendictum, unde ui, ut C.unde ui. l.si quis in
tantam. Sol.omnis eiectus potest recuperare
possessionem cõditione ex lege. C.de prætor.
pign.l.ult.& secundum canon. 16.q.6.placuit.
& 3 . q. 1.Redintegranda.& 3 . q.2.oportet.&
3.q.1.nullus. cum suis decretalibus. extra de
53 restit.spolia per tot. † Item hic quæro si uo-
catus post primam citationem uel immissio-
nem, & ante secundam uel post primum de-
cretum redeat, quæro quid iuris. & respon-
deo quod restituitur ei possessio, sed tamen
prius per ipsum restitutis expensis Actori, &
damnis, quæ sustinuit propter ipsius Rei ab
sentiam, sacramento Actoris declaratis. C.de
iudic. l.sancimus. 3.q.3.c.induciæ accusatis.§.
spatiũ.C.de iudic.auth.nouo iure posita post
54 d.l.sancimus † qui etiam debet dare fideius-
sorem de prosequenda lite. C.de bon.auth.
iud.poss.auth.& qui iurat extra de restit.spol.
c.literas.§.propterea melius. nam Actor qui
iurat se uenturum ad iudicem, & non uenit
præstabit cautionem, & satisdationem etiam
si sit possessor immobilium, propter suam
contumaciam, licet alias non teneretur. ff. qui
55 satisd cogan.l.sciendum † Item Actor omnes
expensas utiles & necessarias quas fecit in ip-
sa re ab Aduersario recipiet. ff.de bon. auth.
iud.poss.l.Prætor. §.quod ait.& ita resp. &c.

SVMMARIVM.

1 *Secundũ Decretum interponitur anno elapso a capite primi decreti.*

2 *Secundum decretum aliquando datur lapsis quatuor in casibus.*

3 *Secundum decretum aliquando datur lapso biennio.*

4 *Secundum decretum qualiter interponatur.*

5 *Iudex in actionibus personalibus quid facere debeat.*

6 *Ordo procedendi in secundo decreto secundum canones.*

7 *Depositus restituitur ex secundo decreto etiam in crimine, si apparet iniuste depositus.*

8 *Venditio non potest fieri sine decreto iudicis secundo in rebus mobilibus datis per modum debiti declarati.*

9 *Decretum iudicis debet interponi in rebus minorum alienandis.*

10 *Supplicatio non admittitur nisi per secundum decretum.*

11 *Restitutiones in integrum minorum & ecclesiarum fiunt ex secundo decreto.*

12 *Excommunicatus admittitur ex secundo decreto.*

13 *Venditio de bonis quasi latitantis, cum non latitet, nulla est.*

14 *Curator datur bonis debitoris uendendis, uel creditoribus assignandis.*

15 *Defensor idoneus nullus est in re alterius nisi satisdet.*

16 *Creditor quale commodum sentiat ex interpositione secundi decreti.*

17 *Sententia diffinitiua non fertur ante litem contestatam ubi Actor & Reus concurrunt in iudicio, secus in contumacibus, confessis & aliis casibus.*

18 *Secundum decretum secundum aliquos interponitur tam ante litem contestatam quam post.*

19 *Reus nunquam auditur post factam uenditionem & post sententiam iudicis.*

20 *Reus quo casu potest bona recuperare.*

21 *Secundum decretum non interponitur in actionibus realibus, sed transcursus anni a primo decreto habetur pro secundo.*

22 *Possessor iustus dicitur qui authore prætore possidet.*

23 *Dominium quo casu acquiratur in causa dãni infecti.*

24 *Dominium quibus casibus transferatur ex primo decreto.*

25 *Iudex lite contesta si sibi liquet de causa debet ferre sententiam diffinitiuam.*

26 *Iudex si sibi non liquet de causa in actione reali quid facere debeat.*

27 *Actor quanto tempore præscribit proprietatem contra Reum.*

28 *Ecclesia an contra laicum præscribat spatio decem annorum.*

29 *Ecclesia debet uti eodem iure quod in laicũ statuit.*

30 *Præscriptio ex priuilegio ecclesiæ non cadit contra eam nisi spatio xl. annorum.*

31 *Primum decretum, lite non contestata, non dat possessionem nisi post lapsam anni ex rationibus ui.*

32 *Secundum decretum interponitur in causa legatorum.*

33 *Legatum secundum canones petitur conditione ex canone, & officio episcopi.*

34 *Secundum decretum interponitur quando mulier mittitur in possessionem nomine uentris.*

Alimenta

De secundo decreto, quando interpo
natur, & quando ex eo agatur
conditione ex canone, uel
ex lege. Cap. VII.

POstquam de primo decreto & de ijs
quæ ad ipsum pertinent diligenter tra-
ctauimus, consequenter de secundo de
creto diligenter tractemus. Et primo
uidendum est, quando interponatur secun-
1 dum decretum. † Interponitur autem secun-
dum decretum anno elapso a capite primi de
creti, secundum quosdam, & merito hoc tē-
pus statutum est ad possessionem recuperan
dam. extra de eo qui mit. in poss. c. cum uenis-
2 sent. C. de præscript. xxx. anno. l. si quis † Itē
secundū quosdā elapso spatio quatuor mēsiū,
quia tale spatiū datī cōdemnatis. C. de usur. rei
iud. l. debitorib. extra de dolo & contu. c. con
tingit interdū. extra de sent. & re iud. c. quod
3 ad consultationem † Item secūdum alios da
tur elapso biennio. C. de iur. dot. impet. l. in-
ter. & 2. q. 6. ei qui. extra de appell. c. ex ratio-
ne. Item alij dicunt a iudice tempus statuen-
dum, cum a lege non sit diffinitum. ff. de iure
delib. l. 1. ad fin. de pœnit. distin. 1. c. mensurā
autem. & 1. q. 1. c. ult. & de pœnit. dist. 1. solli-
4 citatores. † Interponitur autem sic. quia iu-
dex iubet secundo aliquem respondere, quod
per primum decretum assignauerit, & hoc
iubet in personalibus actionibus. arg. C. de iu
dic. l. properandum. §. fin autem. Item in cau-
sa damni infec. ff. de dam. infec. l. si finita. §.
fin. Item ex noxali actione. ut. ff. si ex nox.
cau. agat. l. 1. §. ti. Sed notandum est. Quod ca
5 uendum est interponi secundum Decretum †
nam dico quod iudex in actionibus persona-
libus priuio præcipiat bona uendi si debitor
latitat, dicitur autem latitare, quando turpi
ter uel fraudulenter ut euitet cursum credito
ris latitat se: & tamen illi creditores impetra
re possent fieri uenditionem, si debitor cre-
ditores uoluit fraudare. ff. ex quibus cau. in
poss. eat. l. Fulcinius. §. quid sit. & §. uterque.
6 † De secundo decreto secundum canones sic
tenendum est, Potest iudex gratiam facere si
non uenit in peremptorio prædicto siue sit lis
contestata, siue non, & posset etiam interpone
re secundum decretum scilicet eum uocare
iterum peremptorie. extra de offi. deleg. c. con
suluit, etiam post sententiam, si sententia esset
appellatione suspensa, ex sano intellectu illius
decretal. de sent. & re iud. cum Bertoldus, in
alijs autem ante sententiam diffinitiuam post
interloquutoriam posset interponere secun-
dum decretum, scilicet confirmando in reali
actione, extra de eo qui mit. in pos. c. 1. etiam
reuocare posset per secundum decretum si ui-
deretur expedire, extra de eo qui mit. in pos.
7 c. cum sicut. & c. cum uenisset. † Item etiam
in crimine ex secundo decreto restituitur de-
positus, si apparet eum iniuste depositum, ut
25. q. 5. ueniam. & 11. q. 3. episcopus presbyter
8 Item † in rebus mobilibus datis per modum
debiti declarati sine secundo decreto iudicis
uenditio fieri non potest. extra ut lit. non con
9 test. quoniam frequenter. Item † in rebus pu-
pillorum uel minorum alienandis decretum
iudicis debet interponi. extra de restit. in in-
10 teg. constitutus. Item † supplicatio non ad-
mittitur nisi per secundum decretum. extra
11 de restit. in integ. c. ex litteris † Item restitu-
tiones in integrum minorum, & ecclesiarum
ex secundo decreto fiunt. extra de restit. in in
teg. c. cum ex litteris, & c. suscitata. & c requi-
12 sisti. & c. auditis. cum simil. Illud † item dicit
canon de excommunicato, qui sub alia senten
tia debet admitti, scilicet sub secundo decre-
to absolutionis. 11. q. 3. si quis à proprio. & c.
si Episcopus forte. 35. q. 9. Quod quis commi-
sit. cum suis simil. si autem uocatus non proba
bili uel necessaria sed uoluntaria causa abe-
rat, creditores mittuntur in possessionem bo
norū, non tamen bona uenduntur. ff. ex quib.
cau. maior. l. item ait. §. hæc autem restitutio
13 † nā si quis uendiderit bona quasi latitantis
cum non latitet, uenditio nulla est. ff. ex quib.
14 cau. in pos. eat. l. fulcinius. §. si quis. † Item
sciendum est quando bona debitoris sunt uen
denda uel creditori assignanda, curator uolun
tarius uel necessarius debet dari bonis, & au-
thoritate Præsidis, & cum consensu pro maio-
ri parte creditorum, & ipse curator aget & cō
uenietur nec cogitur satisdare si litigat per
se, id est, si est coniuncta persona. sed si consti-
tuat procuratorē cū non litiget per se procura
tor satisdabit. ff. de tut. & cur. dat ab ijs. l. pen.
15 quia † nullus est idoneus defensor in re alte-
rius nisi satisdet, extra de offi. deleg. c. coram.
instit. de pœna tem. lit. §. 1. & 2. Emptore au-
tem non inuento, iudex per secundum decre-
tum dabit illam rem uel illa bona debitoris
in solutum actori, uel pro debito adiudicabit.
10. q. 2. hoc ius. ff. de re iud. l. a Diuo Pio. §. si
sunt pignora, non dico quod assignet per se-
cundum decretum dominium. C. de pignor. &
16 hyp. l. 2. † Item notandum est, quod per inter
positionem secundi decreti habet creditor iu-
stam causam possidendi, & præscribendi siue
debitor fuisset dominus, siue non. & causam iu
stam usucapiendi, cum res esset data à iudice
in solutum. ff. de public. l. sunt & aliæ. in fin.
Item si potest fieri uenditio bonorum sine so
lemnitate & sine decreto, & sine datione in so
lutum, uel adiudicatione, quæro si in talibus
posset aliquis damnari in solutionem lite non
17 contestata, & uidetur quod non. Quia † ante
litem contestatam non fertur sententia diffi-
nitiua. extra de elec. c. dudum. extra de lit. con
test. c. uni. & hoc regulariter, sed fertur inter-
loqutoria. Sol. non debet fieri diffinitiua lite
non contestata, scilicet ubi actor & Reus con-
currunt in iudicio, secus autem in contumaci
bus, & in sponte confessis debitum uel crimē,
& in notorijs, ut dicūt canones de contūmaci-
bus.

bus.24.q.3.de illicita.& 2.q.6 . sunt quorum .
extra de iureiur.c.ad nostram.etiam in tali uē
ditione bonorum scilicet cum dantur in solu-
tum uel cum uenduntur authoritate iudicis ,
ut satisfiat creditoribus , cum datur curator
bonis,& per interlogutoriam declaratur.C.de
ijs qui ad eccles.conf.l.presenti . §.quod si. &
§.cum autem.& §.sed si hoc facere.simile.ff.de
bon.auth.iud.pos.l.si minor. ff. de priuil. cre-
dit.l.potest ff.ex quib.cau. in pos.eat. l. apud.
18 Item † alij dicunt, quod hoc secundum decre
tum & ante litis contestationem interponitur
& post,etiam hoc potest quasi sit sententia dif
finitiua,scilicet utrum uendantur res uel den-
tur in solutum , uel per hoc decretum, uel in-
terloqutoriam sententiam , uel diffinitiuam ,
cū mandat iudex sententiam executioni, & di
19 cunt quidam,quod est diffinitiua ; hoc † quia
post factam uenditionem , & post sententiam
iudicis nunquam Reus auditur. C. de iudic. l.
properandum. §.fin autem Reus.sic 11 . q. 3 .
quicunque. 24.q.3.de illicita. Sed si datum fue
rit actori in solutum ut quidam dicunt , audi-
tur Reus si aliud uellet probare de iure suo .
20 C. de iure domi. imperr.l fin. † Si autem non
fuerit res data creditori uel adiudicata , Debi-
tor posse recuperare rem suam sine aliqua cō
tradictione , & in hoc in actione personali us
que ad spatium. 30. annorum solutis expensis
Actori. Et est ratio,quia creditor incommuta
21 biliter possidebat ex primo decreto . † In ta
libus autem non interponitur secundum decre
tum , sed transcursus anni habetur ex primo
decreto pro secundo decreto , quia secundum
omnes sapientes transcursus anni fit ipsi acto-
ri secundum decretum.C.de præscrip.trig.an.
l.si quis emptionis.& accedit ius canonicum .
extra de dolo & contum.c.cum contingat. ex-
tra de eo qui mit.in pos.c.1 .Et secundum quos
dam,si sciret rem ad alium pertinere quam ad
istum contumacia eius datur illi possessori. ff.
22 de noxal.l. generaliter . nam † iuste possidet
qui authore prætore possidet.ff.de acq. pos. l.
iuste; & hoc uerum est si ipse non credit res ad
alium pertinere.extra de conc. præb. non ua-
can.c.qui in uiuorum.& c.post electionem. &
7.q.1.non furem.& c.cum qui.& 3.q.2.Audiui
mus. ubi tales ipso facto per sententiam decla
23 rati sunt infames. † Item in causa damni infe
cti specialis cum actione noxali ut per secundū
decretum dominium acquiratur,si erat domi-
nus ille qui non cauebat de damno infecto, si-
ue non respondebat in actione noxali,ut insti.
de noxal.§.pro seruo suo. si non erat dominus
dabit iustam causam possidendi & usucapien-
di.ff.de dam.infec.l.si finita.§.iul anus. ff. cō.
diuid.l.sed.& si res.ff. si ex nox.cau.agat. l. 2.
§.ult.ff.de noxa.l.electio.§.sed ergo.in Auth.
de noxal. in rubro & nigro.Sol.doctores dicūt
24 † quod ex primo decreto transfertur domi-
nium scilicet in casibus de damno infecto &
noxali actione serui uel bestiæ , quando relin-
quitur pro noxa uel datur a iudice , non enim
de secundo decreto aliud in lege uel canone
de noxalibus inuenitur , ut in prædictis legi-
bus.ff.si ea nox.cau.agat.l.2. §. fin. ff. de nox.
act.l.electio.§.sed ergo. & §. fin. Ex prædictis
patet quod secundum decretum etiam pro-
pter contumaciam Rei quandoque interponi-
tur ante litem contestatam, & quandoque nō,
cum peto rem quam dico ad me pertinere ra-
tione dominij, aut est lis contestata aut quasi
contestata , quia possit responderi quod sic ,
25 uel non.Item aut liquet iudici uel non . † Sed
si lis est contestata & iudici liquet de causa, ip-
se iudex ferat sententiam diffinitiuam pronū-
tiando actorem esse dominum rei petitæ, & ei
esse rem restituendam. Sic extra de dolo & cō
tum.prout. extra ut lit.non contest. Quoniam
frequenter.nec absens contumax potest appel
lare.C.de iudi.l.properandum.§.fin autem. &
accedit ius canonicum.2.q 6.sunt quorum . &
26 24.q.3.de illicita. † Item si lis esset contesta-
ta cum non domino , sed cum procuratore uel
alio qui possidebat res domini,si non liquebit
iudici de causa denuntiabitur illi qui possidet
rem petitam uel per se uel per alium,datis cer
tis inducijs ut ueniat responsurus, & si non ue
nerit,possessio transferatur in actorem,etiam
per primum decretum . & est ratio , quia lis
erat quasi contestata, seruata tamen quæstio-
ne proprietatis absenti.C. ubi in rem act.l. 2 .
& illum casum habes extra ut lit. non contest.
c.quoniam frequenter ad fin. quia lis quasi ge
ritur contra te propter duplicem contumaciā,
27 ut ibi dicitur. † Item quæritur per quod tem
pus præscribit Actor proprietatem contra
Reum. Et dicas, quod si est laicus infra decen
nium inter præsentes . & inter absentes spa-
tio.xx.annorum.ff.de noxal.act.l.generaliter.
28 & 16.q.3.c.placuit. §.præscriptionum. † Sed
quæritur si ecclesia contra laicum præscribat
per spatium.x. anno. & uidetur quod , non cū
laicus contra ecclesiam non præscribat nisi
spatio.xl.annorum.ut per leges. 16.q.3.auth.
quas actiones.inserta ibidem in c.iubemus.§.
quas actiones. & per canones. ea.q.& cau.c.
29 nemo † nam ecclesia debet uti eodem iure
quod in laicum statuit , cum apud illam non
debeat esse,est & nō.nec pēdus & pondus. ex-
tra de iudic.c.nouit. 12.q.2.sicut ecclesia. Sol.
30 Priuilegium † est ecclesiæ , quod nullus præ
scribat contra eam nisi spatio.xl.annorum.ex
tra de præsc.c.ad aures.& d.auth. Quas actio-
nes. ipsa tamen iure communi præscribit con
31 tra priuatum.distin.5.certum est. † Quæritur
in alio casu quando lis nō est contestata,qua-
re per primum decretum non datur nisi custo
dia , & non possessio , & reuertentes infra
annum possunt recuperare possessionem , ul-
tra notata.C.de præscrip.xxx.annor.l.si quis
emptionis.§.fin.extra de eo qui mit.in pos.
c.1 .& c.cum uenisset. extra ut lit.nō contest.
c.quoniam frequenter.& est ratio , quia in ta
libus non transfertur dominium nisi elapso
anno , quasi secundo decreto interposito , &
est

est hæc ratio, quia Actor non intendit habe-
re dominium sed institutionem, cum di-
cat se dominum. Item quia non interuenit
authoritas iudicis hic quæritur si forsan in il
lis stipulationibus quæ obtinent uicem actio
num, de quibus fit mentio. ff.ex quib.cau.in
32 poss.eat.l.Fulcinius. † Interponitur secundũ
decretum ut dictum est & in causa legatorũ in
terponitur secundum decretum, scilicet utrũ
agatur ex testamento. tunc proceditur ut in
reali actione, extra ut lit.non contest. cap.
quoniam frequenter. Similiter si agitur hypo
thecaria quasi res sit sibi obligata, tunc aga-
tur ut superius dictum est, quia ijs tribus
actionibus agitur uel petitur legatum, ut C.
33 commun. de lega.l.1. † Sed est notandum
quod secundum canones aliter petitur lega-
tum, scilicet conditione ex canone, & officio
episcopi. 16.q.1.admonere. & 13.q.2.ultima
uoluntas.extra de testa.nos quidem.& c.iudi-
34 cante. & c.si hæredes. & c.tua nobis. † Item
quando mulier mittitur in possessionem no-
mine uentris interponitur secundum decre-
tum.& est ratio, quia ibi non agitur ut pos-
sessio uel dominium acquiratur, sed ut mulier
nomine uentris alatur, unde in tali casu de-
bet constitui curator bonis, qui alat mulie-
rem, quod dic ut.ff.de uent.in pos.mit.l.1.&
§.mulier. & §.quoties.& §. diminutio. ea l.
& l.habitatio.& l.curator. Item idem dicen-
35 dum est in carboniano † ædicto, scilicet ut
puero præstentur alimenta usque dum cogno
scatur de filiatione, quia non agitur nisi ut
puer alatur. Quidam tamẽ dicunt quod habet
possessionem puer causa alimenti. ff.de carb.
ædic.l.2.§ missus autem. Sol.ibi primo dici-
tur pro detentatione, quia propter hoc non
probatur filiatio, sed hoc fit ne puer uita de
pereat, hæc autem quæ dicta sunt locũ habent
in actionibus realibus, & personalibus pure,
nã licet multæ sint diuisiones actionũ, quãtũ
tamen ad materiam istam non est opus diui-
sionibus alijs nisi istis, 16.q.4.c.neque decẽ
36 nij, neque uicennij † quia quicunque agit,
aut agit personali actione, aut reali petendo
suum, uel sibi debitum, uel agit pro rebus cor
poralibus, uel incorporalibus, puta seruitu-
tibus, ut instit.de act.in prin.& §.2.extra de
37 renunt.c.cum inter.P. † Item quæritur quid
iuris in communibus iudicibus, scilicet fa-
miliæ hærciscundæ, communi diuidundo, fi-
nium regundorum. si Aduersarius ad diuisio-
nem non ueniat, nunquid Actor mittetur in
possessionem pro diuiso, & dicunt quidam
quod sic pro ea parte qua iurauit suum esse
pro diuiso, quia absurdum est, ut plus ei ac-
cedat quam petit, quia ipse partem petit, er-
go non assignatur ei plus, scilicet tota res.
38 † Item si quæratur quomodo iudex diui-
det terram. dic, quod bene potest quibusdam
hæredibus præsentibus & cohæredibus. ff.fa-
mil.hærcisc.l.2.§.dubitandum. extra de pro-
bat.c.ex literis.& hoc quando constat iudici
quod res est communis, nec cohæres diffite-
tur rem esse communem. si tamen diffitetur,
iudex non debet per se diuidere, ne fiat præiu
dicium petitioni hæreditatis, quæ in hoc ca
su habet locum. ff. famil. hærcisc. l.1. & ff.
de except.l.familiæ.non tamen præiudicaret
diuisio si hæres non esset legitimus. ut proba
tur in can.1.q.4.c.turbatur.§.notandum quo
que.ad fin. Item alij dicunt, quorum senten-
tia magis frequentatur. Quod Actor debet
mitti in possessionem totius rei communis
pro indiuiso, & missus in hæreditatem fru-
ctus percipiat iure suo pro dimidia, alia me-
dietas collocabitur arbitrio iudicantis. non
39 † enim uidet quod iudex possit diuidere in
præiudicium absentis.C.famil.hærcisc. l.cohæ
redibus.quia in hoc casu secundum leges iu-
dex transferret dominium. instit.de offi.iudi.
40 in fin.& sic ferret sententiam diffinitiuam †
quæ non debet ferri nisi demum lite contesta-
ta, scilicet quando agitur ad diuisionem rei fa
ciendam tam in iudicio familiæ hærcisundæ
quam in iudicio communi diuidundo, & etiã
finium regundorum.extra de probat. c.ex li-
teris. ff.de iudicijs. l.in ijs tribus. Item si
agat alias pro personalibus actionibus, uel
quia unus accepit omnes fructus communes,
idẽ iuris est quod in simpliciter personalibus
41 actionibus † nam istæ actiones & aliæ mixtæ
sicut petitio hæreditatis quantum ad hoc per
sonales dicuntur. ff.famil.hærcisc. l.cohære-
42 des §.si familiæ.† in actione autem finium re
gundorum uidetur, quod si citatus Reus nõ
ueniat, iudex debet mittere agrimensores ad
fines diuidendos uel distinguendos, uel ip-
se iudex debet uidere, & subijcere proprijs
oculis loca, & dirigere sua præsentia fines. C.
fin.regun. l.si constiterit. ff.fin.regun. l.si ir-
43 ruptione. † Item quæro quod sit officium iu
dicis in duplicibus possessorijs interdictis, cũ
uterque contendit se possidere, ut in interdi-
cto uti possidetis, & utrobi, & in superioribus
& dicunt quidam, quod si legitime citatus
non ueniat, quod iudex interloquendo pro-
nuntiare debeat Actorem non inquietandum
in possessione, & Reus reuersus non audietur
nisi expensas restituat uel se possedisse pro-
bet. arg. ff.de oper.no.nunt.l.si prius. Alij di-
cunt, quod postquam denuntiauit per secun
dum decretum non esse inquietandum in pos
sessione. non auditur aduersarius super pos-
sessione, sed de & super proprietate audie-
44 tur † nam interdicta licet personalia sint, in
rem tamen dantur ff de interd l.1.in fi. Item
alij dicunt quod distinguendum est, & di-
cunt quòd agendum esset per actionem in
factum redditam loco cuiuslibet interdicti.ut
instit.de interd. §.fin.& petatur interesse cũ
45 in obligatione sit † ut in prohibitorijs inter-
dictis in quibus interesse petitur, ut.ff.ne uis
fiat ei qui in pos.l.1. §.hoc interdictum.& si-
mil.& tunc idem faciat iudex quod faceret in
ipsis actionibus personalibus, quia ad interes-
se

sic in personam tantum agitur, aut per illam actionem in factum puta agitur interdicto de op. nou. nunt. s. ut opus factum destruatur. ut tunc faciat sicut quando in reali mittit aduersarium in possessionem rei petitæ. ita mittetur Actor in possessionem noui operis, scilicet ut opus præcise destruatur. ille enim agit ad factum præcise, & poterit petere factum uel interesse si uoluerit. ff. de nou. op. nunt. l. stipulatio. §. opus. hic de noui operis nunciatione aliquid explicatum est, inferius
46 tractabitur melius † de noui operis nuntiatione sic teneas secundum canones, quod post denuntiationem quidquid ædificatum fuerit siue iure siue iniuria debet demoliri expensis ædificantis. nec ualet cautio de demoliendo, & ille cui nuntiatum est nouum opus non expectabit probationes usque ad tres menses. extra de op. no. nunt. c. ult. & c.
47 cum ex iniuncto. & c. penult. † Etiam iactu lapidis debet fieri, & etiam uerbis. extra de uerb. signifi. c. ex parte. ff. de noui op. nunt. l.
48 1. 2. & per tot. † Item quomodo in seruitutibus urbanorum prædiorum interponitur decretum rei, si ille contra quem proponitur non se defendit, & uocatus non compareat, cum Aduersarius uelit agere contra eum confessoria. & dicas quod interponitur sic. quia si non uenerit mittetur Actor in quasi possessionem
49 seruitutis illius † Pone quod agit negatoria dicendo sic. Ego non debeo tibi dare seruitutem in tali re, & ille qui dicit sibi deberi seruitutem non comparet, pronuntiabit iudex quasi interponendo decretum, scilicet illum non debere uti seruitute donec quæstio terminetur. ff. de nou. oper. nunt. l. si prius. ff. de dam. infec. l. aqua. ff. si serui uindic. l. is cuius.
50 familia. ff. de aq. quot. & æst. l. si de uia. † Item quæritur quod erit officium iudicis in ferenda sententia diffinitiua in seruitute, & qualiter eam formare debeat, declaratur. ff. si seru.
51 uindic. l. harum. & Legi † Item quæritur qualiter procedatur si aliquem peto in seruitutem, & uocatus non ueniat, qualiter interponatur decretum, nã hic non potest fieri directa missio in possessionem. Quidam dicunt quod Actor potest postulare ut iudex pronunciet contra absentem, uel ut cancellentur ea quæ facta sunt, ita quod de nouo quæstio incipiatur restitutis expensis. Et sic secundum quosdam si non uenerit subijcietur perpetuæ seruituti. C. de assert. tol. l. scientes. & sic concessio unius anni multum operatur. 12. q. 3. cursus. & c. quicunque, quod Ioannes de Deo nõ
52 concedit. † quod ex contumacia in liberam personam ex transcursu anni constituatur perpetua seruitus, cum contra libertatem nõ currat præscriptio etiam centum annorum, 16. q. 3. c. Placuit. §. præscriptionum. iuxta fin.
53 extra de dolo & contum. eum qui. Item † quæritur quid iudex facere debeat in criminalibus causis si Reus citatus non compareat. Respondeo, quod Reus citari debet trinis edictis, uel unus terminus præ omnibus in edicto peremptorio assignari debet. 24. q. 3. de il-
54 licita. † Itẽ si Reus forsan degat in alia prouincia, iudex qui de crimine cognoscit epistolam uel litteras mittat ad iudicẽ ubi accusatus degit, ut per illum iudicem ad locum ubi deliquit remittatur Reus, & si non uenerit bona eius adnotabunẽ & si uenerit ĩ annũ, præstita satisdatione de respõdẽdo, bona sua recuperabit. Sed si ĩ annũ nõ ueniat bona cõfiscanẽ. ff. de requir. reis. l. 1. §. possidet. & l. Diuus. & in auth. ut nul. iud. §. si uero. 3. q. 11. decernimus. 11. q. 3 Rursus. & c. quicũque. ex. de
55 dolo & cotum. c. ueritatis. † Item quid in spiritualibus si petatur ecclesia uel præbenda ab aliquo, & Reus intra annum non ueniat, nunquid Actor post annũ efficitur uerus possessor. & dicas quod non, quia sic Actor præscriberet ius prælaturæ ad quam forsan non fuisset electus, uel cuius possessionem nunquã habuit, quod esse non debet. extra de offi. de. leg. c. super eo. & c. pastoralis. §. quia uero. extra de dolo & contum. c. eum qui. Sol. fit enim possessor si saltem summatim apparet iudici electum fuisse uel in pacifica possessione, nõ tamẽ præscribit sic quia super proprietate nõ inquietatur, scilicet super principali, quia ti-
56 tulum non præscriberet † nam qui dicit se prælatum esse, non præscriptionem tantum sed titulum ordinationis ostendere debet. 2. q. 1. ecclesiasticarum legum. extra de præb. c. dilecti. 23. q. 4. c. rtes personas. Eccle-
57 sia † tamen præscriberet aliam ecclesiam tanquam proprietatem. extra de iur. patron. c. cura pastoralis. sed persona ecclesiæ nõ præscribit ecclesiam. 16. q. 3. clerici. & c. si episcopus. 12. q. 2. sæpe fit. sic extra de eo qui mit. in pos. cau. rei seruan. c. 1. & 2. extra de præscrip. c. auditis. cum suis simil. concord. Sed hodie expeditum est in constitutione Innocentij iiij.
58 † Quod ob cõtumaciam Rei non mittitur Actor in possessionem beneficij, uel ecclesiæ, uel dignitatis, sed proceditur in principali ad sententiam diffinitiuam ex actis etiam lite non contestata, extra eo. tit. c. eum qui su
59 per. Item † hoc tenendum est, quod in rebus ecclesiasticis non currit præscriptio, nisi adsit bona fides. & iustus tit. & possessio continuata. extra de præscrip. c. quoniam. & c. ui-
60 gilanti. & c. ueniens. Item † si quæris quid operetur secundum decretum in spiritualibus, & dicas quod multum, quia facit fructus suos, quia habet exceptionem quæ omnem agentem excludit, & hoc propter bonã fidem, & iudicis authoritatem pro titulo, & sic non præscribit ius prælaturæ, sed præscribit contra omnes actiones, & contra agentẽ ad possessionem, acquirendo sibi cõmodum
61 exceptionis. Item † pone quod aliquis conuenitur super personali actione, & est contumax, & non habet nisi feudum, uel usumfructum aliorum prædiorum. Quæritur quid iuris, Responde, quod sibi assignabuntur per

secundum

ſecundum decretum in omnibus iſtis caſibus
& debent ita eſſe penes Actorem ſicut erant
penes conuentum. ff. de dam. infec. l. ſi finita.
ff. de uectigal. l. uectigal. extra de ſequeſtrat.
poſſ. & fruct. c. penul. & ult. & extra de eo qui
mit. in poſſ. cau. rei ſeruan. c. 1. & cum ueniſ-
ſent. hic oritur quæſtio, quid faciat domi-
nus ſeudi. & dic quod uaſallus debet ſeruire
62 qui ſemper remanet uaſallus, ſed hodie † nõ
mittitur Actor in poſſeſsionem beneficij uel
eccleſiæ ſi Reus fuerit contumax, ſed cogno-
ſcitur de principali etiam lite non conteſtata
& hæc eſt cauſa, ne Actor habeat uitioſum in
greſſum, ut in conſt. Innoc. iiij. quæ incipit,
63 cum quis ſuper dignitate. Item † quæritur ſi
Reus non habeat niſi nomina tantum, ſcili-
cet obligationes quas habet aduerſus alios,
quid faciet iudex qui interpoſuit ſecundum
decretum. Reſpon. quod debitor debet ſolue-
re Actori ſicut dictum eſt in primo decreto.
64 Item † quæritur, ſi hæc pecunia ſtatim fiet
Actoris, & dicunt quidam quod non, ſed
Actor percipiet utilitatem pæcuniæ, & poſt
triennium uſucapit, & ſic uſucapiet quamli-
bet rem mobilem, & poſt triennium non po-
terit ſuper dicta pæcunia aliqua actione con
ueniri, & uidetur quòd bene dicant, poſtquã
ſecundum decretum eſt interpoſitum, ad hoc
extra ut lit. non conteſt. c. quoniam frequen-
ter, ad fin. 16. q. 4. d. §. præſcriptionum. prope
fin. Item quæritur, & reſtat ut uideamus qui
iudices hoc decretum poſſint interponere.
65 Et † uidetur quod ordinarij mœrum, uel mi-
ſtum imperium habentes. nam uidetur quod
mittere in poſſeſsionem magis ſit imperij
quam iuriſdictionis, imo eſt. ut. ff. de iuriſd.
omn. iudi. l. iubere. quia hoc decretum cauſa
cognita interponitur, & uerſatur in cauſæ co-
gnitione. An ſit abſens Reus iuſta de cauſa
uel non. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi forte. &
§. præterea. ff. quib. ex cau. maio. l. ab hoſtibus
§. ſi damni. Ad hoc facit. ff. de offi. proconſ. l.
66 ne quiſquam. §. ubi decretum. † Alij dicunt
quod delegatus ab ordinario poteſt pronun-
tiare de mittendo in poſſeſsionem, & maior
debet mittere, id eſt delegans, & ſic intelligi-
tur quod eſt. ff. de damno infec. l. 4. §. duas De
primo autem decreto à delegato ſupra dictũ
67 eſt, ſecundum canones ita teneas † quod qui
poteſt interponere primum decretum poſſit
interponere ſecundũ, extra de eo qui mit. in
poſ. cau. rei ſeruan. c. 1. 2. & 3. extra de of. dele.
ex lris. de diffinitiua nõ ſic ſentio pp legẽ illã
ff. de re iud. l. a Diuo pio. Sed ſi eſt delegatus à
principe totum poteſt facere, extra de offi.
deleg. ſuper & c. conſuluit. & c. paſtoralis. cum
68 ſuis concor. Hic † quæritur quo iure poſtule-
tur ab aduerſario interponi ſecundum decre-
tum, Reſpõdeo quod per actionem in factum.
ſcilicet de inquilino. arg. inſtit. de ſucceſ. ſub-
lat. Alij dicunt, quod officio iudicis quod tu-
tius eſt, 3. q. 1. redintegranda. ſic 19. q. 2. duæ
ſunt. extra de regular. c. licet. cum ſuis ſimil.

69 Item † effectus ſecundi decreti magnus eſt,
quia per illud aliquando dominium acquiri-
tur, & contumacis ſuperbia refrenatur. extra
ut lit. non conteſt. quoniam frequenter. ad ſi.
extra de eo qui mit. in poſ. c. 1. Item circa præ
dicta poteſt quæri, ſi conuentus non eſt de iu-
riſdictione uel de territorio, in quo iudex ha-
bet iuriſdictionem, quia eſt bononienſis, & cõ
uenitur Mutinæ ratione contractus Bononiæ
celebrati, quod eſſe non debet. extra de foro
70 compet. c. ult. Sed † pone quod Reus permiſit
ibi litem conteſtari, & eſt effectus de ſoro ſuo,
quid faciet iudex, & Reſpondetur, quod debet
mittere litteras ſuas ad iudicem bononien-
ſem, ut ipſe Reum puniat, quia Regula iuris
eſt, ut Reus mittatur ad illum locum in quo
deliquit uel contraxit. C. ubi de crim. ag. opor.
Auth. Qua in prouincia, extra de foro compet.
71 c. ult. † Item ſi bononienſis non punit uel nõ
mittit ad iudicem Mutinenſem, debet in tri-
bus libris auri puniri à ſuperiori, & eius offi-
cialibus, & in tantum ſi propter lucrum eum
non comprehendat, cingulo dignitatis ſpolia-
tur. ut in Auth. ut nul. iud. §. ſi uero quis com-
prehenſorum. C. ubi de crim. ag. op. l. 1. ff. de
requir. Reis. l. 1. C. de ſeru. fugit. l. 1. Tamen ui
detur quibuſdam doctoribus, quod ſi bononiẽ
ſis ſit citatus à iudice Mutinenſi, & non uene-
rit, tunc debet actor mitti in poſſeſsionem bo-
norum quæ Reus habet mutinæ, ultra non po-
terit aliud facere, ibit ergo mutinam ad ſtan-
dum iuri, quia poſtquam iudex bononiẽſis nõ
fecit iuſtitiam, poterit mutinenſis iudex tan-
quam contumacem eum mutinæ punire in re
72 bus mutinæ conſiſtentibus. † Alij dicũt quod
mutinenſis poſsit etiam mittere in poſſeſsio-
nem in territorio bononienſi, cum ſit in hoc
maior inducunt pro ſe. C. de iudic. l. properan-
dum. §. ſin autem Reus. ff. de bon. auth. iud.
73 poſ. l. cum ſimus. §. fin. nõ † tamen credo quod
poſſet iudex in aliena terra dare poſſeſsionem,
niſi eſſet delegatus a principe, cum non ſit de
foro ſuo. C. de iuriſd. om. iud. l. per nuntium.
C. qui pro ſua iuriſd. l. 1. 16. q. 6. c. placuit. ad
fin. extra de foro comp. ſane ſi epiſcopi. Item
74 † quæritur qualiter iudex in primo & ſecũdo
decreto debeat formare ſententiam ſuam uel
decretum, planum eſt ſcilicet quod in primo
decreto loquatur hoc modo. Quia martinus
citatus legitime fuit, ut reſponderet Titio per
ſe, uel per legitimum procuratorem, nec ue-
nit, nec miſit reſponſalem, qui eum defende-
ret, ideo pronuntio Titium mittendum in
poſſeſsionem bonorum ſuorum pro menſura
debiti declarati cauſa rei ſeruandæ, & hoc ſi
75 agitur perſonali actione. † Si autem agatur
realiter, pronuntiabit Actorem mittendum in
poſſeſsionem rei petitæ, & debet pronuntiare
in ſcriptis, in ſecundo uero decreto dicendo,
ab iſto conſtituo te uerum poſſeſſorem ex ſe-
cundo decreto, uel ſi fuerit miſſus in poſſeſsio
nem pro menſura debiti declarati, dicet, aſsi-
gno tibi res illas, quas tenes ex primo decreto
in

in solutum, uel concedo tibi ex secundo decreto, quod possis uendere res illas & distrahere, uel concedo tibi quod in bonis omnibus in quorum possessionem inductus es, authoritate nostra habeas de cætero ueram possessionem
76 † nota tamen quod missus ex secundo decreto statim fit dominus in noxali actione, ut ff. eo.tit.l.1.sicut etiam ibi doct. notant.ff. de dā.
77 infec.l.si finita.§.ult. Item † hic diligenter attende, quod secundum quosdam missio ex secundo decreto tantum habet locum in causa damni infecti, & dicunt quod in nullo alio casu iure ciuili inuenitur cautum de secundo decreto, & uocatur primum decretum primus iussus iudicis, & secundum decretum est secun
78 dus iussus iudicis: effectus † autem primi decreti modicus est; sed effectus secundi decreti magnus est, quia si non erat dominus qui uolebat caucre, per secundum decretum fit nouus possessor, & uerus de cætero. & ita incipit præscribere & fit dominus qui mittitur in possessionem per secūdum decretum.ff. de dam. inf. l.si finita. §. Iulianus. & de hoc notant docto-
79 res.ff.si ex nox.cau agat.l.2.in fin. Item † hic quæritur quando debet interponi secundum decretum, & Respondeo longo tempore post perseuerantiam in uitio, ut in eadem contumacia.ff.de acqu ir.pos.l.possideri. §. ult. Sed in hoc quod dico, longo tempore, uariant do-
80 ctores † quidam asserentes quod longum tempus uocatur quadrimestre tempus. ff. de usur. rei iud l.fin.extra de sent.& re iud.quod ad cōsultationem. extra de eo qui mit.in pos.c.contingit.extra de offi.deleg.c. quærenti. Alij autem dicunt, longum tempus.id est ad arbitriū
81 iudicis.ff. de iur. delib. l. 1. † Sed ponamus quod secundum decretum non habeat locum nisi in damno infecto, quomodo ergo succurri tur creditoribus missis in possessionem ex secundo decreto, & dicas, quod authoritate iudicis distrahentur res uel dabuntur in solutum ut dictum est, & super hoc notanerunt doctores, C.de ijs qui ad eccles. confug. l.presenti.
82 cir.med. † Notandum est, quod secundum canones in reali actione ex transcursu anni efficitur uerus possessor, ipso iure etiam si secundum decretum non interponatur, extra ut lit. non cont.c.quoniam frequenter.§.in alijs uero casibus.extra de dolo & contum. c. cum olim.D.in fin.lit.& eo. tit. c. contingit interdum.& ita uidetur lex dicere.C.de præscr triginan.l.si quis emptionis. esset tamen melius
83 si ex secundo decreto possideret † quia fortius præscriberetur, extra de dolo & contum. constitutis.ff.de dam.infec.l.si finita. §. sed in personali actione, semper est optimum quod interueniat secundum decretum.extra ut lit. non contest.c.quoniam.ad fin.sicut in pignoribus,& in alijs mobilibus à simili.10.q.2.hoc ius.& 12.q.2. Aumm. Et sic explicit discursus de secundo decreto.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio est potestas de publico introducta, & quandoque est ordinaria, quandoque delegata.*

2 *Iurisdictio diuiditur in plenam, & semiplenam.*

3 *Iurisdictio ordinaria uocatur quæ se extendit generaliter ad omnes causas in suo territorio.*

4 *Iurisdictio delegata est quæ demandatur a Principe ad unam uel ad plures causas.*

5 *Iudicum ordinariorum species, & distinctio. num.6.*

7 *Iudex ex officio potest supplere de iure.*

8 *Iudex tenetur omnia rimari usque ad calculum sententiæ.*

9 *Iurisdictionum partitio.*

10 *Iudices pedanei qui uocentur.*

11 *Papa & imperator soli secundum quosdā habent mærum & mixtum imperium, a quibus non appellatur.*

12 *Episcopi superiores dicuntur habere mærum imperium respectu inferiorum.*

De materia iurisdictonis,& qualis apud quemcunque iudicem resideat. Cap. VIII.

DIctum est superius satis de primo & secundo decreto, sed quia de iurisdictione non fuit discursum, ideo de iurisdictione omnium iudicum uideamus,& primo uideamus quid sit iurisdictio
1 † est autem iurisdictio potestas de publico introducta.Sed quandoque est ordinaria, quandoque est delegata, ordinaria est quæ datur ab imperatore, uel à Papa, quando homines eliguntur ad dignitates, ex quibus oritur iurisdictio, ut probatur in corpore canonico.2.q.6. c.a iudicibus.§.quod de arbitr.& 2.q.3 c. enphemium.§.hinc colligitur. ff. de iurisd. om. iud.l.3.§ ult. Item dicitur iurisdictio a diffinitione, quod est potestas & ius.hoc habes.20.di
2 stin.§.1.† Diuiditur autem iurisdictio in plœnam & semi plœnam, Plœna autem est in summo Principe.ut insti.de iure natur.§.sed quod principi,& in corpore canonico.1. distin. per tot.2.q.6.decreto.& c.quid sit.& c.arguta.extra de offi.deleg.quod ad translationem:Item in lege habes differentiam inter maiores & minores iudices.ff.de off.proconf.l.solent.§.ult.
3 & l.& ideo. † Item illa iurisdictio uocatur ordinaria quæ se extendit generaliter,ad omnes causas in suo territorio.ff.de uerb.signif.l.pupillus.§.territorium.sic in corpore canonico 16.q.1.

16.q.1.c.1.2.& 3.& 16.q.3.licet in regulis . ad
4 fin. † Item delegata iurisdictio est quæ deman
datur, a principe ad unam causam uel ad plu-
res ff.de iurisd.om.iud.l.more. & extra de offi
cio deleg.c.quoniam. & c.super.& c.consului-
5 sti.& c.pastoralis. cum suis simil. † Item ordi-
nariorum alij sunt consules. alij proconsules.
Proconsules sunt qui ex consulibus fiunt, Alij
præsides, Alij quæstores.2.q.6.c.anteriorum le
gum.ff.de offi.procons.l.in officijs.& 2. q.6.c.
6 a iudicibus.§.quod de arbitris.Et † secundum
canones, Alij sunt legati, alij delegati à princi-
pe, alij delegati ab ordinarijs: Item ordinario
rum alij episcopi. Alij archiepiscopi. Alij pa-
triarchæ, siue primates, & sic diuiditur iurisdi-
ctio.ut 2.q.6.d.§.Quod de arbitris.& 21. di.cle
ricos.& 68.di.quamuis.80.di. c.1.2 & 3.& 98.
7 di.per tot. † Item uidendum est quid de offi-
cio posset facere, & dicas quod posset suplere
de iure. C. ut quæ des. aduoc.l.1.& 2.extra de
postul.c.bonæ memoriæ. Item posset dare ad-
uocatos.extra de of.iud.c.1.& 2.Item possunt
facere de contumace non contumacem. extra
de of.deleg.c.consuluit.Multa eius officio per
mittuntur ad quæ de iuris rigore non tenen-
8 tur.ff.de iudic. l. non quidquid. † Hoc notan-
dum est, quod omnia usque ad calculum sentē
tiæ rimari tenentur. 30.q.5.iudicantem. Notā
dum est etiam, quod in iudicibus alia diuisio
9 facienda est necessario, quia † alia iurisdictio
est mœri imperij, Alia mixta, alia modica co-
herctio.ff.de offi.eius cui mand.est iurisd.l.ul.
extra de offi.delega.c.ex litteris. Item alia cō
stat in rei uendicatione generali, ut ipsa sibi
assumit, ut in adoptione.ut ff.de adopt.l.1. §.
duas. sic etiam à patribus ex nomine & pote-
state ipsius dignitatis emancipat se apud se. in
stit.quib.mod.ius pat.potest.sol.§. filius uero.
Item de mœro imperio habes. ff. de offic. eius
10 cui mand.est iurisdictio.l. 1. † Item iudices
pedanei uocantur qui non possunt cognosce-
re nisi de paruis causis, & in duobus aureis pu-
nire.C.de pedan.iud.l.ult.2.q.6.c.ei qui.§.dif
11 finitiuā. Dicunt † tamen quidam quod solus
Papa & imperator habent uerum & mœrum
& mixtum imperium a quibus non appella-
tur.11.q.3.cuncta.& c.ipsi sunt.& c.patet. Alij
autem à quibus appellatur habent mixtum im
perium.2.q.6.decreto nostro.& 16.q.1. frater
12 noster. Dicuntur † tamen episcopi superiores
habere mœrum imperium respectu inferiorū,
sicut dicuntur summi Pontifices respectu infe
riorum.18.dist.si quis episcopus. de consecra.
dist.5.manus quoque. & extra de sacra unct. c.
unico.& hæc satis.

Explicit liber quartus.

INCIPIT LIBER QVINTVS.

In quo tractatur materia mutuæ fidelitatis inter dominum, & uasallum. Et materia testium.



NCIPIT liber quintus, de fidelitate uasalli ad dominū, & de fidelitate domini ad uasallum, de probationibus, de testibus, & eorum circunstantijs, de instrumentis, & de diuersis scripturis publicis. De instrumentorum exemplis transcriptis, de priuatis scripturis, & de earum impugnatione, de priuilegijs si in iudicio opponatur, de testamentis & ultimis uoluntatibus impugnandis, & conseruandis. De suffragijs in causis litigiosis. De positionibus, & earum cautela. De codicillis. De scripturis ferendis. De sententia si in iudicium proponatur. Et de relationibus minorum ad maiores. &c.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus in quibus teneatur domino.*
Vasallus peccans in ijs in quibus tenetur domino perdit feudum. ibid.

2 *Vasallus tenetur obedire domino in omnibus quæ possunt fieri sine peccato.*
Vasallus non tenetur iuuare dominum cõtra seipsum, nec contra dominam. ibid.

3 *Vasallus non tenetur iuuare dominum contra Papam, nam in quocunque iuramento authoritas superioris intelligitur excepta, alias esset conspiratio, & crimen maiestatis.*

4 *Vasallus non tenetur iuuare dominum, nec filius patrem, nec seruus patronum in peccato mortali.*

De fidelitate uasalli ad dominum. Cap. I.

DE fidelitate uasalli qua tenetur domino, sic est tenendum. † Quod ipse ua-
1 sallus in istis sex tenetur principaliter ei. s. ad utile, honestum, possibile, facile, Tutum, & incolume. Ad utile. scilicet, ne fit ei in damno de suis munitionibus, possibile scilicet quod ne id quod dominus facile possit facere, faciat ei impossibile: Tutum, ne fit ei in damnū de sua iustitia, uel de alijs quæ pertinent ad honestatem, hoc totum habes in canone.

canone.22.q.5. de forma. & in constitutione friderici, de fæudis scilicet in l. imperialem. De proh.fæu.aliena.per frider.& si aliquo prædictorum peccauerit, debet perdere fæudum, ut in præd.iur.& extra de excef.prælat.graue. extra de iureiur. Ego 63.dist.tibi domino.& ut
2 breuiter dicamus † in omnibus quæ sine peccato possunt fieri tenetur illi obedire.23. q. 1. quid culpatur. sunt tamen casus in quibus nō tenetur obedire,& secundum canones.& secūdum leges scilicet quia contra se ipsum non iuuabit dominum. extra de maior. & obed. c. ult. Item contra patronam non iuuabit illum.
3 ff.de re mil.l.minime.23.q.6.licet. † Item cōtra Papam non iuuabit eum, quia in quocunque iuramento authoritas superioris intelligitur excepta.extra de iureiur.c. ueniens. Alias esset conspiratio & crimen læsæ maiestatis.ff.Ad leg.iul.maiest.l.1.2.& 3.& 6 q. 1. c. quæro.§.uerum.63.dist.tibi domino.& c. ego Ludouicus. si tamen habet iustum bellum iuuabit eum cōtra omnes homines.23.q.1.quid
4 culpatur.ad fin.Et ut breuiter teneas † in peccato mortali non tenetur iuuare nec uasallus dominum,nec filius patrem.nec seruus dominum.11.q.3.si dominus.& c.imperatores. & c. Iulianus. & 9.distin.c.1. cum suis simil.

SVMMARIVM.

1 *Dominus tenetur uasallo in multis.*
Perillus tormenti inuentor suo met tormento morti addictus est. ibid.
2 *Patronus perdit successionem liberti sui si nō obseruat debitum honorem.*
Patronus contra libertum, nec libertus contra patronum debent fere testimonium.ibi.
3 *Dominus tenetur tempore necessitatis alere seruum uel uasallum, alias perdit ius quod in eis habet.*
Legem pati debet qui eam tulit.

De fidelitate domini erga uasallum suum fidelem, & ad quid teneatur.
Cap. II.

1 HIc quæritur quomodo dominus teneatur fideli suo, & † debes dicere quod tenetur in illis sex scilicet utili facili, possibili, honesto,tuto,& incolumi. 22.q.5. de forma.nam.
Legem quam tuleris de iure tenere teneris.
Si bene protuleris iure peritus eris.
Si male protuleris iure imperitus eris.
Et fuit Perillus quidam, qui fecit quoddam ingenium, in quo delinquentes comburebantur,& ipse in eo postea combustus fuit. simile
2 in canone.31.q.6.siducturi.Et dicit lex † q̄d patronus perdit successionem liberti sui, si nō obseruet debitum honorem.ff. de bon. libert. l.qui cum maior.& in tribus partibus,nec cōtra subditum fere debet testimonium, sic nec libertus contra dominum.4. q. 3. c.si testes. uers.lege iulia publicorum. & uers. Patentes
3 & liberi.Item † tempore necessitatis tenetur ei alimenta præstare,alias perdit ius quod habet in seruo uel uasallo, uel filio suo.extra de infant.& langu.expos.c.unico.C.de infant. ex pos.l.uni.& dicit sapiens. Patere legem quam tu ipse tuleris.extra de constit.cum omnes unum. & ad hoc facit illud. Quod tibi non uis fieri,alteri ne facias. Distin.1.humanum. 2. q. 1.c.1.& 2.& 2.q.2.decreto & quinquag.di.pon detet. cum suis simil.

SVMMARIVM.

1 *Probatio est rei dubiæ per argumenta indubitata responsio.*
Probatio fit testibus, argumentis,& instrumentis, & alijs modis. ibi,& nu.8.
2 *Probatio dicitur ab aduerbio,probe.*
3 *Negatiua nō probatur directe sed indirecte.*
Negans ius tenetur probare illud esse correctum per aliud. ibid.
4 *Testamentum præsumitur factum sana mente,nisi probetur contrarium.*
5 *Mariti omnia præsumuntur nisi probetur cōtrarium ab uxore.*
6 *Præsumptio transfert probationem ab Actore in Reum.*
7 *Actor dilucide debet probare,alias Reus absoluitur tam in ciuili quam in criminali.*

De probationibus tractatur materia.
Cap. III.

1 DIcturi de probationibus primo uidendum est quid sit probatio, & dicas † quod probatio est rei dubiæ per argumenta indubitata responsio.extra de uerb.signif.c. forus. & fit testibus & argumentis, & instrumentis.ut in præal. decret. & etiam confessionibus.2.q.5.consuluisti.& 15. q.5.c.2.uidendum est autem.unde dicatur pro
2 batio † & dicitur ab aduerbio,probe.nam probe agit qui causam suam non negligit. & quia Actor quod asseuerat probare debet.ff.de probat. l. ei qui. quia in negatis nulla est directa probatio, extra de probat. c. quoniam contra falsam.extra ut eccles.benef. c. ut nostrum. 6.
3 q.ult.c.Accusator.C.de probat.l.Actor. † Indirecte tamen probatur negatiua.extra de testi.c.ex tenore,& in lege,si probo me fuisse absentem tempore contractus. C. de contrah. & comm.stip.l.optimam. extra de renunt. c. su-

per eo. quia nunc Reus tenet locum Actoris.
ff.de excep.l.in exceptionibus. uel ff. de pro-
bar. & in præal. iur. tamen qui negat ius pro-
bare tenetur hoc ius per aliud esse correctum,
nã sufficit semel statutum esse.ff. qui & a quib.
l prospexit.ff.de probat.l.ab ea parte.quia om
nia uidentur concessa nisi probeutur prohibi-
ta.ff.ex quib.caus.maio.l.nec non.§.quod eis.
ff.de procur.l.murus extra de sponsal. c. eum
apud.extra de præsumpt.c.dudum.ff. de testi.
4 l.1.§.1. † Item si dico hominem fecisse testa-
mentum præsumo quod sana mente fecisset ni
si probetur contrarium.C.de codicil.l.nec co-
dicillos.extra de succes.ab intest. c. cum dile-
ctus.Et hoc uerum est, nisi iam alias fuisset fu-
riosus 3.q.4.indicas hermanum.nam tunc pro
bare teneris eum fuisse sanæ mentis tunc quã
5 do condidit testamentum. † Item transfertur
probatio in mulierem, quia præsumitur pro
marito, ut omnia quæ habet sint sua scilicet
mariti.C.de donat.int. uir.& ux.l.etiam. Præ-
6 sumptio † enim transfert probationem ab A-
ctore in Reum.C.de probat.l.siue.ff.de proba.
l cum de indebito.extra ue eccles. benef.ut no
strum.23.q.4.c.1.2. 3.& 4 & 12.q.5. fixum.ex-
tra de pœcul.cler.per tot.ff.de probat. l. si pa-
7 ctum.& l.si chirographum.Actor † enim dilu-
cide debet probare, alias Reus absoluitur tam
in ciuili quam in criminali. extra de fi. instru.
c.inter dilectos.ff.de act.& oblig.l. Arianus &
in criminali similiter.ff.de prob.l.cum de inde
bito.& 2.q.8.c.1.2.& 3.& 4.q.3. qui intendit.
extra de probat.c.ex litteris.& 2. q.5. omni-
bus uobis.C.de probat.l.ult.ff. de pœn.absen-
8 tem.Item † nota quod probatio multifarie fit
scilicet testibus.extra de probat.c.licet.instru
mentis.extra de fide instru.cum Ioannes.Argu
mentis,extra de priuil.ex ore.extra de uerb.si
gnif. fotus confessione facta in iure presente
Aduersario.2.q.5.consuluisti.15.q.5.c.1.Præ-
sumptione uiolenta.extra de probat. tertio lo
eo extra qui fil.sint leg.ex transmissa. & 32.q.
1.c.2.Item per rei euidentiam.extra de coha.
cler.& mul.c.uestra.& c. ult. &c.

SVMMARIVM.

1 *Quæstionum genera quæ fiunt testibus aduersæ partis duo sunt.*

Testis debet dicere ueritatem pro utraque parte sub uinculo iuramenti. eo.

2 *Testis debet manifestare causam suæ testificationis, alias si interrogaretur & non responderet, non ualeret eius testimonium.*

3 *Testis si non fuit præsens, sequitur quod nescit.*

Testes de auditu quando recipiantur.

4 *Testis dictum dicentis se nescire diem & horam an & quando uitietur.*

5 *Probationes potiores & meliores uincunt.*

6 *Testis super circunstantijs interrogandus est.*

7 *Testes proferentes unum & eundem premeditatum sermonem sunt suspecti.*

Subornatio præsumitur ex nimia similitudine. eo.

8 *Testis debet interrogari super uestibus.*

9 *Iudex debet inuestigare uiam ueritatis.*

Testi quæ interrogatoria fieri debent. nu. eo.

10 *Aduocati qui loquuntur cum testibus sunt stulti.*

11 *Reus debet dare interrogatoria in scriptis & iudex ex officio debet interrogare.*

12 *Interrogatoria debent dari iudici in secreto.*

13 *Testis secundum canones de iure communi in triginta & uno articulis debet interrogari.*

De materia testium, & interrogatoriorum. Cap. IIII.

DVo sunt genera quæstionum & pro-
bationum quæ fiunt testibus aduer
sæ partis, unum ad instruendum di-
ctum suum, aliud ad probandam in-
tentionem suam, & fundandam, uel exceptio
nem illius contra quem producuntur, & de
utroque dico testem interrogandum, quia
1 debet dicere ueritatem pro utraque parte,
sub periculo iuramenti.C.de episcop. & cler.
Auth.sed iudex & 4.q 3.uenturis & 22.q6.1.
2 c.1.Item † tenendum est, quod testis suæ te-
stificationis causam debet facere manifestam,
alias si interrogaretur & non responderet, nõ
ualeret eius testimonium. C.de testi.l solam.
extra de testi.c.causam & 4.q6.3 sola attesta-
tione. & in Auth. de testi.iux. princip. Item
3 † iudex debet quærere à teste de causa, si fue
rit præsens, & si dixerit quod non fuit præ-
sens, sequitur ergo quod nescit, C.de testi.l.
testium.& ad hoc.3.q.9.testes.& c. nihilominus.& c.pura.quia ut dicunt Euangelistæ Ma
thæus & Ioannes. quod uidimus testimus, &
quod scimus testamur, & testimonium no-
strum uerum est. Sunt tamen casus in quibus
recipiuntur testes de auditu. ff. de probat.l.si
probabimus.& 3.q.9.c.testes per quancunque
§.si debitum scriptum. & si probetur fama, si
dicit se interfuisse, interrogetur tamen si ui-
dit fieri, quia potest esse quod interfuit, & ta-
men non uidit fieri, & propter hoc cecus non
4 esset testis. † Item quærendum est de loco, ad
exemplum Danielis. ca.13. Item quærendum
est de tempore, de anno domini, de die, de mẽ
se, si tamen dicit se nescire diem, & horam,
propter hoc solum non uitiabitur eius depo-
sitio. ff.de accusat.l.libellorum.nisi negotium
tale esset, in quo exigeretur notitia diei &
horæ

horæ. C.de contrahen. & com.stipul.l.pen.&
5 in † talibus quicunque melius probaret, maior esset uel prior, & potior in probatione uinceret.ff.loca.l. qui operas.ff.de pignor.l.si fundum.ff.qui pot.in pign.hab.quasi per tot. & extra de probat.c.licet.in fi. ff.de don.int. uir.& uxo.l.cum hic status.§. oratio.& sic.in similibus.ff.de pac.l.pacta nouissima.& extra de ordin.cognit.ca.cum dilectus. extra de fid.
6 instrum.c.cum dilectus.ad fin. Item † quæritur a teste de circunstantijs hominum, & de formis hominum, & de modo loquendi, & quæ uerba dicta fuerant. Item uidendum est si proferant unum & eundem præmeditatum
7 sermonem, † & tunc erunt suspecti.ff.de testi. l.testium.& 4.q.3.c. si testes. uersi. in testibus fides.& uertic. qui falso uel uarie.C.de fid.instrum.l. scripturæ. Ex nimia similitudine inducitur uel præsumitur subornatio. C.de pœ.
8 l.qui sententiam. † Item quæritur à teste de uestibus,& utrum sedebant uel stabant prædictæ personæ tunc temporis,& si simul uenerint ad locum uel si simul recesserint, & quis
9 prior uenit,& prior recessit,& breuiter † debet iudex quærere ubicunque æquitas eum mouerit ad inuestigandum uiam ueritatis. 30 q.5.iudicantem.& extra ut eccl.benef.ue nostrum. 20. qõ.3 præsens.& extra de fid.instrumen.cum Ioannes. ad fi. Item quæratur à teste de propietate, & de recordatione sua, præsertim si aliqua testificatur quæ non sint uerisimilia, nec sit uerisimile eum sciee.2 2.q. 2.cap.ulti Item quæratur a teste si est amicus uel inimicus,& de causa amicitiæ uel inimicitiæ.ff.de testi.l.testium.3.qõ.1.c. in primis.& 4.q.3.l.testium fides.in Authen.de testi.quasi per totum. Item quæritur,si habuit præmiũ
10 pro testimonio uel preces,& a quo,& † ideo stulti sunt aduocati qui loquuntur cum testibus,ad hoc.C.de testi.l eos. & l.si quis testib. Item quæratur de conditione testi, scilicet si est nobilis,uel plebeius.ut in Auth.de testi.& in corpore canonico.4.q.2.c.si testes. uersicu. testium fides. & 2. quæstio. 1. in primis.
11 † Item quæratur a teste si est criminosus uel infamis, item si commisit causam ex qua infligitur infamia non in genere, sed in spetie. ff.com.præd.l.iu mittendis. Alij autem dicũt quod non debet de proprio crimine interrogari, quia nondum iurauit super hoc, & debet parcere uerecundiæ suæ, nisi sit eius grauata opinio apud bonos, & graues homines, sed debet sic quærere, frater credis te talem quod posis bene fere testimonium, hoc quæras etiam si est diues uel pauper. ff. de testi.l. testium.ff.de accusat.l.nonnulli.2.q. 1.in primis.& 4.qõ.3.d. uersicu. testium fides. Tales enim interrogationes conceduntur in prædictis iuribus.Item debet interrogari si cognoscat illum contra quem inducitur, uel illum
12 pro quo inducitur: † & has interrogationes in scriptis debet Reus dare, & iudex ex officio suo testem interroget, extra de except.c. exceptionem.& iudex indaget diligenter quæ rere ueritatem.ff.de quæst.l. 1.& 30.q.5.iudicantem.extra de simon.c.licet Ely. & talis libellus interrogationum detur secreto iudici, ne fiat ab aduersario subornatio, & iudex per se uel per assessorem corrigat interrogationes.C.de senten.ex breui.recit.l.2.& hæc sufficiant de interrogatioinbus causa breuitatis. Notandum tamen, est secundum canones.
13 † Quod in triginta & uno articulis debet interrogari testis de iure communi.extra de testi.c.cum causam.ubi habes decem in quibus interrogantur.& 4.q.3.c.si testes uersi. testiũ fides. ubi habes nouem,in quibus, & de quibus testes interrogantur, & de alijs ibi per totum.

SVMMARIVM.

1 *Testis debet iurare utraque parte præsente, & etiam altera citata & contumace.*
2 *Testes an & quando iterum possint super articulis interrogari.*
3 *Testis dicens uerbum ambiguum potest repeti.*
4 *Testis habilitas,an consideretur tempore iuramenti, uel tempore depositionis.*
5 *Testis iuramentum recipitur si crimen non est notorium.*

De iuramento testium, & forma. Cap. V.

De iuramento testium sic tenendum
1 est: † quod præsente utraque parte iurare debet, nisi una pars per contumaciam sit absens.C.de fi.instru. l.iudices.C.de testi.l.si quando. & in Auth.de testi.§.1.& per tot.& in cano. 2.qõ.1. in primis. extra de testi. cap. in nomine domini.
2 † Si tamen non fuerint interrogati testes a iudice super capitulis datis ab actore uel ex negligentia,aut ex malitia. iterum post apertionem possunt interrogati testes.ff.de quęst.
3 l.repeti.extra de testi.c.per tuas. idem † erit si diceret uerbum ambiguum. ff.de reg.iur.l. in ambiguis.extra de testi.cap.cum clamor.& ff.de reg.iur.l.uerum est. Pone quod testis iurauit,& non erat datus libellus capitulorum, & interrogatoriorum,expectabit secundum quosdam usque ad 15.dies, expensis illius per quem stetit quominus deponat. C.de testi.l.si quando.C.de appella.l.eos. Alij dicunt quòd imputabitur illi qui debuit facere libellum suum conuentionalem, siue capitulorum, siue interrogatoriorum. C.depos.l.fin.Sol.com mittitur arbitrio iudicis, scilicet quod procedat uel differat.ut.ff.de iudi.l. non quidquid.
4 Item † si testis erat testabilis tempore quo iura

iurauit, & est intestabilis tempore quo scribitur eius iuramentum, & dicunt quidam, quod spectabitur tempus quo iurauit. ff. qui test. fac. pos. l. ad testium numerum. in princip. Alij dicunt contra. ff. de re mil. l. ante penult. Tertij distingunt inspiciẽdum cuius dolo uel culpa fuit dilatum quod non fuerit scriptum. ff. de minor. l. utile. l. Resp. ff. de excus. tut. l. si præferenda. C. ad leg. iul. de adult. l. 1. & l. fin.
5 Sol. iuramentum † recipitur si crimen non est notorium, & reseruabitur tempore disputationis. extra de testi. c. præsentium. Si autẽ est notorium crimen, non scribitur eius testimonium propter infamiam superuenientem. 8. qō. 3. talia. ad fin. nam stultus esset iudex si scriberet testimonium talium cum sit contrarium iuri. 3. qō. 5. constituimus. & 6. q. 1. infames. & 4. q. 3. ob carmen.

SVMMARIVM.

1 *Actor dilationibus lapsis debet instare quod aperiantur attestationes.*
Reus semper est uocandus peremptorie ad aperturam testium, nisi per contumatiam se absentet. eo.
2 *Reus ante aperturam debet protestari quod uult dicere contra personas & dicta testium.*
3 *Testes inducens potest eos compellere per iudicem ut ueniant.*
4 *Testes an in criminalibus compellantur.*
5 *Testis nollens iurare est puniendus.*

De quarto termino producendi testes, & an & quomodo possint compelli ad deponẽdum. Cap. VI.

PRoductis omnibus testibus ellapso tertio termino, & quarto si opus fuerit cum iuramento. ut in Auth. de testi. §. quia. & extra de test. c. significanerũt.
1 & c. ultra tertiam † actor debet instare quod aperiantur attestationes, Reus quod non. iudex deliberet super hoc, & faciat quod sibi uidebitur expedire. 31. q. 5. iudicantem. tamẽ semper est uocandus Reus & peremptorie ad aperturam testium. extra de testi. c. in nomine domini, extra de offic. delega. c. consuluit nisi per contumaciam se absentet, ut in præal. inr. ff. ad leg. iul. de adulter. l. si pecauit. Item
2 † ille contra quem inducuntur potest protestari ante aperturam testium quod uult dicere contra personas & dicta testium. extra de testi c. præsentium. & iudex multa potest ex suo officio. 31. q. 5. iudicantem. extra de fi. instrum. ca. cum Ioannes. ff. de iudi. l. non quid-
3 quid. Item † ille qui ducere uult testes, potest eos compellere per iudicẽ ut ueniant, si sponte nollent uenire. ff. de tabu. exhib. l. locum. §. hoc interdictum. extra de testi. cogen. ca. 1. 2. & 3. & c. præterea. 4. q. 3. c. si testes. §. lege iu-
4 lia. de ui. usque ad fin. Item † quæritur utrum pro criminali compellantur testes, & dicunt legiste quod sic. C. de testi. l. si quando. ff. de te sti. l. 15. q. 3. de crimine. & 4. q. 3. d. §. lege iulia. secundum canones non est uerum, extra de testi. cogen. c. dilectorum. C. de eden. l. qui accusare. & 4. q. 3. c. si testes. uersic. qui intendit. alia iura intelligo in criminibus exceptis. extra de testi. cogen. c. cum contra & c. uenerabilis. interim tamen debet iudex facere caueri de damno infecto. & de alijs periculis, ne dilatione testium damnum possit euenire. ff.
5 de dam. inf. l. 4. §. penult. item † si quis testis non uult iurare, quæritur quid iuris, & dicas quod est a iudice puniendus. ff. quemadmo. testam. apert. l. eum. & l. si quis. & secundum quosdam debet damnum resarcire. ff. de admi nist. tut. l. quidam. in fin. & l. tutor & C. de excus. tut. l. quidam. in fin. & l. quanquam. Sed ego hæc iura intelligo in principali persona, cuius malitia testis absuit uel non iurauit. extra de testi. cogen. c. peruenit. extra de testi. c. intimabit. & c. constitutis. il primo.

SVMMARIVM.

1 *Copia testium publicatorum debet dari utrique parti.*
2 *Dilatio deliberatoria debet dari partibus post datam copiam.*
Cautella pro aduocatis circa testes habita copia. eo.
3 *Testium numerus secundum negotij qualitatem haberi debet.*
4 *Iuramẽtum suppletorium quo casu petatur.*
5 *Actore dilucide non probante Reus absoluitur.*
Vox unius uox nullius. eo.
6 *Testis unus & si non probet, facit tamen præsumptionem.*
Aduocatus timens iudicem debet ipsum allegare suspectum. eo.

De ijs quæ agenda sunt postquam facta est testium apertura. Cap. VII.

1 CVM autem sunt aperti testes † detur exemplum utrique parti tam Reo, quam Actori, & Authenticum remaneat penes iudicem ne possint fabricari falsa. ff. de tabul. exhib. l. fin. & melius ex

tra

tra de probat. c. quoniam. contra. & sic debet fieri de quacunque scriptura quæ in iudicio producitur, C. ut lit. pend. l. 2. alias damnificarentur partes duplici damno quod esse non debet. ff. ad leg. Rho. de iac. l. leuandæ, & datis
2 scripturis testium partibus, detur † etiam illis dilatio, scilicet utrique ad deliberandum, an iusta causa sit eis. C. de dilat. l. ult. & hæc dilatio detur a iudice inspecta magnitudine & paruitate scripturæ. ff. quemadm. testam. ap. l. 2. §. fin. ff. de iudi. l. nonnunquam. ff. de re iud. l. qui pro tribunali. extra de probat. c. licet. & c. quoniam contra falsam. C. de testi. l. causam. Item utrinque Aduocatus sit cautus in hac dilatione, scilicet qui producit testes & contra quem producuntur, uideantur diligenter dicta testium, & uterque Aduocatus caueat & consideret, si intentio uel exceptio siue articulus quem uoluit probare, probet bene, & plene, uel semiplene, & faciat rubricas in quibus concordet testes, scilicet talis & talis testis concordat in hoc articulo, & aduersarius discordet testes inquantum poterit & uideat quomodo probet, utrum per om-
3 nes probet uel per quos, † & uideat si uult probare negotium in quo sufficiunt duo testes, uel si sunt necessarij quandoque tres, quandoque quinque, quandoque septem. De iis. ff. de testi. l. ubi. C. si cert. per. l. fin. C. de codicil. l. ult. §. fin. & in canone 35. q. 6. de parentela. il 2. extra de testi. c. ueniens. in primo, & 2. extra de probat. c. licet il 1. & 2. 3. q. 9. c. pura. & c. nihilominus. Item uideat si concordat bene, si perfecte non concordant, habeat positiones, per quas extorqueat ueritatem, uel
4 saltem unus petat sibi deferri iuramentum † si saltem unus testis fecerit pro eo. C. de reb. cred. l. 3. l. legatis. ff. de dote præl. l. Theopompus. ff. de iureiur. l. si duo patroni. in prin. ad hoc extra de iureiur. c. iuramenti. Porest tamen iudex deferre Reo si uiderit expedire, ut in præal. decretal. & hoc uerum est in causis minimis uel mediocribus, secus in magnis &
5 arduis, nam † si Actor dilucide non probasset, absolueretur Reus. extra de fide instrumen. c. inter dilectos. ad fin. 6 q. ult. c. ult. ff. de act. & obliga. l. Arrianus. instit. de interd. §. commodum. extra de probat. c. ex literis. extra de sent. & re iudic. c. ult. & hoc uerum est, nisi esset præsumptio contra Reum, extra ut eccl. benef. ut nostrum. extra de iureiu. iuramenti. Forsan insurget Aduocatus & dicet, uox unius uox nullius. C. de testi. l. iurisiurandi. ff. de quæst. l. maritus. & 33. q. 2 admonere. & extra de testi. c. ueniens. & 35. q. 6. c. ult. & dicet forsan, causa ualet ultra duos aureos. ff. de dolo.
6 l. 1. Sol. unus † testis etsi non probat, facit tamen præsumptionem. 8. q. 2. talibus. siue talia. & 28. dist. de siracusanæ. & 85. distin. tanta. si timeres quod iudex deferret iusiurandum Reo quod ex officio posset facere, extra de iureiu. c. ult. tolle illi occasionem dicendo eum suspectum. ff. de re mil. l. non omnis. §. a barbaris. & sic pone in aliud dubium, ut reuocetur iudicium uel per testes uel per iuramentum, uel per pugnam, secundum consuetudinem patriæ.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus ex quibus remoueatur a limine iudicij & condemnetur in expensis.*
Aduocatus ecclesiæ uel minoris petit in integrum restitutionem ad inducendos nouos testes. eod.
2 *Restitutio nō conceditur nisi ostensa & probata læsione. & nu. 7.*
3 *Testes diuersa dicentes tam in causa restitutionis quam in causa principali uidentur subornati.*
4 *Intellectus. §. sed quoniam. in Auth. de testibus.*
5 *Minor uel ecclesia non possunt uenire contra summam contractus, traditionem, transactionem, & similia.*
6 *Minor potest uenire contra prædicta per speciale Principis rescriptum, cum clausula, non obstante lege.*
Iudex non debet esse facilis in danda restitutione, nec nimis durus in iustitia neganda.
8 *Actor etsi deficiat in probationibus, tamen iuuatur lege.*
9 *Reus non tenetur iurare nisi præsumptio sit contra ipsum.*

Quid agendum sit, quando quis succumbit ex non probatis, & quo modo petatur restitutio. Cap. VIII.

SI quis per nullum probauit intentionē suam, uel quia nihil de causa dixerunt testes, uel quia causam non redderunt iudici requisiti super hoc uidetur quod
1 tunc † miser Aduocatus remouebitur a limine iudiciorum, & damnabitur in expensis, extra de rescrip. c. quia non nulli. & extra de pœnis. c. calumniam. extra de cust. euchar. c. statuimus. uideat tamen si litigat pro ecclesia uel minore, & similibus, & petat restitutionem in integrum ad inducendos nouos testes. ff. de min. l. ait prætor. §. non solum. & l. minor. & si dixerit aduersa pars, tu non de-
2 bes restitui nisi ostendas † læsionem. ff. de iureiu. l. nā postea. & l. si minor. ff. de in integ. restit. ff. de minor. l. omnis. & l. uerum, quod probata læsione semper debet restitui, ut posfit

fit teftes de nouo inducere. Primo tamen debet iudex præuidere fi expedit, ecclefiæ, fcilicet uel minori reftitui, & tunc reftituat extra de in integ. reftit. c. auditis. nec obftat lex quæ dicit contra. ff. de tefti. l. produci. quia nõ habet locum in hoc articulo. extra de tefti. c. ueniẽs. cum fit alia caufa & aliud iudicium, ui detur contra. ff. de procur. l. qui proprio. §. 2.
3 & extra ut lit. peod. c. 1. & ult. Dicunt † tamen quidam, quod fi teftes diuerfa dicant tam in caufa reftitutionis quam in caufa principali, uiderentur fubornati, & propter hanc inconuenientiam dicunt quod detur electio parti contra quam producuntur, ad probanda dicta iftorum in caufa principali productorum, uel iurent iterum. C. de tefti. l. fin. Solutio. Quæftio determinata eft per ius canonicum. extra de tefti. c. cum caufam quæ inter icono muni. & c. præfentata, quia teftes ad probandum intentionẽ poffunt induci in caufa principali, quia ad aliud inducuntur, ut probatur extra de tefti. c. ueniens. & c. com in tua, alias læderetur minor uel ecclefia quod effe
4 non debet. ff. de minor. l. fi fine † item nec obftat. §. fed quoniam. in auth. de tefti. quia non loquitur in tali cafu ubi petitur reftitutio officio iudicis, extra de reft. in inte. c. fufcitata. & c. cum ex literis. ff. de acquir. pof. l. 2. §. fi fi-
5 lius. fi minor † uel ecclefia uenit contra fummam contractus, uel contra ueditionem, uel transactionem, & fimilia, non poffent. C. fi aduer. tranf. & C. fi aduer. uend. per tot. cum fimil. tamẽ per refcriptum Principis fpeciale poteft. C. de præc. imp. of. l. quoties. C. de tranfact. l. caufas. C. quæ fent. refcin. non pof. l. fin. & hoc uerum eft, cum expreffa fit mentio, non obftante tali lege. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. fi quis a principe, & ff. de lega. 3. l. fi quis in principio teftamẽti, cum Authen.
6 de teftamentis imperf. Cum † tamen expreffe facit mentionem, ualet refcriptum, non obftante lege, 25. q. 2. refcripta. & 25. q. 1. nec damnofa. & c. Refcripta, quia quod Principi placuit legis habet uigorem, iftit de iure na-
7 tur. §. fed quod Principi. Hoc † tenendum eft quod in hoc reftituitur fi ex lubrico mentis non produxit teftes, uel non probauit ficut debet, & ideo reftituitur. C de integ. reftitut. l. 4. Eft tamen tenendum, quod fi læfus non fuit non eft reftituendus. C. de teftam. mil. l. aliter. & l. ultim. ff. de in integr. reft. l. locupleti.
8 † Iudex etiam in talibus reftitutionibus non debet effe nimis mollis in danda reftitutione nec nimis durus in denegando iuftitia, iuxta illud.

Conftans & lænis ut res expoftulat efto.
Temporibus mores fapiens fine crimine mutat.

Sed primo cognofcat or fi fit danda. ff. de minor. l. intra utile. §. immo. fed pone quod litigator fit maior, & deficiat per omnes teftes, adhuc poffet dicere quod Reus purget fuam innocentiam, nam iuuari uidetur lege. ff. de iniur. l. lex Cornelia §. fi quis. C. de ijs qui ad ecclef. confug. l. præfecti. C. de iure delib. l. fi. §. licentia. C. de fideiuf. l. fin. C. de iure dot. imper. l. fin. ad fin. fed uidetur contra, cum nil probatum fit ex parte Actoris, nec præfumptio, & ideo cogitur Reus iurare, ad hoc. C. de eden. l. qui accufare. C. de act. & oblig. l. negationes. C. de probat. l. Actor. Sol. fecun-
9 dum canones, non † tenetur Reus iurare, nifi præfumptio fit contra ipfum. extra de calum. c. 2. extra de accufat. c. inquifitionis. 6. q. ult. c. Actor. extra de purg. can. c. cum in iuuentute, fi autem eft præfumptio contra ipfum purgatur. 22. q. 1. c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Maiori caufæ propter minorem non debet fieri præiudicium.*
2 *Teftes repelluntur uel ex dictis uel ex perfonis.*
3 *Impubes, infamis, periurus, confanguineus, homicida, concubinarius manifeftus, pauper multum, gratiofus, inimicus, a teftimonio repelluntur.*
4 *Aduocatus uel procurator olim, hermophroditus, iudex olim in caufa, feruus, & fœmina repelluntur a teftificando.*
5 *Teftes repelluntur ex nimia amicitia, uel odio, & alijs, ut.*
6 *Teftium dicta ex quibus caufis reprobentur.*
7 *Teftes non concordantes in tempore uel perfonis reprobantur.*
8 *Teftamento, doti, libertati, matrimonio, & fimilibus iura fauent.*
9 *Teftes ualere potius quam perire eft interpretandum.*
10 *Teftes fecundum leges coguntur tam in ciuilibus quam in criminalibus. fed fecundum canones non coguntur in criminali.*
11 *Iudex ex officio poteft refrenare teftium multitudinem.*
12 *Monomachia eft contra iura canonica.*

Quod Aduocatus habeat exemplum teftium qui producuntur contra clientulum fuum.

Cap. IX.

ADuocatus illius contra quem producuntur teftes fit in hoc cautus, & diligens, habeat exemplum teftium, nec dimittat pro modica pecunia clientuli fui, ne contingat illi ficut longo-
1 bardis † qui amittunt carnes uel pifces propter

pter ſapores quos nolunt emere auaritiæ cau
ſa. quod Gallici non faciunt, Hyſpani autem
habent ſalem pro ſapore, hoc uult dicere, ne
fiat præiudicium maiori cauſæ, propter mino
rem. ff. de iudic. l. per maiorem, quia per mini
mum compendium poſt habitum incurritur
in magnum diſpendium quod eſſe nō debet.
ff. de conſtitu. l. omnem. & extra de accuſat. c.
qualiter, & quando. in primo & ſecundo. &
24. q. 3. Reſſecandæ. habito ergo exemplo die
ac nocte deliberet qualiter poſsit repellere
2 teſtes, quod fit duabus uijs, † uel duabus de
cauſis, ſcilicet ex dictis & ex perſonis, ex per
ſonis ſic, ſcilicet ſi eſt impubes. 22. qō. 5. Pue-
ri. & c. paruuli. & c. qui peierare. §. de ætate. &
c. iuramenti. & 4. q. 1. c. 1. Item ſi eſt infamis.
6. q. 1. infames. Item ſi eſt periurus. 6. q. 1. qui
cunque. Item ſi eſt conſanguineus. 3. q. 5. c. 1.
3 Item † ſi eſt homicida. 3. qō. 5. conſtituimus.
Item ſi eſt concubinarius manifeſtus. 3. qō. 4.
conſanguineorum. Item ſi eſt pauper multum
contra quem præſumatur. 4. q. 3. ſi teſtes. §. te-
ſtium fides. & 2. q. 1. in primis. & c. Prohiben
tur. Item ſi eſt gratioſus. 3. q. 5. Accuſatores,
& teſtes. Item ſi olim fuit inimicus, & forſan
nunc uellet uindicare ſe. 3. q. 5. c. s. 2. & 3. Itē
4 † ſi fuit aduocatus uel procurator in hac cau-
ſa. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. item ne patroni. & uerſi.
Patroni quoque in cauſa. Item ſi fuit hermo-
phroditus. 4. q. 3. d. c. ſi teſtes. §. hermaphrodi
tus. Item ſi in cauſa fuit iudex. 2. q. 6. ſtatuen-
dum. & in conſimil. ſcilicet ſi eſt ſeruus, uel
fœmina, extra de uerb. ſignifica. c. forus. Item
5 † repellitur ex nimia amicitia aduerſæ par-
tis, & ex odio eius contra quem profert teſti-
monium. & ſi non fuerit præſens pars quando
iuratur, contra quam, ſcilicet inducuntur, uel
non fuerint præſentes teſtes, niſi in caſibus
exceptis, ſcilicet de matrimonio, de ſolutione
debiti hæc omnia habes. 2. qō. 1. in primis. §.
quia igitur Stephanus. extra de teſti. c. licet. 3.
q. 5. per tot. & in caſibus conſimil. ut ff. de te-
ſti. l. teſtimonium. alias. teſtium. & in l. ſeq. C.
de teſti. l. 1. & l. eos. & l. quoniam. & l. fi. Item
6 † repelluntur ex cauſis, ſcilicet quia non aſsi-
gnant bonas rationes, ut quia non dicunt ſe
interfuiſſe. C. de teſti. l. ſi quis teſtibus. & l. te-
ſtium. uel quia loquuntur eundem meditatū-
que ſermonem. ut ſupra dictum eſt. uel quia
ſibi contradicunt. ff. de teſti. l. qui falſo. 4. q. 3.
ſi teſtes. §. qui falſo. extra ut eccleſi. benef. c.
ut noſtrum. 3. q. 9. c. nihilominus. & ca. pura.
7 † uel quia non concordant in tempore uel
perſonis. 35. q. 6. de parentella. il ſecundo. ex-
tra de teſti. licet. il ſecundo. C. de fid. inſtrum.
l. ſcripturæ. uel ſi teſtes aduerſæ partis contra
dicunt teſtibus aduerſarij ſui, in eo caſu po-
tioribus habetur fides. extra de teſti. c. uenieñs.
& c. in noſtra. & extra de probatio. c. licet. Si
ſunt æquales abſoluitur Reus. ff. de teſti. l. ob
8 carmen. † Et ſtatur pro teſtamento, pro do-
te, pro libertate, pro matrimonio, unde uerſus.
Stat teſtamentum, libertas, coniugiumque.

Si ſunt æquales qui producuntur utrinque.
Extra de probac. c. ea litteris. extra de ſenten.
& re iud. c. pen. & ult. ff. de manumi. l. penul. ff.
de re iud. l. inter pares. ff. de inof. teſtamen. l. ſi
pars. extra de fid. inſtrumen. inter dilectos. ff.
de act. & obligat. l. Arrianus. Item aduocatus
contra quem inducuntur teſtes, debet notare
diſcordantias teſtium, & facere ſigna extra lit
teram, uel A, uel B, uel C, & ubi concordant, ut
poſsit impugnare, & ubi diſcordant. Similiter
Aduocatus Actoris debet facere rubricas ſe-
cundum quod facit curia Romana, ſcilicet ta-
les & tales teſtes concordant in hoc. eſt enim
promptum teſtes teſtibus concordare, ſicut
leges legibus. ut. C. de iure dot. l. un. in Auth.
9 de exhiben. & introm. reis. §. ul. † Potius enim
facienda eſt interpretatio ut ualeant teſtes
quam pereant, ut. ff. de reb. dub. l. quoties. ex-
tra de donat. c. paſtoralis. extra de uerb. ſigni.
c. Abbatte. 16. q. 2. uiſis. 17. q. 4. ſunt qui opes.
Nota quod ſi aduocatus contra quem teſtes
inducti ſunt, uiderit quod nihil ſit probatum,
non uituperet perſonas, ſi uiderit quod ualeat
eorum dictum, ex prædictis remoueat teſtes,
eorumque perſonas per exceptiones, hoc li-
cet Reo ex permiſsione iuris repellere teſtes
& reprobare. 4. q. 3. ſi quis teſtibus uſus fuerit
extra de teſti. c. licet. licet etiam Actor poſsit
iterum reprobare teſtes Rei, ſed ultra tertiā
reprobationem non progreditur, ut ibi dici-
10 tur. extra de probat. c. licet. Sed † nunquid
cogendi ſunt teſtes, & dic quod ſecundum le-
ges coguntur tam in ciuilibus quam in crimi
nalibus. 4. q. 3. per tot. Sed ſecundum canones
nō coguntur in criminali. extra de teſti. cog.
c. dilectorum. in ciuili compelluntur, ſi ſe gra
tia, odio, amore, uel timore ſubtraxerint. ex-
tra de teſti. cog. per tot. & 4. qō. 3. per tot. nec
credo quod in talibus ualeat conſuetudo fo-
ri, licet Vbertus de Bobio dicat contrarium.
per decretal. extra de teſti. cap. ſeries. poſſet
11 † tamen iudex cauere, & obuiare ex officio
ſuo malitijs Aduocatorum, & refrenare mul-
titudinem teſtium. ut. ff. de teſti. l. 1. ad fi. & in
lombarda. l. inuentum. & melius extra de te-
ſti. c. cum cauſam. & ca. ſignificantibus. Qui-
dam dicunt, quod in talibus debet fieri mo-
nomachia, ut in lombarda. t. quaſiſe. l. ſi te
12 ſtis † quod non concedo, quia eſt contra iu-
ra canonica. 2. q. 5. Monomachiam. cum ſimil.

SVMMARIVM.

1 *Iudex uel notarius perdens atteſtationes re-
ſartiet damnum totius cauſæ.*

2 *Teſtes quos produxit perdens de cætero non
debet audiri, & Reus abſoluitur.*

3 *Inſtrumentorum amiſsiones quomodo pro-
bentur.*

4 *Proceſſus iudicis aſſerentis ſe perdidiſſe atte
ſtationes an ualeat.*

5 Sententia iudicis non ualet nisi dicat ex qua iurisdictione iudicat.
6 Error nominis uel pronominis non nocet, dũ tamen de persona constet.

De amissione testium post publicatas & didicitas attestationes primorum testium. Cap. X.

HIc Quæritur quid iuris si testes sunt publicati, & perduntur attestationes, & Respondeo † quod si perdun 1 tur apud iudicem uel apud notarium, quod ipse resartiet damnum totius causæ. C. de appella. l. nec causas. C. de testi. l. si quando. item si perduntur apud illum contra quem producuntur resarciat expensas, & iterum producuntur. ff. de inof testa l. nihil. §. si 2 testes. † Item si perderentur apud illum qui produxit eosdem, imputet sibi, quia de cætero non debet audiri, & absoluetur Reus ne forsan falsa fabricaret, quod esse non debet. ff. de iureiur. l. ait prætor. §. 1. ff. de eden. l. edita. uel. l. 1. §. edenda. extra de testi. c. constiturus. ubi dicitur. Quod Archidiaconus habuit testes apud se sic contentus eis, si tamen probauerit acta iudicij casu amisisse, & sine culpa, succurritur illi. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. fi. & l. ult. & extra de priuil. c. cũ 3 olim. Item † adhuc hic quæritur, quomodo probatur amissio instrumentorum. & debes scire quod per præsumptiones, & proprio iuramento, & per famam, & casum. ff. quod ui aut clam. l semper. C. un. ut. l. si quando. extra quod met. cau. c. super eo. 2. q. 1. in primis. ex-4 tra de probat. ca. cum bonæ. † Quod si iudex perdidit per ignorantiam, ualebit processus. ff. de offi. Præ. l. si forte. ff. de procur. l. si procuratorem, sed hoc non credo, ne forte iudex hoc procuraster in fraudem, de qua non debet cummodum reportare. C. de reb. dub. l. fi. ad fin. extra ut eccl bene. ef ut nostrum. nisi tenor probaretur alio modo, extra de probat. cum bonæ. & extra de priuil c. cum tres. Qui dam scripsit hoc scilicet Vbertus de Bobio.
5 † Quod non ualeret sententia iudicis nisi diceret ex qua iurisdictione iudicabat, & induxit pro se. ff. de of. eius. l. si prætor. & uidetur canon consentire. 43. dist. in mandatis. & 97. dist. nobilissimus. quod uerum est in delegato, dimi to tamen hanc disputationem in fi-
6 nem libri † nec enim nocet error nominis uel pronominis, dum tamen de persona constet. bt ff de iudic. l. in nomine. & hic quæritur de sententia iudicis ordinarij, & dicemus in fine libri, & operis.

SVMMARIVM.

1 Aduocatus debet diligenter uidere scripturas, & earum defectus. nu. 2.
3 Instrumenta ex quibus capitibus suspecta reddantur.
4 Falsum solitus fabricare semper falsum cõmittere præsumitur.
5 Damnum debet esse eius cuius est emolumentum.
6 Actio competens uniuersitati debet proponi directa, & non utilis.
7 Scriptura authentica ex quibus reprobetur.
8 Actiones directa & utilis non proponuntur de iure canonico.

De ijs quæ pertinent ad Aduocatum postquam scripturæ productæ sunt. Cap. XI.

HOc autem pertinet ad quemlibet Aduocatum, si aliquæ scripturæ produ 1 cantur contra partem suam † uidere scilicet diligenter tenorem scripturæ, & notare si est ibi aliqua rasura, uel innouatio primæ figuræ, uel interlineatura, uel consutura in loco suspecto ut in dictione, uel nomine, & in consimilibus per quæ possit ea remouere, uel reprehendere. C. de testi. l. penult. C. de edic. diui Adr. tol. l. fin. Item debet uidere si habet sigillum authenticatæ personæ, & subscriptionem si caret initio, ut C. de testa l. sancimus. & C. de fid. instrum. Auth ad 2 hæc. † Item uideat si persona est ibi suspecta tabellionis, & in promptu possit allegare publicam personam non fuisse legitime factam quæ instrumentum illud confecit. C. de fi. instrum. quasi per tot. & C. de transac. l siue apud acta. & tũc est ueniendum ad collationes legitimas. ff. de reb. eor. l. qui neque. in princ. de talibus collationibus, alias reprobationibus instrumentorum quæres extra de fid. instrum c. inter dilectos. & ibi inuenies perfecte, & de fide tabellionũ quæras extra de præscr. c. illud. & extra de arbit. ca. cum olim. extra de præscr. c. ad audientiam. & c. cum olim. extra de fi. instru. c. cum Ioannes Heremita. & c. imputari. & c. sicut. & c. cum. P. tabellio. & c. sinistram. extra de conuer. coniug. c. dudum
3 & 25. q. 2. c. rescripta. † Potest allegare quod iudex non habet officium uel notarius sicut dictum est, uel quod notarius uel iudex consueuerunt falsa componere, & sic redderentur instrumenta suspecta. ff. de iur. fis. l. diuus.
4 ff. de eden. l. si quis. † Et si forte illa pars quæ instrumenta produxit consueuerit falsa fabricare. ff de eden. l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de accusat. l. si quis. ff. de re mil. l. non omnes. §. a barbaris. C. de proba. l. iubemus. C. ad leg. Cornel. de fals. l. ulti. C. de quæst. l. de minore. De talibus præsumptionibus & consimilibus habes in iure canonico extra de præsump. c.
ex

ex ftudiis.& c. litteras.extra de fimon.ca.per tuas.ad fin.extra ut ecclef.benef.c. ut noftrû. vnde uerfus.

Qui male confueuit, cui mos prauus inoleuit.

Raro deleuit quod confuetudine creuit. Item fi hæc omnia non fufficerent,legat totam fcripturam & perlegat, & notet diligenter quis contraxit,quis ftipulatus fuit, fibi uel alij, & utrum idem uel alius uel in alijs fcilicet in certis peractis,& an ille qui contraxit,an alius, & circa illa habeat memoriam.C. fi quis alt. uel fibi.l.multum interest.ff.de conft. pec.l. eum qui.§.3.ff.de re iud.l. qui tutor. ad fin.& fi uideri quod alius agit quam ille qui contraxit, opponat cuilibet,uel conueniat,ad hoc. ff. de pol.l.hominem.in prin.ff de act.& oblig. l. ex contractibus, & uideat de cuius contractu agi
5 tur, quia † eius debet effe damnum cuius eft emolumentum.2.q.6.c.biduum. uerf. Palam eft.ff.de uerb.fignif.l.filius.& l. quod dicitur, & inftit.per quas perf.§. 5. Item uideat fi poteft impugnare uel ftipulationem,uel perfonâ ftipulantis fcilicet per leges.ff. de pecul. l. labeo.ff.mand.l.5.ff.pro focio.l.1.ff.de contrah. ftip.l.1.C.de inutil.ftipul.l. ut inter abfentes. ff.de fponf.l.5.& 2.Et poterit uidere fi fuit tutor uel curator,uel actor, uel procurator, uel adminiftrator priuatæ perfonæ,uel uniuerfita
6 ris,& dicunt quidam † quod in talibus directa debet actio proponi,& non utilis fcilicet quando comperit uniuerfitati.ff.quod cuiufq. uniuerf.l.ult.ff.de conftit.pecu.l.eum qui.§. pen. ff.de adminift.tut.l.quoties.in fin.prin.ff.quâ. ex fac.tut.l.2.C.arbitr.tut.l.ult.C.de inof. teftam.per tot.ff.de euict.l.illud. Item uidendû eft de talibus fcilicet findicis, uel procuratoribus uniuerfitatis,fi funt foluendo.ff.de procu. l.fi procurator.ff.de exercit.l.1.& per tot.ff.de inftit.l.1.& 2.ff.de act.emp.l. ult.§ fi procurator. Et hæc fic dicimus fi oftendatur fcriptura
7 publica authentica † de reprobatione authenticæ fcripturæ habes fatis in iure canonico. extra de probat.tertio loco. ubi per furreptionem reprobatur publicum inftrumentum,extra de priuil.fori.ex ore,& c.ex parte. & extra de fent.& re iudic.c. inter monafterium. & c. fuborta.extra de fi.inftrum.cum inter.ubi reprobatur.carta in figno,figura,caracteres,cera appofitio figilli, & ibi recurras ad reprobanda fcripta inftrumentalia.extra de falf.c.licet. & c.grauem.& c.ad falfariorum.19. diftin.In memoriam.73.diftin.per tot.96.dift.bene quidê. 100.diftin.optatum.25.q.2.per totum. cû fuis concor. De hoc quod diximus de actione dire
8 cta † uel utili licet iure ciuili cautum fit,tamê iure canonico non proponuntur nifi fola caufa petendi.extra de libel.c.ult. extra de iudic. c.dilecti.& condictione ex canone.3.q.1.Redintegranda. fi tamen inepta proponitur, cadit ab inftantia iudicij. extra de iudic. c. examinata.

SVMMARIVM.

1 *Exemplo inftrumenti non datur fides.*
2 *Exempla inftrumentorum nifi fint exempla ta per manum publicam nõ ualent de iure.*
3 *Sigillo epifcopi creditur quandiu non probetur contrarium,& eft authenticum.*
4 *Sigillum capituli eft authenticum.*
Sigillo Principis fecularis creditur de confuetudine. nu. eo.

De exemplis & tranfumptis inftrumentorum, eorumque reprobatione. Cap. XII.

SI exemplum inftrumenti feu alterius publicæ fcripturæ producitur, non eft ei fi
1 des adhibenda. † C. de eden.l procurator,& in Auth.fi quis in aliquo documêto ibi pofita.ff.de fi.inftru.l.2.ff.fam. ercif.l.5.
2 fuper hoc fic tene,quod † exempla nifi fint exêplata per manum publicam non ualent, extra de fi.inftrum.c.fcripturam.25.q.3 feu.q.2.Refcripta contra ius.& 1.q.7.c. faucimus. extra de priuil c.cum olim.extra de except.c.uenerabilis.& fic intelliguntur ille leges.C.de fi.in ftrum.l.1.C.de re iud.Auth.ius.in Auth.ut factum fil.§.illud.ff. de admin. tut. l. chirographis,extra de fi.inftru.fi inftrumenta de humanitate tamen ualeret nifi fiat in fraudem. arg. ff.de iure fifci.l.in fraudem.§.neque. nifi haberent figillum authenticum. extra de fi. inftru.
3 c.2.&c. † figillum uero authenticum dicitur figillum epifcopi, & ei creditur quandiu contrarium non oftendatur, extra de probat.poft
4 cefsionem.11.q.3.cure. † Item figillum capituli.extra de probat.c.3.73.dift.in nomine patris.in fi. Item figillum alicuius principis fecularis,cui creditur de confuetudine. extra de fi. inftrum.c.cum dilectus. cum fimil.

SVMMARIVM.

1 *Exempla priuatæ fcripturæ authenticæ nullo modo ualent.*
Scriptura priuata uetus facit præfumptionê uel femiplenam probationem. ibid.
2 *Scriptura priuata præiudicat fcribenti fi inducatur contra fe, ubi non eft ufus tabellionis,uel teftes funt fubfcripti.*
3 *Scriptura priuata habens figillum alicuius hominis authentici ualet, ufque dum in iudicio reprobetur per duos teftes.*

De fcriptura priuata & eius impugnatione. Cap. XIII.

SI ostenditur scriptura priuata, & prorsus authentica, nam exempla authenticæ scripturæ nullo modo ualent, C. de probat. l. etiam instrumentum, cum duabus
1 leg. sequen. Si † autem uetus est scriptura, facit præsumptionem, uel semi plenam probationem, ut in præd. leg. probatur. C. de reb. cred. l. 3. præsertim si habet subscriptionem testium, uel signũ aliquod. ad hoc. C. de fi. instru.
2 l. pen. sol. si est consuetudo patriæ † & ubi non est usus tabellionis uel scripturæ publicæ, si sunt testes subscripti, & signum roborationis, sicut est consuetudo hispanorum, hoc teneas quod semper præiudicat scribenti si inducatur contra se. ff. de constit. pecu. l. Titius. ff. de pos. l. publia. ff. de lega. 2. l. ult. in prin. De hoc habes in gl. & in tex. satis. extra de fi. instrum. c.
3 2. † si tamen habet sigillum alicuius hominis authentici ualet usque dum in iudicio reprobetur per duos testes. extra de probat. c. post cessionem. extra de test. c. a nobis. cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium dicitur scriptura continens ius priuatum, id est proprium alicuius.*
2 *Priuilegij carta ex quibus præsumatur falsa.*
3 *Donatum iam, donari non potest.*
4 *Confirmatum intelligitur fieri confirmantis si iuste confirmatum est.*
Maritus confitens dotem dicitur recepisse licet non receperit. ibid.
5 *Originale in donatione ostendendum est ad hoc quod confirmatio ualeat, nisi per litteras confirmationis possit colligi quod confirmator uiderat donationem.*
6 *Priuilegium ex quibus possit impugnari.*
7 *Priuilegium concessum secundum ius commune non dicitur priuilegium.*
8 *Priuilegium continens enormem læsionem non tenet.*
9 *Priuilegium impetratum per falsi suggestionem, uel per ueri suppressionem non tenet.*
10 *Genus tantum ualet in omnibus quantum species in specie.*
11 *Priuilegium personæ datum, & loco datum differunt.*
12 *Priuilegium datum personæ non transcendit personam.*
13 *Priuilegium datum ad tempus expirat cum tempore.*
14 *Priuilegium conditionatum non ualet nisi adimpleta conditione.*
15 *Priuilegium concessum ob causam non ualet si causa non subest.*
16 *Renuntians priuilegio uerbo uel facto non gaudet ipso.*
17 *Priuilegio abutens perdit illud.*
18 *Delictum facit priuilegiatum indignum priuilegio.*
19 *Priuilegium posterius non faciens de priori mentionem non ualet.*
20 *Priuilegij forma et qualitas est attendenda.*

De priuilegijs, & eorum impugnatione. Cap. XIIII.

1 SI ostendatur scriptura quæ dicatur priuilegium † quod continet ius priuatum, id est, proprium. 3. di. priuilegia. 25. q. 1. non exemplo. & sic personæ, uel uniuersitatis. C. de præscr. xxx. an. l. omnes. circa talia multa sunt requirenda, potest esse quod recurretur ad ius commune, ut in Auth. de non alie. aut permut. §. quia. extra de priuil. si de terra. & c. ex ore. extra de sent. & re iudica. suborta. Item in talibus uidenda est bulla, siue sigillũ si est principale priuilegium papale, uel alterius iudicis, diligenter forma bullæ papalis est
2 inspicienda scilicet si est falsa † quod cognoscitur in punctis paruæ, Petri & Pauli, & in filo subtili quod iacet iuxta figuram Petri. uel si est carta rasa scilicet in loco suspecto, uel totaliter rasa, cognoscitur etiam ea forma stili, & qualitate cartæ in oppressione uel depressione bullæ, & in plicatura fili uel cordæ in carta. istos modos & alios plures habes. extra de falsi. c. licet. & c. ad falsariorum. uel si uni dicatur uobis, uel pluribus, tibi, uel si uocetur frater, cui scribitur, nisi esset episcopus uel supra, extra de fals. c. quam sit graue. Item uideat sigilla aliorum prælatorum, & reprehendat si potest de iure, ut extra de fi. instrum. c. inter dilectos, ubi etiam distinguitur, utrum esset
3 confirmatiuum, uel donatorium, nam † non potest donare si iam donatum erat, extra de fi. instrum. c. inter. ad fi. insti. de donat. iua. fi. nec ideo carere & confirmare simul. & semel, nisi ostendatur primo concessio principalis. ff. de iurisd. om. iud. l & quia. unde in talibus si non ostendatur prima scriptura scilicet donationis, non ualet secunda scilicet confirmationis. extra de uerb. signif. c. abbate: si autem confirmatio iusta est, multum ualet, nam sicut quidquid acquiritur per seruũ domino acquiritur
4 si iuste acquisitum est, ita † quidquid confirmatur, intelligitur fieri confirmantis. si iuste confirmatum est. ff. de acquir. pos. l. seruus. Itẽ dicunt quidam, quod confirmatio est quodam modo donatio. ff. de pact. l. conuentionum, & quod quandoque tenet confirmatio licet non teneat donatio, uel concessio. ff. de adop. l. adoptio, & uidetur quod faciat optime. Quod scilicet maritus dicatur recepisse dotem si confitetur,

tur,licet non receperit ad hoc facit in r. tit. C. de fal. cau. per tot. & ff. de dote præleg. per tot. Quidam sic distingunt. utrum scienter cō firmetur aliquid, uel in genere, uel ignoranter ad hoc. ff. de pac. l. 2. & accedit ius canonicum extra de confir. util. uel inut. c. 1. 2. & penult. & ult. Item alij sic distingunt, utrum erat ueri simile de nouo concessurum necne. Sol. in tali
5 bus sic est tenendum † quod originale in donatione ostendendum est ad hoc quod confirmatio ualeat, nisi per litteram cōfirmationis possit colligi, quod confirmator uiderat donationem, ad hoc 63. di. in sinodo. alias non ualet cō firmatio, quia si non tenet principale, nec tenet accessorium. ff. de testi. l. iutis. extra de no. op. nunt. c. cum ex iniuncto. extra de fi. instru.
6 c. cum inter. † Item si donatio apparuerit cū bulla, uel cum sigillo authentico, tunc inuestiga diligenter, & uide si est talis persona quæ possit concedere, tale priuilegium impugna ut nō transeat in rem iudicatam. extra de sent. & re iud. c. cum inter uos. Ad hoc simile. ff. de uerb. oblig. l. si de qua re. ff. de min. l. denique. in prin. ff. de flumin. l. penultim. ff. quod ui aut clam. l. prohibere. §. 1. ff. a quib. apel. lic l. t. ff. qui testam. fac. pos. l. 5. & l. qui in potestate.
7 † Item uide si est concessum priuilegium seu scriptura secundum ius commune, & tunc dicas quod non est priuilegium, cum nihil priuate conferat, extra de uerb. signif. c. abbate. 3. distin. porro. 25. q. 1. c. ideo permittente. § fin. 5. q. 2. c. ult. & accedit ad maced. l. 5. C. de thesaur. l. nemo, ubi dicitur, quod superfluum est precibus impetrare quod comperit de iure cō muni: Item si præter ius commune detur, tamen debet datum interpretari inter acta secundum ius commune, extra de consuet. c. cum dilectus. C. de inof. testam. l. si quando. in prin.
8 Item † si datum est contra ius, tunc uideat contra quem datum est tale priuilegium, & quæ læsio inferatur, & si enormis est, non tenet, extra de uer. signif. c. quid per nouale, extra de testi. c. causam. & accedit 25. q. 2. c. ult. & c. Rescripta. & c. nec damnosa. C. de prec. imp. of-
9 fer. l. rescripta. cum ijs quæ ibi notantur. † Itē uide ne per falsi suggestionem; uel per ueri suppressionem sit impetratum. C. si cont. ius uel util. publ. l. præscriptione. quæ lex est posita & exposita 35. q. 2. c. dicenti sacras. uers. præscriptione. & c. rescripta. & d. c. dicenti. uers. etsi legibus consentaneum. & extra de sent. & re iudic. c. de cætero. & extra de rescrip. c. sedes apostolica & c. super litteris. Item distingue si concedens habuit aliquod ius in re. ff. ne quid in lo. pub. fi. l 2. §. si quis à principio. C. de testam. auth. hoc autem inter libros. ff. de lega. 3. l. si quis. & l. sed etsi. §. quæsitum. ff. de recept. arbit. l. 3. in fin. & l. 4. ff. si quis caut. l. sed etsi. §. quæsitum. & in ijs quæ ibi notan-
10 tur: Sed obijcitur scilicet quod ualet, quia † tā tum ualet genus in omnibus, quantum species. in specie. ff. de administ. tut. l. si plures. ad hoc distingunt per legem illam. C. de petit. bon. sublat. l. 2. supplet talia argumenta non ualent secundum canones, nisi dilucidis probetur probationibus, nec in criminalibus, ut 2. q. 8. c. t. 2. & 3. nec in ciuili. extra de fi. instru. c.
11 cum inter. ad fin. † Item considera si priuilegium sit ecclesiæ uel personæ concessum, & in ijs notabis. ff. de reg. iur. l. priuilegia. ff. de cēs. l. 2. ff. de acq. quot. & æsti. l. 3. §. antep. ff. de ad minist. tuto. l. si ex pluribus. ff. de seruit. lega. l. penulti. ff. de legat. 2. l. cum patronus. Item hoc tene, quod secundum canones magna est differentia inter priuilegium perso-
12 næ datum & loco datum. † si personæ, non transcendit personam. 7. q. 1. petisti. & si loco perpetuum est. 16. q. 1. hinc est. extra de insti. c. cum uenissent, extra de usu pallij quasi per tot. 33. distin. communis filius. uerumtamen si dubium est, recurras ad personam concedentis. ff. de regu. iur. l. neratius. extra de instit. cum uenissent. Tamen si conditor inuenirt non possit, bene statur prima facie priuilegio nisi Aduersarius probet contrarium. ff. de constit. princ. l. beneficia. extra de fid. instrum. c. cum Ioannes. extra de præscrip. c. ad audientiam. & melius 16. q. 3. placuit. Et uidebis si agitur reali uel personali actione. ff. de pact. l. iurisgentium. §. pactorum. & l. si tibi. §. penul. & l. idem. §. personale. extra ut lit. non con-
13 testa. c. quoniam. frequenter † Item uide si priuilegium fuit datum ad tempus ita quod iam expiret. 35. q. 3. quædam lex. & c. quod scripsi. & 16. q. 1. c. possessiones. & 25. q. 1. c. ult. §. ult. C. de legi. l ult. & ad idem per con-
14 trarium. ff. de postul. l. penult. † Item uide si est aliqua annexa conditio quæ non sit impleta, & si est ita, non ualet. extra de confir. c. t. & 2. si est ibi modus, & utrum satisfedit uel promisit de modo. de pœnit. distin. 4. c. 1. & 2. & super hoc inuenies de fensionem. C. de donat. quæ sub mo. l. 1. & 2. & in ijs notatur. ff. de cond. & dem. l. quibus diebus. in fi. & l. qui
15 hæredi. §. penul. ff. loca. l. qui insulam. † item uide si fuit concessum ob causam, & causa subest, uel non, uel si causa fuit finalis 15. q. t. quod pro necessitate. 9. q. t. ordinationes, uel impulsiua. 19. q. 2. duo sunt. C. de epis. & cler. l generaliter. ff. de postulan. l. 2. §. 3. ff. de do-
16 nat. l. 2. in fi. & l. 3. ff. de iurepat. l. adigere. † ut de si renuntiauit priuilegio uerbo uel facto. C. de pact. l. si quis in conscribendo. ff. de acquir. hær. l. recusare. ff. de assignat. liber. l. 1. §. assignare & accedit ius canon. extra de priui. c. si de terra. & c. ex ore. ex de ijs qu fiunt a ma
17 io. par. cap c. ex ore. † Item uide si fuit abusus priuilegio, ut in authen. ut iud. sine quoq. suffr. §. antepen. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. libertis. ff. de minor. l. auxilium. ad fin. & accedit ius canon. 25. q. 2. ita nos. & 74. distin. ubi
18 ista † Item considera diligenter si propter delictum facit se indignum. ff. de ritu nupt. l. si filio. C. ubi senat. uel clarif. l. 2. & accedit ius canonicum. 8. q. 3. talia. ad fin. extra de excessi. prælat. c. cum inter dilectos. & extra de cler. excom.

excom.ministr. illud. extra de translat. c.li-
19 cet.74.distin.ubi.25.q.2.ita nos. † Item si ha
bes priuilegium tuum contra suum priuile-
gium, considera si posterius facit mentionem
de primo.ff.de codicil.l.1.& l.Diuus.§.penul.
ff.de lega.3.l.si quis, in principio. & accedit
ius canonicum 25.q.1.& 2.per tot. Item con-
sidera si ille qui concessit possit eximere, si-
cut legitur de testatore. ff.de adimen.leg.per
tot.22.distin.oportet. & c. renouantes. C.de
20 donat. quæ sub mo.l.perfecta donatio. † Vi-
de si utrunque est generale, uel utrunque spe
ciale,& uel unum generale & aliud speciale
ff.de legar.3.l.uxori.§.fœlicissime. & l.ser-
uus urbanus.§.ult.accedit ius canonicum.25.
q.2.io Gallia.extra de rescrip. c.sicut Roma-
na.& c.ex parte.quia per speciale derogatur
generali.ff.de reg.iur.l.in toto & pars conti
netur.& C.de iure aur.annul.l.2.cum ijs quæ
utrobique notantur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum non ualet si fiat a prohibito facere.*
2 *Testamento qua opponi possint.*
Testamentum deficiens in solemnitatibus est nullum. eod.
3 *Venditio (omissa solemnitate) non tenet.*
Legatarius impugnans testamentum priuatur legato. num. 3.
4 *Consuetudo patria præscripta in testamentis ualet etiam cessante solemnitate.*
Milles habet priuilegium ut in acie uel in castris solo uerbo possit testari.
5 *Lex debet conuenire consuetudini patriæ.*
Remissio solemnitatum ad principem spectat. eod.
Testamentum fit tribus modis, ut. eod.
6 *Consuetudo præscripta in clericis & laicis habet locum cum legatur pijs locis.*
7 *Testamentum etiam inter liberos non ualet nisi a liberis approbetur.*
8 *Testamentum continens clausulam generalem per quam uoluntas testatoris non patet, non ualet.*
Testamentum primum tollitur per secundum. eod.
9 *Testamenta & ultime uoluntates debent ualere si probari possunt.*
10 *Voluntas posterior rumpit primam etiam si fuerit solemnitatibus ualidata.*

De testamentis & ultimis uoluntatibus, & quomodo rescindantur & impugnentur. Ca. XV.

SI offeratur testamentum uel alia ulti-
1 ma uoluntas in iudicium † quæras in
primis de persona conficientis, scilicet
utrum sit prohibita facere uel non.ff.
qui testamen.face.poss. per tot. & 2.q.6.c.ei
qui appellat.§.diffinitiua.& 4 q.3.ob carmen
extra de hæret. c.excommunicamus. & c.uer-
gẽtis.& inst. quib. non est permis. fac.test.per
tot.ff.de probat.l.ab ea parte.& 12.q.5. quia
Ioannes.& c.fixum.& 12.q.1.c.nolo. & c. non
2 dicatis. † Item uide personam in quam colla-
ta est hæreditas, scilicet si erat in rebus huma-
nis.extra de eccles.ædif.ad audientiam. 3. q.2.
ad audientiam. uel si fuit capax ad hoc uel nõ
si desijt postea esse capax, de ijs habes doctri-
nam.C.de hæret.& manich.l.manicheos.ff. de
hær.inst.l.1. & l.collegium.ff. de iure codicil.
l.quidam.& l.si rem.ff.de ijs quib. ut indig. l.
1.& 2.& quasi per totum. Item considerabis
solemnitatem debitam in testamentis uel co-
dicillis, si est adhibita uel non. ut instit.de te-
stam.§.penul.C.de testam.l.etsi unus & l. hac
consultissima.ff.de test.l.hæredes.& l. testiũ.
3 & quasi per tot. & dicit decretal. † Quod in
prætermissa solemnitate non tenet uenditio,
extra de in integ.rest.c.constitutus. Item ca-
ue si tibi aliquid legatum est, ne impugnes te
stamentum, quia priuareris legato. C. de co-
dicil.l.ult.in fi.§.modi.quia non debet habere
subsidium ab illo quod impugnat.extra de cẽs.
c.cum olim.extra de postul.c.ult.96. distin. si
imperator.& 23.q.8.c.conuenior.ad fin. C. de
4 fideicom.l.ult. Præuideas † si est consuetudo
patriæ præscripta in testamentis, quia tunc ua
let etiam cessante solemnitate. extra de testa.
c.relatum. Quidam etiam habent priuilegium
ex genere, ut sunt milites. C. de testam.mil.per
tot.ut in acie uel in castris solo uerbo possit te
stari, ad hoc etiam ualet.ff.de legib. l. de qui-
bus.C.quæ sit longa consuet.l.consuetudinis.
& in ijs quæ ibi notantur. & hoc est, quia lex
5 non debet † contrauenire cõsuetudini patriæ,
ut dicit canon.distin.4. erit autem lex. C. de
emancip.l.1.& ult.Sed uidetur quod consuetu
do nõ det remissionem solemnitatis, cum hoc
sit petendum à principe, & specialiter spectet
ad ipsum.ff.de testam.l.2. ff. de bon. uacan. l.
Paulus.§.1.sol.testamentum tribus modis fit,
iure communi, uel priuilegiorum, quando est
intestabilis & infamis ob carmen famosum,
uel ob hæresim.4.q.3.excommunicamus. & c.
ob carmen.extra de senten.excom.c. si aduer-
sus.& c.uergentis.tertio modo cum relaxatur
aliquid de iure communi, ut cum legatur pijs
locis.extra de testam.c.relatum. uel in milite.
6 inst.de testam.§.milites † & hoc casu habet lo
cum consuetudo præscripta in clericis & lai-
cis.ff.de usur.l.1.ff.de testi.l.testium.in fi.ff.de
lega.

lega. 1. l. apud. & l. si seruus plurium. ad fin. ff. comun. præd. l. uenditor. §. si constat. C. de ædif. priu. l. 3. C. Quæ sit lon. cõs. l. 1. ff. de sepul. uiol. l. 2. §. diuus. De hoc in canone 4. q. 3. ob carmen. 5. q. 1. per tot. 12. q. 3. 4. & 5. per tot. 19. q. 3. quia. & c. relatum. & c. si qua. & l. nunc autem. ibi inserta. extra de testam. per tot. extra de succes. ab intest. c. 1. 2. 3. extra de sepult. per tot. 13. q. 2. c. 1. & c. ultima uoluntas. & c. ubicunque. & c. placuit. & §. sed & aliud. ibi est solutio de talibus. Item dicas aduersario, si uult uti tanquam legitimo testamento, uel tã quam ultima uoluntate, alias si uult uti tanquam iure communi, uel tanquàm legitimus hæres, ad hoc. ff. de solut. l. duo rei stipulandi.
7 extra de priuil. c. olim. causa † inter liberos etiam dicitur testamentum imperfectum, & tamen non ualet nisi à liberis approbetur. C. famil. ercisc. l. familiæ. & l. ult. C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto Vnde uersus.

Nil credas actum cum quid superest ad agendum.

Hoc debet fieri ante litem contestatam, nam si Reus non opponit quod Actor elligit, potest Actor defendere per testamentum, per ultimã uoluntatem, & sibi imputet Reus. C. de codicil. l. ult. ff. de lega. 2. l. filius. §. uarijs. & hæc est ratio, nam si utatur tanquam testamentum, sic consideratur solemnitas. extra de testa. c. Raynutius. c. Raynaldus, & c. officij. & c. requisisti. & in prædictis legibus. Item si utatur tanquã ultima uoluntate, non quæritur aliud nisi ut pateat de intentione. ff. de iure codicil. l. 1. ad hoc extra de testam. c. Relatum il 2. & 30. q. 5. iudicantem. Item debẽt uerba diligenter considerari. C. eo. l. ult. & l. illud. C. de testam. l. sã
8 † Item si in ultima uoluntate posuit clausulã generalem, per quam uoluntas patere non potuit, & ideo non ualuit. C. de testa. mil. l. 3. ad fin. ff. de uulg. & pupil. l. cohæredi. §. cum filie. ff. de testam. mil. l. qui iure. Considera si illa ultima uoluntas fuit remota per aliam posteriorem contrariam uoluntatem, ut instit. quib. mod. testam. infirm. quasi iux. med. & C. de codicil. l. cum proponas. & melius extra de celebrat. miss. cum Marthe. C. de fideicom. l. clari. ff. de lega. 2. l. si iure. ff. de adim. lega. quasi per tot. Et sis cautus in hoc deliberes, & considerẽs genus scripturarum ultimæ uoluntatis, uel aliam ultimam uoluntatem, & si ambæ uolunrates faciunt testamentum, si constituit secundum testamentum, & non potest ualere primũ ff. de inius. rup & irri. testam. l. cum in secundo. ff. de hær. insti. l. pater. ff. ad turpil. l. si quis. ff. de testam. mil. l. conquerebatur. Item si utraque uoluntas non facit testamentum sed codicillos, posset utrunque ualere, si uolũtates non sunt prorsus contrariæ. instit. de codicil. ad fi. ff. de iur. codic. l. ante tabulas. & l. ab intestato. Ad hoc habes de ultimis uolũtatibus quod
9 † debent ualere si probari possint. 13. q. 2. Quæsta & c. postquam. & c. Fbron. & quia fauorabilius est. extra de testam. iudicantem. & c. Relatum. il 1. & 2. & c. officij. & c. requisisti. ad med. Item tu aduocate si uis infringere utranque scripturam ello, sapiens, & cautus scilicet
10 quia posterior † uoluntas ipso iure rumpit primam, etiam si fuerit solemnitatibus ualli data. ff. de uulg. & pupil. sub. l. si quis. in fi. C. de testam. l. hac consultissima. §. penult. & hoc ibi not. ff. de acquir. hær. l. clodius. ff. de lega. 3. l. si inter. ff. de adim. lega. l. ex parte. ff. de ijs quæ in testam. delen. l. 1. ff. si tab. testam. nul. ext. l. 1. §. hæredes. contrarium aduocatus imitatus. ff. de test. mil. l. nulitis. referas te ad decretal. extra de testam. c. indicante.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumnia per quos debeat præstari.*

2 *Aduocatus debet esse cautus in anima & in corpore.*

3 *Positioni obscure, affecte, implicite, & cauillose non debet responderi.*

4 *Positio debet esse clara & aperta, ut congruũ responsum detur.*

Veritas non quærit angulos nec maliciam, sed simplicitatem quæ est amica legibus. eo.

5 *Petitio debet esse certa, ut certum responsum detur.*

Iudex ex æquitate potest facere interrogationes. eo.

6 *Consulens clientulo falsum respondere tenetur aduersario ad totum damnum, quia dat occasionem damni.*

Aduocati mali ex negatione trahunt duplex damnum. s. animæ. & pecuniæ. eo.

7 *Veritatẽ negans afficitur pœnis, & quibus.*

8 *Veritatem negare potest non obligatus respondere, & non interrogatus in forma iudicij. non autem dicere falsum.*

9 *Credere & scire idem est quo ad fidem catholicam, & in talibus non excusatur adultus integri sensus.*

10 *Negans & non credens eodem modo in suo facto punitur si postea conuincitur, in alieno non, nisi certificatus perseueret in negatione uel in non credendo.*

11 *Responsio utrum mutari pòssit.*

Iudicis partes nullæ sunt in confitentem nisi quod confitens habet tempus ad soluendum. eod.

12 *Confessus in iudicio damnandus est in ciuili.*

Confessus in criminali non damnatur nisi alia adsit probatio uel præsumptio. eo.

13 Con-

13 *Condemnari nemo debet ante sententiam nisi per probationē ueram & approbatam.*
Confeßionis proprie non statur in praiudiciū alterius nisi uerteretur in proprium anima periculum. eo.

14 *Confesso per errorem succurritur etiam in pæcuniarijs causis.*

15 *Confessus cum die & conditione illam probare tenetur.*

16 *Confessus sic, non debeo pure uel non debeo simpliciter tenetur specificare.*

17 *Confessus per errorem poteſt corrigere & reuocare responsionem.*

18 *Responsio per uerbum, dubito, est inepta, quia respondens debet reddere iudicem certū, & aduersarium.*

19 *Respondens titubatiue uel dubitatiue debet habere spatium ad delsberate respondendum.*

20 *Responsioni pracise quis non tenetur sic ante litem contestatam, ut post.*

21 *Consuetudo approbat quod quis poßit dubitare etiam in facto suo nisi sit in euidenti calumnia.*

22 *Confessus an poßit confeßionem reuocare.*

23 *Confeßio non scripta non dicitur facta, & sic poteſt reuocari, & quid si sit scripta.*

24 *Actor utrum teneatur respondere positioni Rei.*

25 *Actor tenetur respondere positioni Rei quando positio Rei perimit positionem Actoris.*

26 *Aduocatus Rei debet esse cautus ne multum festinet in faciendis positionibus.*

27 *Negatio non probatur necessario & directe.*

28 *Positio quomodo formanda est, si maritus agat res uendscatione contra uxorem nec res sit uxoris nec uiri.*

29 *Reus quomodo respondeat positioni Actoris dicentis rem suam fuisse.*

30 *Positio facta sub copulatiua poteſt tota negari si altera falsa est.*

31 *Positionibus impertinentibus non tenetur quis respondere.*

32 *Positionibus contrarijs primis quibus iam respondit non tenetur quis respondere.*
Positioni negatiue an quis teneatur respondere. eo.

De iuramento calumniæ, & de positionibus, & earum cautellis. Cap. XVI.

1 LIte contestata & præstito sacramen-
to calumnię per eos per quos debet †
scilicet per principales personas, ut
C. de iureiur. prop. calum. auth. prin-
cipales. uel per syndicos, uel œconomos, extra
eo. tit. c. inhærentes. & c. impetratorum. & c.
cum causam. unusquisque etiam. tamen episco
pus poteſt iurare de calumnia si uult extra eo.
tit. c. ult. & debet hoc iurare quod continetur
in istis uersibus.
Istud iuretur quod lis sibi iusta uidetur.
Et si quæretur uerum non inficietur.
Vt lis tardetur dilatio nulla petetur.
Nil promittetur ut falsa sententia detur.
Nec falsa probatio detur.
2 Hoc facto tu aduocate † esto cautus in anima
& in corpore, in anima, ne doceas clientulum
tuum respondere falsa, in corpore, ut non per
mittas aduersarium tuum facere positio-
nes, quia ipse non iurabit nisi defectus princi-
palis personæ de licentia iudicis per eum sup-
pleatur, extra de except. c. pastoralis. & audita
positione, & perspicaciter intellecta, notes di
ligenter, an faciat aliud pro actore, & tunc
scribatur per notarium. tamen si causam non
adiuuat non debes ei respondere, & caue ne
Actor faciat positiones mala intentione scili-
cet quod clientulus tuus male respondeat, si
autem uideris quod positio aduersarij nihil fa-
cit, dicas iudici, quod non grauet clientulum
tuum in superflua responsione. C. de probat. l.
3 ad probationem. † Item si uideris positionem
obscuram, uel affectam, implicitam cauillo-
sam. ad quam non debet responderi, ff. de uer.
sign. l. cauilletur. non permittas clientulum re
spondere, nisi primo fariat eam Actor sine im-
plicatione incerta & sine cauillatione. & est
ratio, quia nullus capiendus est in sermone in
cauto, ut iustitia obtinatur. ff. de iureiur. l. qui
iurasse. ad fin. & accedit ius canon. 22. q. 4. u-
nusquisque. ubi dicitur, quod nullus debet fra-
trem suum circumuenire cum circumscriptio
ne uerborum. & 22. q. 5. quacunque arte. & c.
4 humanæ aures. clara † enim & aperta debet es
se positio, ut congruum responsum detur, nā
qui male agit odit lucem. extra de hæret. c. cū
ex iniuncto. & de hoc habes in auth. de testam.
imperf. §. 1. nam ueritas non quærit angulos
nec maliciam, sed simplicitatem, quæ est ami-
ca legibus. ut instit. de succes. ab intest. §. anti-
qua prudentia, & accedit ius canon. extra de iu
di. c. dilecti filij. extra de dolo & contum. c. 1.
extra de eo qui mit. in pos. c. cum uenissent. ex
tra de pen. c. suam. & 22. q. 3. unusquisque. &
22. q. 5. quacunque arte. & 5. q. 5. Qui ambulat
5 † ubi habes, quod qui uerum dicit non labo-
rat, & qui falsum dicit continuat linguam men-
dacium: Item cum ille qui petere uult, ab ad-
uersario certum responsum quærit, ergo certa
debet esse petitio. ff. de inter. act. l. de ætate.
utetur etiam eodem iure in se. ff. quod quisq.
iur. l. 1. extra de elect. c. quisquis. extra de con
stit. c. cum omnes. distin. 50. c. ponderet. 29. q. 6.
decr-

decreto. ad fin. cum suis concor. Et in talibus si clientulus sit diues & ei placuerit, multum potest immorari. iudex tamen, si æquitas eum mouet, potest facere interrogationes. ff. de inter. act. l. penult. & 30. q. 5. iudicantem. extra de fi. instrum. cum Ioannes. ad fin. 5. quæst. 5. illi qui. 3. quæstin. 5. cap. 1. ad fin. Et utatur iudex consilio sapiētis. s. ut faciat decē interrogatiōes superfluas, inter quas dimittat unā necessariam. C. de testamen. l. testamentum. & l. ad id quod. simile. 13. q. 2. non æstimemus. C. de
6 æden. l. is apud quem. Hoc tamen tene † quod si consulis clientulo tuo falsa respondere, teneris Aduersario ad totum damnum, dando occasionem damni eidem. ff. ad l. aquil. l. qui occidit. quasi ad fin. sed hoc notandum est, quod clientulus tribus modis poterit respondere, scilicet negando, confitendo, dubitando. C. de except. l. si quidem. sed negatione multum gaudent mali Aduocati, & ex ea trahunt duplex damnum, scilicet animæ, quod est uitandum, ad cuius peccatum nulla conditio debet adducere, ut 31. q. 1. Lotharius. 1 1. q. 3. nō solum. & c. uolite. & 22. q. 5. primum. 15. q. 1. merito. & in auth. ut cum de app. cognos. ad med. extra de simon. c. Matheus. & damnum pecuniæ, quia teneris ad interesse. 27. q. 5. hæc tinsgo, extra de fals. c. falsidicus. nec obstat quod dicitur, expedit alicui ueritatem negare
7 de tribut. l. illud. §. penult. † immo dicit Arrianus pœnis afficitur negans ueritatem, de quo ex multis probationibus pauca subijciamus. ff. de rei uend. l. ult. ff. si quadr. paup. fecis. dic. l. 1. §. ul. ff. ad leg. aquil. l. inde neratius. §. hæc actio. ff. de eo quod cer. lo. l. sed si. ff. de fideiu. l. sed etsi dubitetur. §. 1. C. de non num. pecu. auth. contra qui propriam. canones etiam magis tales puniunt biennio & infamia, & in restitutione, & uerum est si sunt uocati & iurati ad ueritatem dicēdam, 6. q. 1. quicunque. 3. q. 9. nihilominus. 33. q. 5. hæc imago. 22. q. 3. qui sacramento, 22. q. 5. si quis conuictus. Si
8 tamen † non teneretur respondere, uel non esset interrogatus in forma iudicij, posset negare ueritatem, sed non dicere falsum. 22. q. 2. ne quis. & c. quæritur cum patriarcha. Item posset dicere, non credo, non tamen ex toto negare, quia posset aliter fieri. C. de iureiur. prop. calum. l. 2. §. 2. uidetur tamen quod male dicant, nam credimus resurrectionem, & omnes articulos fidei, licet non uideamus, de pœnit. dist. 4. c. 1. & 2. & de consecrat. dist. 3. c. fin. & dist. 4. c. 1. & 2. unde dixit Innoc. iij. firmiter credo, & simpliciter confiteor, & 33. dist. c. 2. Iudex ergo cuiusuis mentem subtiliter rimari debet. 35. q. 5. iudicantem. Et in hoc quæras a Reo si scit uel credit, & de hoc habes.
9 C. ad leg aquil. l. contra negantem † tamen quo ad fidē catholicam idem est credo quod scio, extra de fi. cathol. firmiter. & in talibus non excusat simplicitas si est adultus, & integri sensus. C. de in ius uocan. l. 2. C. de hæret. per tot. & in auth. ut non luxur. cont. nat. in prin. Item in proprio facto debet interrogari de scientia, sed in facto alieno, de scientia & credulitate. ff. ad Velleianum. l. quanquam. ff. de acquirend. hæredita. l. ultima.
10 † Sed in suo facto negans & non credens eodem modo punitur, si conuincitur postea, in facto alieno non, nisi certificatus perseueret in negatione, uel in non credendo. ff. de tribu. l. illud. §. penult. ff. depos. l. si quis inficiatus.
11 ff. de lib. hom. exhib l. 3. §. is qui nescit. † Itē utrum posset mutari responsio, & dicunt quidam quod sic, s. informare consilium suū alio modo, & etiam alio modo. Ego tamen Ioannes de deo dico cōtrarium, nisi se errasse probet. Item si confitetur. tunc dicetur quod nullæ sunt partes iudicis in confitētem. nisi quod confitēs habet tempus ad soluendum, ut. ff. ad leg. aquil. l. proinde. §. fideiussor. ff. De. confes. l. certum. § fin in fi. iuxta illud.

Non est confessi causa tuenda Rei. extra ut eccle. benef. c. ut nostrum. & 1. q 6. sunt quo-
12 rum, ex quo. † enim in iudicio confessus est, damnandus est. ff. De confes. l. 1. ff. De iudic. l. de qua re. C. de execut. rei iud. l. fin. Si tamen ab initio diceret se nolle litigare, sed uelle soluere, non est damnandus, sed tempus haberet ad soluendum. ff. de iudic. l. si debitor. Et hoc uerum est in ciuili, secus in criminali, nisi alia esset probatio, uel præsumptio contra eum. ff. de quæst. l. 1. §. Diuus. Hoc tamen te-
13 nendum est † quod ante sententiam nullus est condemnandus nisi per probationem ueram, & approbatam. as. q. 4. quæsitum. & c. illud 12. q 3. si quis nere. & 1 1. q. ul. c. ult. C. de pœn. l. ante sententiam. ff. de cust. reor. l. si quis reus ff. de quæst. l. 1. C. de liber. cau. l. interrogata. Confessioni proprie non statur in præiudiciū alterius ut ibi, nisi uerteretur in proprium animæ periculum ff. de iureiur. l. ait prætor. extra de eo qui cogno. consang. ux. suæ. c. su-
14 per eo. † Hoc teneas, quod etiam in pecuniarijs causis succurritur confesso per errorem. 1. q. 4. c. turbatur. §. notandum quoque. ad fin. extra de fi. instrum. si cautio. extra de confes. c. ex parte. ff. de iureiur. l. si duo. C. de probat. l. siue. C. de excep. l. si quidem. ff. de rei uendic. l. officium. ff. de iureiur. l. nam postea.
15 † Item si quis confiteatur, & adiungat diem uel conditionem, illam probare tenetur, inquantum tamen constiterit pro se ei etiam non creditur, sed contra se bene creditur. ff. de inter. act. l. de etate. §. 1. C. de probat. l. cum res & l. fin. C. de liber. cau. l. cum precum. ex-
16 tra ut ecl. benef. c. ut nostrum † Sed pone quod sic confitetur, non debeo pure, uel non debeo simpliciter. Et dicunt quidam, quod cōpellendus est specificare, quia non est confessus, & inducunt pro se. ff. ad leg. aquil. l. inde neratius. & l. proinde. ff. de inter act. l. confessionibus. C. de cōfes. l. un. ff. de confes. per tot.
17 & † etiam errorem possit corrigere, & reuocare positionem, & responsionem. C. de iur. & fac. ig. l. error. ff. de inter. act. l. de etate. §. pen.

L & ult.

&c ult. ff. de confes. l. non fatetur. & l. fin. & occurrit ius canonicum. 1. q. 4. c. fin. ad fin. extra
18 de confes. c. ult. extra de appel. c causam. † Itē quæro si ueniat ad tertiam responsionem, dicendo, dubito, Quid iuris hoc casu. Et dicunt quidam doctores, quod inepta est talis responsio, quia certum debet reddere iudicem, & Aduersarium interrogantem, ff. de inter. act. l. de ætate §. nihil. & sic est ac si non respondisset. ff. de ædem. l. 1. §. ædere. & accedit ius canonicum. extra de test. c. cum clamor. extra de colluf. deteg. c. ult. extra ut eccles. benef. c. ut nostrum. extra de temp. ord. c. dilectus filius, extra de pœnit. c. super ijs. cum suis concor. sed alij econtra, quòd non debet puniri si dubitet, sed debet habere dilationem, quia lex punit dubitantem titubantem, & non sine causa. C. de cond. ind. l. fin. Ego credo idem sit di-
19 cere. † Titubo & dubito, & de utroque debet habere spatium, ne cogatur deierare uel falsa dicere, & uidetur. l. expresse dicere quod potest dubitare. ff. de petit. hær. l. si debitor. propterea quia fuit inuentus titulus de iureiurando, siue de iure deliberandi ulsi propter duos euentus. Item uide legem in qua cauetur quod tribus modis debes, & potes, scilicet respondere, negando. confitendo, & dubitando. C. de except. l. si quidem. Et considera u-
20 trum esset lis contestata uel non † quia ante litem contestatam est ita astrictus respondere præcise sicut post litem contestatā, quia iam iuratus est, & non est locus refugij, quia necessarium est, quod de facto suo sit certus, ut dicat sic uel non, secus de alieno, ad hoc. ff. pro socio. l. fin. Et etiam posset dicere, de proprio facto siue de alieno, dubito, scilicet quia hominum labilis est memoria. C. de testam. l. iubemus ad hoc. 30. q. 5. nostrates. 23. distin. cōmunis. maxime si factum non est recēs. Sed
21 † uetus etiam consuetudo approbat, quòd possit dubitare, & dicat se dubitare, nisi in euidenti sit calumnia, & quod malitia eius hoc petij in sua responsione. ff. de iureiur. l. iusiurandum. in prin. nec aliàs sine causa debet dubitare. Item quæritur, si dicat Reus, dubito, ante litem contestatam, an debeat dari tempus ad deliberādum, & scribitur ne euagetur.
22 Quæritur † etiam subsequenter, si confessus fuerit, utrum possit reuocare, & uidetur quod non, quia.

Euolat emissum semel irreuocabile uerbū. Ad hoc C. de non num. pecu. l. generaliter. ff. de probat. l. quidam. & in can. 43. distio. c. ult. & dicunt quidam quòd si non est scripta possit reuocare, secus si est scripta. ff. de fi. instru. l. 1. & 2. ff. de pignor. l. contrahitur. hoc est qd nō possit pœnitere, alij econtra, scilicet quod possit pœnitere. C. de diuort. l. licet. ff de diuort. l. pœnituit. ff. de hær. inst. l. si ita. in prin.
23 & in ijs quæ ibi notantur. Sol. † si scripta non est, potest reuocari cum facta adhuc non sit. extra de prob. c. quoniā contra falsam. extra de electi. cap. scriptum. extra de confes. c. ex parte. C. de iur. & fac. ignor. l. error. ff. de confes. l. non fatetur. C. de error. aduoc. l. 1. extra de appellat. capitu. cum causam. per quæ iura probatur quod confessio possit reuocari, si probauerit se errasse, etiam quod scriptum sit, sed difficulter quam si non esset.
24 scriptum propter acta iudicij. † Item quaritur si actor faciat positionē, & sit et sufficienter responsum, si Reus faciat consequenter aliam, utrum teneatur ei actor respondere, & dicunt quidam quod sic. ff. de regu. iur. l. non debet. 23. q. 4. qui peccat. Alij ecōtra quod nō debet Actor respondere postquam illi non respondit, & qui prior appellat, prior agat, & hoc onus probationis habeat emolumentum. ff. de iudic. l. qui prior. ff. de probat. l. 2. Sol. Quidam sic distinguunt, si aliud est probatum pro actore bonum est ut audiatur Reus, alias secus. C. Ad leg. corn. de fals. l. penult. Tu sic
25 tene. quod si. † Positio quam facit Reus est præiudicialis positioni quam facit Actor, id est, quod eam interimit, tunc oportet quod ipse Actor respondeat positioni Rei. 24. q. 4. qui peccat. ubi dicitur in princ. Quia uero interrogas quæ sit ratio persequēdi, uicissim te interrogo cuius sit uox in psalmo dictis. &c. cum alias non compellitur, & ita intelligitur. ff. de probat. l. circa. Et consuetudo in talibus est optima legū interpres, scilicet quia primo. Actor debet facere positiones quam Reus nisi esset præiudiciale. ut dictum est. 3. q. 11. per tot. dum tamen Actor malitiose nō
26 detineat diem. † Item Aduocatus Rei debet esse cautus ne multum festinet in faciendis positionibus, scilicet ne instruat Actorem contra se, usque quo uideat probationem expletam agentis, uel quasi probatam, & tunc potest facere positiones quascunque uoluerit, ni si prohibeatur a iure, sicut edictum de procuratoribus prohibitorium est, & de testibus, & de matrimonijs, & de consimilibus. ff. de procurat. l. Mutus. ff. de test. l. 1. §. adhiberi Ad hoc expressum est. C. de error. aduoc. l. 2.
27 Directe † tamen negatio non probatur, quia negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio. C. de probat. l Actor. 6. q. 2. c. ult. extra de probat. c. quoniam contra falsam. quod sic intelligendum est, nulla est probatio, id est, non necessaria & directa, quia negationes non habent causas directas, sed indirectas, quia instituunt affirmatiuam implicitam. extra de tenuit. super eo. extra
28 de testi. ex tenore. † Item quæritur si maritus agat rei uendicatione contra uxorem, nec res sit uxoris nec uiri, quomodo faciet positionem, potest mulier sic ponere, pono quod res sit alterius, & per consequens tenonēt se quòd non est domina, potest tamen maritus recusare & dicere, alterius, id est, num cuius, & tu es inter tales, non credo quod habeat locū oppositiones. ff. rer. amot. l. 1. & 2. C. de leg. l. 3. & labora ut capias Aduersarium in interrogationibus, & responsionibus,

sionibus, & positionibus, præuideas tamen
quod si agitur petitione hæreditatis, uel quo-
rum bonorum, & tu ponas eum possedisse
qui agit minus mense uel duobus mensibus,
obtinebis nisi probet plus possedisse, & non
remanet in possessione nisi lucide probetur
contrarium, ff. de petit. hær. l. non tantum. in-
29 stit. de interd. §. adipiscendæ. † Item si Actor
ponit rem suam fuisse, posset Reus responde-
re quod prescripsit, uel emit ab illo uel ab
alio, & allegabit aliquem titulum, extra
de præsc. ad aures. ex de excep. c. uenerabilis.
ff. de dolo, l. eleganter. §. penultim. 16. q. 3. c.
1. & 3. Item nota quod sicut Reus certum de-
bet dare responsum, ita Actor certam debet
30 facere positionem. † Item nota ne sub copula
tiua facias positiones, nam posset totum ne-
gari, si altera falsa est. ff. de reb. dub. l. si is qui.
§. cum ita, & §. ult. instit. de hær. instit. §. pe-
nult. pone ergo sub disiunctiua, & sufficit,
31 quod altera sit uera, ut in præal. iur. Item † no
ta quod non tenetur respondere positionibus
impertinentibus. ff. de probat. l. ad probatio-
nem. ff. de noxal. l. quæstiones. ff. de iureiur. l.
qui iurasse. Item non tenetur respondere si
sint contrariæ primis, quibus iam respondit
siue negando, siue affirmãdo. C. si aduer. uẽd.
l. 1. ff. de petit. hær. l. si quis libertatem. §. fin.
Item si respondet obscure, summe tibi magis
32 utile. ff. de iudic. l. si quis intentione. † Item
hoc est tenendum in summa, quod licet ad
negatiuam positionem non teneatur respon-
dere. C. de probat. l. Actor. C. de non nume. pe
cu. l. in contractibus. tamen hodie per ius no-
uum tenetur respondere si uidebitur iudici
expedire, ut in constit. Innoc. iiij. in concil.
Lugdun. quæ sic incipit. statuimus, ut posi-
tiones negatiuas quæ probari non possunt ni
si per confessionem aduersarij iudices admit
tere possint æquitate suadente, si uiderint ex
pedire. & ita explicit materia positionũ pro
utraque parte tam Rei quam Actoris.

SVMMARIVM

1 *Aduocatus lite pendente non debet pacisci.*
2 *Salarium Aduocati uindicatur, certi condi ctione ex lege, officio iudicis.*
3 *Salarium debet peti ante finitam causam.*
3 *Iudex debet prouidere aduocato secundum facundiam eius, quantitatem litis, & consuetudinem fori.*
Aduocatus debet adimplere quod promisit. nume. 3.
4 *Aduocatus potest petere totum salarium si per ipsum non stetit.*
5 *Aduocatus an teneatur defendere pro eodem salario in causa appellationis.*
6 *Aduocatus nunquid tenetur adhuc iuuare Actorem, si Reus est absolutus propter ineptam petitionem ipsius Actoris.*
7 *Aduocatus Rei non tenetur de cætero, si Reus absoluitur.*
8 *Pactum de salario inter Aduocatum, & clientulum seruatur.*
9 *Aduocatus an & quando possit petere totum salarium.*
10 *Aduocatus debet sibi consulere cum scriptura circa salarium.*

De suffragio aduocatorum, patrocinio, & salario ipsorum. Cap. XVII.

De suffragio aduocatorum sic tene,
quod suffragium duplicem habet si
gnificationem, quandoque ponitur
pro sallario quod debetur aduoca-
to, quandoque ponitur pro patrocinio: tamen
1 aduocatus † lite pendente non debet pacisci.
C. de postulan. l. quisquis. §. præterea: quod
etiam habes in corpore canonico. 3. qõ. 7. c. 2.
§. tria sunt. ff. de uari. & extraordi. cognit. l. 1.
§. si cui. Sed quia causa sine aduocato defen-
di non posset, nec explicari, quia imperitia
clientuli per aduocatum, & imperitia aduoca
ti per iudicem suppletur. C. ut quæ des. aduo.
2 l. uni. † Item nota quod triplici modo uendi-
catur salarium: uel certi condictione, si cer-
tum fuerit promissum: uel condictione ex le-
ge ex nudo pacto. ut. C. eo. titu. l. si quis. ff. de
postul. l. pactum. ff. de redhib. l. sciendum. §. di
ctum. & melius canon. 12. qõ. 2. ca. quicunque
suffragio, & ca. ecclesiasticis. & 22. qõ. 5. iura-
menti. Vel officio iudicis. ff. de uari. & extra-
3 ord. cognit. l. 1. §. in honorarijs. † Item quæ-
ritur quando debet peti salariũ, & dico, quod
ante finitam causam. C. de indic. l. properan-
dum. Item iudex debet prouidere aduocato
secundum facundiam ipsius aduocati, & quan
titatem litis, & consuetudinem fori in quo
causa agitur. ff. de uari. & extraord. cognit. l.
1. §. in honorarijs ff. de præsc. uer. l. naturalis.
Item per legem non debet habere officium
iudicis ultra centum aureos. ff. de uari. & ex-
traordi. cognit. l. 1. §. si nomine. & §. licita. ca-
ueat tamen aduocatus ut adimpleat quod pro
misit. ff. locati. l. si insulam. §. ult. ff. de cond. &
4 demonst. l. quibus. §. ult. Item † nota quod si
per aduocatum non steterit, totum salarium
petere potest. ff. loca. l. qui operas. §. primo.
5 † Item quæritur si in causa appellationis te-
netur pro eodem salario, deffendere, & dicũt
doctores quod non. C. de pact. l. in iure. & est
expressum in canone de procura. extra de pro
cur. c. inuiti. ad fin. ff. eo. tit. l. sed & hæc. quod
uerum est nisi ponatur in pacto, quod sic li-
tes in infinitum extenderentur, & hoc est ue-

rum si post litem contestatam appellauerint,
secus si in initio litis, quia non meruit adhuc
salarium, ff. de procur. l. a proprio. Item si iam
aduocatus habuisset salarium, debuisset resti-
tuere, multo fortius excipietur contra eum.
ff. de superfi. l. 1. §. quod ait. Sed pone quod iu-
dex absoluit Reum propter ineptam petitio-
nem actoris, nunquid aduocatus tenetur eum
adhuc iuuare, uel expirauit iurisdictio dele-
gati tanquam officio suo functi. † Et dicas
6 quod si est aduocatus actoris imputet sibi, nã
ipse tenetur, quia mala electio in culpa fuit,
nec tenetur Aduocatus, nam deceptis, non
decipientibus iura subueniunt. C. si minor se
maio. dix. l. is qui. extra de rer. permut. cum
7 uniuersorum. † Item Aduocatus Rei non te-
netur de cætero si Reus absoluitur. quia iam
incipit alia causa in mutatione litis. C. ad ex-
hiben. l. 3. Item si Aduocatus Rei tot opponat
exceptiones quod repellat agentem, totum
salarium habere debet. C. de iureiur. prop. ca-
8 lum. l. 1. † Item quæritur quid iuris si pro-
misit quinque si non obtineret, & decem si ob
tineret, & dicas quod pactum seruetur. ff. de
pact. l. 1. extra de pact. c. 1. & 2. ff. de uar. & ex-
traord. cogni. l. 1. §. si cui. Item quæritur, si
transegit clientulus, utrum aduocatus possit
9 petere salarium totum. † Quidam dicũt, quod
totum potest habere. ff. locat. l. qui operas.
Alij dicunt quod totum debet amittere, argu.
ff. sol. matr. l. 1. primo respon. Sol. de iure com
muni totum potest petere, de æquitate non
nisi inquãtum meruit pro rata. Si tamen ad-
uocatus duxit illum ad bonam compositio-
nem, non debet perdere salarium, quia per eũ
obtinuit, alias habet quinque secundum pla-
citum uel secundum meritum argumen. ff. de
10 lega. a. l. qui solidum. §. 1. † Consulo quod
aduocatus faciat scripturam, ne ueniat in du-
bium, secundum consilium Azonis & Vberti
de Bobio, & mei Ioannis de Deo. extra de fid.
instrumen. c. si cautio. nec debet ex salario lis
liti incumbere, habeat ergo bonum pignus.
Vnde uersus.

Dum dolet infirmus, medicus sit pignore
firmus.

SVMMARIVM.

1 *Codicillus est diminutiuum à codice.*
Codicillus non euacuat ex toto testamentũ, quin saltem remaneat hæres institutus. ibi.
2 *Codicillos possunt facere omnes qui possunt facere testamentum de iure.*
3 *Seruus & furiosus non possunt testari.*
4 *Testamentum requirit septem testes, codicilli quinque.*
4 *Codicilli præcedentes testamentum non ualent nisi confirmentur testamento. nume. 4. 5.*
6 *Codicilli dependent à testamento.*
7 *Hæreditas in codicillis nec datur nec adimitur.*
8 *Milles ex priuilegio militari potest hæredem facere in testamento.*
8 *Testamentum & codicilli quomodo differant. nu 8. 9.*
10 *Codicilli possunt fieri sine testamento.*

De codicillis, eorumque qualitate,
ui, & effectu, & forma.
Cap. XVIII.

TRactaturi de codicillis primo uidea-
mus, quid sit codicillus, secũdo quis
possit facere codicillos, tertio quan
do debet fieri codicillus, quarto in
quo codicillus differt à testamento, quinto
1 qualiter infirmentur codicilli. † Codicillus
igitur est diminutiuum à codice. codex dici-
tur testamentum, codicillus diminutiuum in
quo subtrahitur uel additur testamento. C. de
codicil. quasi per tot. ideo dicitur codicillus
quia non potest euacuare ex toto testamen-
tum, quin saltem maneat hæres institutus in
testamento, quia in codicillo non instituitur.
2 instit. de hær. instit. iux. princi. † Item is solus
potest & illi omnes facere codicillos, qui pos-
sunt facere testamentum de iure, id est, si inte
stabiles non sunt. 4. q. 3. c. si testes. uel sicu. ob
3 carmen. 12. q. 1. nolo. & c. non dicatis. † Item
seruus non potest testari. 13. q. 2. illud. item
furiosus. extra de succes. ab intesta. cum dile-
ctus, quia habetur loco absentis, uel dormiẽ-
tis. extra de baptis maiores. ff. eo. l. 2. §. furio-
sus. & l. diui. §. codicillos. & l. iis demum, &
l. Aristo. C. de codicillis. l. nec codicillos.
4 † Item legitima persona secundum leges si
non habet septem testes non potest facere te
stamentum, potest tamen cum quinque testi-
bus facere codicillos. ff. de iur. codicil. l. con-
ficiuntur. §. codicilli. Item possunt fieri codi-
cilli, & facto testamento, & ab aliquo intesta-
to decedente, si tamen præcedant testamen-
tum, non ualent nisi confirmentur in testamẽ
5 to secundum Papien. † sed hodie ualent co-
dicilli, siue ante testamentum conditi sint, si-
ue postea conficiantur. ff. eo. l. ante tabulas. &
instit. de testam. quod tamen secundum ca-
nones non procedit, immo obtinet opinio
Papien. Quod ultimum testamentum tollit
alias primas scripturas, uel uoluntates. extra
de celebr. mis. cum Marthe, & 16. q. 2. ultima
uoluntas. 6. q. 1. admonere. extra de succes. ab
6 intest. cum dilectus. iux. fi. † Codicillus ex te-
stamento dependet, & ideo si præcedunt codi
cilli, debent confirmari in testamento expres
se, & si præcedit testamentum, codicilli debẽt
facere mentionem de testamento. Item hoc
nota, quod testator debet in suo testamento
dicere

dicere, quod si non ualet tanquam testamen tum, quasi propter defectum testium uel propter aliud non ualeat, ualeat tamen tanquam codicillus, uel tanquam alia ultima uoluntas, ff. de iure codicil. l. conficiuntur. C. de fideicõ. l. ex testamento. & l. siue in testamento. C. de manum. testa. l. sed de iure. ff. de uulg. subst. l.
7 cohæredi. §. filij. Et nota. † Quod in codicillis non datur hæreditas neque adimitur, neque exhæredatur aliquis, neque substitutio fieri potest. insti de codicil. §. codicillis. & uer si. directo. in eod. §. C. eo. titu. l. similes. tamen
8 † priuilegio militari potest miles in codicillis hæredem facere, & ualet si faciat tanquam testamentum. ff. de testam. mil. l. in codicillis. Et nota, quod si in codicillo dicat unum ex hæredibus non mereri uoluntatem suam, aufertur ei hæreditas, ut ab indigno. C. de iis quib. ut indign. l. hæreditas. Item in alio casu differt testamentum à codicillis, quia si relinquuntur fideicommissa in codicillis, postea decreuit paterfamilias eadem uoluntate durante ualent codicilli, quod in testamento non fieret, nam si ab initio non ualuit, ex post facto non conualescit. ff. de lega. 3. l. 1. §. filius.
9 Item † in alio differt codicillus a testamento, quia plures codicillos quis potest facere, & non tollitur unus per alio, nisi sint sibi contrarij, secus in testamento. ut. ff. de codicil. l. ulti. C. de codicil. l. enim proponas. nec est necesse eos signare uel testes subscribere. ff. eo. tit. l. cum diui. §. codicillos, secus in testamentis, quia per posterius remouetur primum excepto militis testamento. ff. de milit. testam.
10 l. quærebatur. † Item si quis uult mori intestatus quo ad hæredem, potest tamen facere codicillos, & ualent ff. de codicil. l. si quis cũ potest. Item si quis uult hæreditatem petere eligere debet a principio, utrum ex testamento uel ex fideicommisso debeat agere, & hoc uerum est, nisi sit legitimus hæres, extra de testamen. c. Raynaldus. & c. Raynutius. C. de codicil. l. fin. tamen si petit ex testamento potest petere ex codicillo, quia uidetur uoluntas testatoris in codicillo declarata 19. qõ. 3. relatum. C. de petit. hær. l. hæreditas. C. de inoffi. testam. l. eum qui. cum suis simil.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas defuncti quocunque modo cognoscatur debet seruari dummodo iuri non contradicat.*

2 *Consuetudo in ultimis uoluntatibus multũ ualet.*

De materia ultimarum uoluntatum.
Cap. XIX.

1 De ultimis uoluntatibus sic tene, quod ultima † uoluntas defuncti quocunque modo cognoscatur debet seruari, dum tamen iuri non contradicat, ut probatur extra de testamen. c. relatum. & c. iudicantem. & c. cum esses. in quibus habes quod ex nudis uerbis completur ultima uoluntas testatoris, & quasi testamentum appellatur, & idem habes in Auth. de sanctis. epis. §. si qua mulier. quæ est posita & exposita. 19. q6. 3. si qua mulier. & expressum est in Auth. de nupt. §. disponat. C. de sacros. eccl. l. 1. C. de epis. & cler. l. nulli. 16. qõ. 1. admonere.
2 instit. de test. milita. §. certum. † Item nota quod consuetudo multum ualet in talibus, & operatur sicut apud hispanos, ubi non scribitur, sed tantum testes uocantur. 76. dist. utinã omni tempore. de consecrat. distin. 4. de doctrina. & distin. 11. in ijs rebus.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura forensis non ualet nisi sit publicata legitimo modo.*

Scriptura priuata non ualet si fuerit inter alienas personas & externas. eo.

2 *Scriptura priuata non ualet post lapsum triennij.*

3 *Scriptura priuata secundum canones non ualet, nisi habeat sigillum authenticum uel testes uiuos.*

4 *Consuetudo multum ualet circa scripturas priuatas, præsertim ubi non est usus tabellionum.*

De scriptura forensi & eius ui.
Cap. XX.

Si producatur scriptura forensis, hoc est eorum quæ foris acta sunt, respondeat ille contra quem inducitur: † quod nõ
1 ualet nisi sit publicata legitimo modo. C. de re iud. l. gesta. C. de donat... in donationibus. Respondeat non ualet si fuerit inter alienas personas, & externas ff. de iureiur. l. iusiurandum speciem, cum l. sequ. & l. sed & si pos-
2 sori. §. ult. Et hoc etiam obijciet, Quod † non ualet post lapsum triẽnij, de quo legitur. C. de iudic. l. properandum ad fin. Ad hoc respondeat pars aduersa, quod immo ualet si testes sunt uocati & uiuunt adhuc. C. de testi l. ult. Ad hoc tenendum, quod confessiones perpetuo ualent si sunt publicatæ, & ex dictis gesta facta & confessiones coram iudice alio uel quasi iudice ualeant in iudicio alio. C. de arbitr. l. penultim. in fi. C. de liber. eau. l. penultim. Item secundum canones hoc est te-
3 nendum. † Quod scriptura priuata non ualet

let nisi habeat sigillum authenticum, uel testes uiuos, ad hoc, extra de probat. c.2. uel nisi appareat signum roborationis, uel subscriptionis in eadem carta. 12.q.2. c.cum redemptor. extra de priuil. cum olim, & dicitur in prouerbiis rusticorum. Quod ubi uadit pater cum carta tincta non uadit postea filius cum ualisia, id est cum sacco, in quo portet
4 tributum, ad hoc. 13.q.3. placuit † Item consuetudo multum ualet in talibus, praesertim ubi non est usus tabellionum, ad hoc extra de probat. c. Quoniam contra falsam, & 16.q.3.c. Placuit. §. Praescriptionũ. iuxta med. extra de offi. ord. c. Pastoralis. ad si 11. distin. c. in ijs tribus. uel in ijs rebus. & c. Catholica ecclesia. 76. distin. utinam omni tempore. extra de consuetudine ex literis. de consecrat. distinct. 4. doctrina. ad hoc. 18. quaest. 2. seruitium. &c.

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia in prima persona, creditur lata in scriptis nisi contrarium probetur, in tertia, sine scriptis in omnibus causis, uel si episcopus iudicat inter suos.*
2 *Sententia consensu partium sine scriptis fieri potest.*
3 *Infamis uel alias prohibitus non potest esse iudex ordinarius.*
4 *Communis opinio praeferenda est propter authoritatem rei iudicata.*
5 *Sententia cuiuscunque ualet dum ab ecclesia sustinetur.*
6 *Exceptio fori est dilatoria & ante litẽ contestatam debet opponi.*
7 *Sententia contra non subditum non ualet.*
8 *Reus litigans sponte coram non suo iudice, facit eum iudicem suum, declarant.*
9 *Reus ratione contumacia a non suo iudice etiam ratione incertitudinis puniri potest.*
10 *Sententia lata tempore incongruo non tenet.*
11 *Ferijs temporalibus potest a partibus renuntiari tacite & expresse.*
12 *Ferijs de futuro renuntiari non potest, cum non dicantur competere.*
13 *Pacto de non obseruandis ferijs an stetur.*
14 *Iudex non potest derogare iuri publico, quod feria non seruentur.*
15 *Arbiter an & quando poßit cognoscere diebus feriatis.*
16 *Iuri pro se introducto renuntiari potest, dummodo non sit ius publicum.*
18 *Sententia lata in loco non competenti non tenet. ibidem.*
17 *Sententia lata in lupanari, licet de consensu partiũ nõ tenet, & in quib. causis. n. 18*
Sententia lata de eo super quo litigatum nõ est, uel non est lis contestata, non tenet. eod.
Sententia lata causa non cognita non tenet. eod.
19 *Sententia lata contra ius constitutionis non tenet.*
20 *Sentẽtia praetextu ignorantia iudicis tenet.*
21 *Sententia lata contra pupillum, minorem, furiosum, & eum prius iudicatam non tenet.*
22 *Pupillus uel minor possunt sine tutore uel curatore in iudicio momẽtaneo respõdere.*
23 *Sententia lata pro falso tutore non tenet.*
24 *Sententia asserens aliquem talem an eum probet talem si non est.*
25 *Sententia qua obiecta patiatur.*
26 *Sindicus debet constitui a duabus partibus, uel a pluribus duarum partium praesentiũ.*
27 *Sententia non appellata mandatur exequutioni.*
Appellans si non prosequatur perinde est ac si non appellasset. eod.
28 *Appellari non potest post decem dies.*
Decendium datum ad appellandum intelligitur postquam uenit ad notitiam grauati. ibid.
29 *Sententia, ommissa iuris solemnitate, non tenet.*
30 *Minor an poßit restitui contra sententiam.*
31 *Sententia per falsos testes uel instrumenta falsa lata non tenet immo debet pronuntiari nulla.*
32 *Sententia lata ab heretico non tenet.*
33 *Sententia non compellit quem soluere ultra posse.*
34 *Sententia secundum canonem ex nouem capitibus non tenet.*
35 *Reus non tenetur si res de qua condemnatur peruenit ad Actorem.*
36 *Condemnatio non tenet si fuit factum pactum de non petendo, uel si fuit transactum ubi transigi potest.*
37 *Sententia si fuit nulla ipso iure an ad hoc ostendendum habeat tempus praefixum.*
38 *Sententia lata per falsitatem refellitur usq; ad decem annos per modum accusationis & perpetuo in modum exceptionis.*
39 *Bona fides nõ patitur quod bis idẽ exigatur.*

De

De sententia quæ in iudicio producitur, & ijs quæ obijciuntur ipsi. Cap. XXI.

SI producatur in iudicio sententia alicuius scripturæ quæ petatur mandari executioni, uideat Aduocatus contra quem producitur si est scripta in prima
1 persona uel tertia, † si in prima persona creditur in scriptis facta, nisi contrarium probetur, si in tertia persona, creditur sine scriptis in omnibus causis uel litibus uel si episcopus iudicat inter suos. C. de sent. ex breuic. recit. l.2. & in auth. nisi breuiores. ibi posita. & hoc authoritate iudicis expresse. C. de testi. auth. hoc autem. De hoc habes. C. de fid. instrum. l. contractus. Item ad hoc potest Aduocatus aduersæ partis respondere, ijs omnibus non est necessaria uerborum distractio seu distin-
2 ctio. ut C de testi. l. quoniam. † Et si uiderit expedire, dicat, quod consensu partium facta fuit siue scriptis, ad hoc. C. de episc. & cleric. l. generaliter. ff. de feri. l. 1. ff. de re iudic. l. si conuenerit. Respondeat alter Aduersarius non est ita consuetudo loci uel terræ, at est consuetudo in contrarium. C. de emau. l. 1. Potest allegari ad hoc, ualeat, iudea laicus imperitus literarum iudicauit, per eundem modũ quam potuit. C. de iud. l. certi. ff. de iurisd. om. iud. l. 2. ff. de procurat. l. mutus. Item a principio uideat ille contra quem producitur si est lata a iudice ordinario uel delegato. Item si ab ordinario, præuideat si posit esse iudex.
3 † scilicet si erat infamis uel alias prohibitus. ff. de iud. l. Prætor. §. ult. C. de dign. l. neque famosus. ad hoc extra de excef. præl. c. inter dilectos. Et ad hoc potest respondere Aduocatus partis aduersæ, posito sine præiudicio quod sit infamis, excommunicatus, uel seruus, quod optime uiuebat, tanquam integræ famæ, & libera persona & absoluti, & propter authori-
4 tatem † rei iudicatæ præferenda est communis opinio. ff. de offic. præsi. l. Barbarius. & 3. q. 7. c. 2. §. tria sunt. C. de testam. l. 1. C. de sent. & interl. om. iud. l. 2. ff. ad Trebel. l. seruo. §. cum prætor. ff. de fun. instruc. & instrum. leg. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de quæst. l. de
5 minore. ff. de flum. l. 1. §. 1. Ad hoc dico † quod dum ab ecclesia sustinetur, ualet sentẽtia eius. ut habetur. 2. q. 7. d. §. tria in prin. & §. uerũtamen. ad fin. & 23. q. 1. quid culpatur. nisi opponatur ante litem contestatam, extra de rescr.
6 c. fiscitatus. quia † exceptio fori dilatoria est, & ante litem contestatam debet opponi, & probari. 3. q. 3. c. induciæ accusatis. §. exceptio fori. extra de sentent. & re iudic. inter monasterium, tamen ualet si excusatur publice. ex
7 tra de sent. & re iudic. c. ad probandum. † Itẽ potest etiam opponere, quod ille contra quẽ tulit sententiam non erat de suo foro, & sic sententia nulla fuit. ff. de offic. Præ. l. 3. ff. de iurisd. om. iud. l. fi. C. si a non compet. iud. l. 1. & fere per totum. accedit ad hoc ius canonicum. 2. q. 1. in primis. extra de iudici. c. at si clerici. 11. q. 1. c. penult. extra ut lit. non contestat. c. accedens. Sed contra hoc potest Aduocatus aduersarij respondere, & dicere:
8 † Reus litigauit sponte, & ex certa scientia, ergo fecit eum iudicem suum. ff. de iudic. l. 1. & ff. de iurisd. om. iud. l. 1. & hoc uerum est, si laicus fuerit Reus, extra de foro compet. significasti. secus si est clericus, quia non tenet sententia. 11. q. 1. placuit. & c. inclita. & c. in clericorum. extra de foro compet. si diligenti. & c. significasti. & de iudic. cap. at si clerici.
9 † Notãdum est etiam, quod ratione contumaciæ a non suo iudice etiam ratione incertitudinis puniri potest. ff. si quis in ius uoca. non ier. l. ex quacunque causa. ff. de iudici. l. si quis ex aliena, & bone sunt allegationes, si ille qui iudicauit præerat iurisdictioni, siue ordinariæ, siue delegatæ, ad minus apparenter, licet per exceptionem posset elidi. C. de iurisd. om.
10 iud. l. priuatorum. & ll. sequent. † Item consideret ille contra quem producitur, si tempore congruo fuit lata. de quo habes. C. de feri. per tot. ff. de feri. l. 1. 2. 3. C. quom. & quan. iud. l. 4. Ad hoc ius canon. extra de feri. c. conquæstus. 15. q. 4. c. 1. 2. 3. & 4. quia sunt dies in quibus de rigore non teneret sententia, ut in præd. iur. & de consecrat. distin. 3. c. pronun-
11 tiandum. † Sed hoc nota, quod si feriæ essent temporales, ut tempore messium, uel uindemiarũ, potest illis renunciari a partibus tacite uel expresse, ut ff. de feri. l. 1. in prin. extra de feri. capit. ultim. secus si ob reuerentiam diuini numinis, uel humani principis sunt inductæ. ff. de feri. l. si feriatis diebus. ff. de iureiuran. l. semper. §. conductores. C. de pactis. l. si quis. in conscribendo. & hoc uerum est si iam competebant, secus de ferijs
12 de futuro † quæ non competebant, quibus renunciari non poterit, cum non dicantur cõpetere, ff. de acquir. hær. l. is qui. ff. de lega. 2.
13 l. si ita. † Sed nunquid stabitur pacto de non obseruandis ferijs, & uidetur quod sic. ff. de pact. l. 1. C. de pact. l. pacta. extra de pact. c. 1. & 2. saltem per iudicem sedentem pro tribunali, ff. de iudic. l. non quidquid. C. quum. & quan. iud. l. consentaneum. ff. de pact. l. ius publicũ.
14 in ijs habes, quod iudex † non potest derogare iuri publico, scilicet quod feriæ non seruentur, simile in canone. 28. distin. de His, in fin. Item quæritur si arbiter posit cognoscere diebus feriatis, & dicunt quidam, quod distinguitur, Si dicatur in compromisso, quod posit & debeat, uel dicatur, quod posit
15 tantum † in primo casu compellitur Arbiter: & compelluntur partes procedere diebus feriatis quibus partes possint renũtiare, in secundo casu potest, sed non compellitur, ad instar iudicis Ad hoc. ff. de uerb. signifi. l. uerbũ oportet. & ff. de arbitr. l. non distinguemus.
16 Sol. Potuit † renuntiare ius pro se introductum. extra de sen. & re iud. c. quod ad consultationem

tationem, dum tamen non sit ius publicum
extra de foro comp.c.si diligenti.& c.penult.
11.q.3.inolitæ. & c.placuit. extra de sent. ex-
com.contingit. Item uideat locum in quo est
lata sententia, si fuit competens uel non, &
super hoc fiat hinc inde concertatio. ff.de
iust.& iur.l.penult. in fi.ff.de arbitr. l.si cum
dies. §.penult.& ff.de iudic. l.sed si locus.ff.
de interrog.act.l.3.ff.de iurisd.om.iud.l.3.in
ijs dico ualere omnem consensum partium
per ea quæ superius dicta sunt.ff.commu.di-
17 uid.l.iudicem.& l.in prædijs. † Item quæro
si sententia sit lata in lupauari de consensu par
tium, dicunt quidam quod non tenet, arg.ff.
sol.matr.l.uiro. Item uideatur diligenter, si
iudex de aliquo iudicauit quam de eo de quo
actum est inter partes per litis contestatio-
nem, uel si lis non fuerit contestata, & tunc
non tenet. ut.ff.comu.diuid. l.fundus.ad hoc
extra de elec.c.dudum. il secondo. extra de
lit.contest. c.unico. Item uideat ne testibus
apertis, uel partib.conuocatis legitime, senten
tiet.ad hoc C.quom.& quan.iud.l.ea.C.de sen.
& interl.om.iud.l.4. Potest Aduersarius re-
spondere superficialiter, & dicere, non nocet
si lis non fuit contestata, uel ordo iudiciarius
18 non fuit obseruatus.ff.de appel.l.1.† Sol.hoc
habet locum in extraordinarijs iudicijs, ubi
Episcopus uel iudex punit ex officio, ff.de fi-
deic.libert. l.1.& 3. C.ubi de crim.agi opor.
auth.qua in prouincia. C.quom. & quan.iu-
dex.auth.qui semel.non tamen de diffinitiua
loquuntur & sunt casualia, Item uideat si iu-
dex tulit sententiam causa cognita, extra de
restit.in integ. c.ex literis. ad finem, uel so-
lum summatim, uel simpliciter secundum
uarietatem negotiorum.& causarum, ut C.de
æden.l.is apud quem. C.de transact. l.si causa
cognita. C.de iudic.l.iudices. C.ubi in rem
act.l.penult. C.de appel.l.de causis. C.ad leg.
cornel.de fals l.ubi. ff.de pœn. l.absentem.ad
hoc ius canonicum de summaria cognitione,
extra ut lit.non contest. c.quoniam frequen-
ter.ad fin.2.q.6.c.ei qui appellat.§.sunt etiam
19 quorum † Itē prouideat impugnare senten-
tiam si est lata contra iur constitutionis. C.
quan. prouoc.non est nec.l.1.& 2. & accedit
ius canonicum.2.q.6.c.ei qui.§.diffinitiua, ex
tra de sent.& re iud.c.cum inter uos. Potest
autem Aduersarius dicere, si non est expres-
se contra ius tenet sententia. ff.de appel.l.si
expressim.ff.de re iud.l præses. Item potest
dicere actor tātum quod nesciebat iudex cau
20 sam legibus adiuuari, & sic † prætextu igno
rantiæ iudicis ualet sententia. ff.de re iud.l.
præses.& ad hoc, ff.de of.præ.l.sed licet. Sol.
si iudex in sententia errorem expressit, tunc
fuit lata contra ius scriptum, & est nulla. Sed
hęc fuit lata contra ius litigatoris, ita quod
error non fuit expressus in sententia, senten
tia tenet, & in rem iudicatam transit.2.q.6.
d.§.diffinitiua.extra de sent.& re iud. c.cum
21 inter uos ff.quæ sent.sin. appel.l.fin. † Item
præuideat si fuit lata sententia contra pupil-
lum sine tutore, uel contra puberem sine cu
ratore, uel contra furiosum, uel contra ali-
quem cui bona interdicuntur, uel contra rē
prius iudicatam, ad hoc.C.si aduer. rem iud.
l.contra. C.qui dar.tut.poss.l.inueniuntur.C.
de curat.fur.per tot. ff.si cert. pet.l.certi con
ditio.§.1.ff.de uerb.sign.l.is cui bonis.ff.de
re iud.l.negotiorum. Sed ad hoc potest ex ad
22 uerso responderi.† Quod pupillus uel minor
possunt sine tutore uel curatore in iudicio
momentaneo respondere. C.de ijs qui legit.
perso. stan. in iud.hab.l.momentaneæ. C.de
procur.l.non eo minus.Sol.hoc speciale est in
momentaneæ possessionis iudicio, propter
23 utilitatem minorum, † Item adhuc rema-
net obiectio contra sententiam, scilicet quia
tutor non satisdedit ut debebat, quia non fue
rat testamentarius sed datiuus.instit.qui dat.
tut.pos.quasi per tot. & sic sententia nulla es
set.C.in quib.cas.in integ.rest. non est neces.
l.si tutor. C.de tut.qui nō satisd.l.omnium.&
l.fin. ff.ad Trebell. l. hæreditas. Item quæri-
24 tur quid iuris si dicatur in sententia.† Con-
demno Titium tutorem Seij qui satisdederat
& inuentarium fecerat, nunquid probat ob
hoc quod tutor legitimus est, & quod facit pro
uitanda causa satisdationis, & uidetur prima
facie quod sic, & si solummodo dixit se tuto-
rem, ut ff.de uerb.obl.l.sciendum.instit.de fi-
deiuss.§.fin.in fi. C.de iure delib.l.penultim.
Alij econtra, & dicunt quod debet probari
res ipsa, & uere.ff.de public.l.quæcunque. &
in auth.ut spons.larga.§.3.Sol postquam sen-
tentia transiuit in rem iudicatam talia oppo
ni non possunt, maxime in alio iudicio. extra
de sent.& re iudic.c.cum inter uos, ad fin.ubi
dicitur ueritatem gestorum sermonibus præ
25 ualere. † Item uideat impugnator senten-
tiæ si est condemnatus ille contra quem agi-
tur ex sententia, uel procurator, uel defen-
sor, uel sindicus. Et si defensor fuit sine man-
dato, certū est quod non pōt conueniri defen
sus.ff.de proc.l.Plautius.ff de re iud.l.etsi sine,
26 † si fuit sindicus a duabus partib.debuit cōsti
tui, uel saltē a plurib.duarū partiū psentibus,
ut.ff.quod cuiusq; uniuer.l.4. C.de decur.l.no
minationū.lib.10. ff.de magistr. conu.l.1.in
27 prin.& §.ult. † Actor uideat, si a sententia
est appellatum, & si non est, poterit petere
ut sententia mandetur exequutioni. C.de ap-
pel.l.appellatione interposita, & l.contra ma
iores.2.q.6.c.ei qui appellat. item ad hoc po
test responderi, ille qui defendit appellauit,
sed tamen tempus elapsum est, quia non fuit
prosequutus appellationem. unde perinde
est ac si non appellasset, ut.ff.de ijs qui not.
infa.l.furti.§.1.C.de tempor.appel. l.penult.
& ult.Sol. Quidam relinquunt arbitrio iudi-
cis, ecce ut si uideat tempora appellationis,
in auth.de ijs qui ingred.ad appel. & in auth.
28 ut sponsal.larg.§.3. Item hoc est notandum†
quod post decem dies appellandum non est,

& post

& post elapsum annum uel bieunium, senten tia remanet rata. 2. q. 6. c. Anteriorum. extra de elect. c. dilectus. extra de testi. c. significauerunt. Si tamen ignorauit, adhuc etiam infra decem dies postquam uenit ad notitiam suam potest appellare. 2. q. 6. c. Biduum. & §. si aduersus absentem. & C. quom. & quan. iud. l. ab eo & in auth. de appell. & intra quæ tēp. col. 4. not. ex̄ de appel. c. ult. & in talib. præsu mitur ignorantia nisi probetur scientia. ff. de prob. l. 1. & 2. & in cano. 1. q. 4. c. turbatur.
29 § notandum. Si † tamen de iuris solemnitate relinquitur, non tenet sententia. ff. de sent. quæ sin. app. l. 1. §. ex peremptorio. 2. q. 6. c. ei
30 qui. §. diffinitiua. Item † uideamus si minor possit restitui contra sententiam, & de hoc nō est quæstio. ff. de in inte. rest. l. si. ff. de mino. l. etsi fine. §. itē si. C. si aduer. rem ind. per tot.
31 Item † si per falsos testes uel instrumenta falsa lata fuit sententia, non tenet, immo debet pronuntiari nulla. ff. de re iudic. l. diuus. C. si ex fals. instru. per tot. & secundum quosdam si allegatur lex falsa. arg. ff. de iudic. l. si prætor. §. marcellus. ff. ad leg. cornel. de fal. l. fin. & ac cedit ius canon. extra de excep. c. uenerabilis. & de relig. dom. c. uenerabilis. uel si feratur ab
32 hæretico † non tenet. 1. q. 3. cui est illata. ex tra de hæret. excommunicamus. c. uergentis.
33 & c. si aduersus. & c. nouit. Item † nota quod non compellitur quis propter sententiam soluere ultra posse. extra de restit. spol. c. olim uo bis. & ff. de dolo. l. nam is. ff. de furt. l. itaque fullo. & extra de usur. c. cum tu. & alia multa concurrunt quæ faciunt apparere sententiam nullam. C. de iur. & fac. ignor. l. 1. ff. Ad macedon. l. etiam. ff. de re iud. l. Nesseonius. in fi. ff. de fideiuss. l. fideiussor. §. 1. C. de procurat. l. licet. & melius in canone. ubi ponuntur nouem
34 casus in quibus non tenet sententia † Primus si non condemnat uel absoluit. Item si contra solitum ordinem iudiciorum: Si fuerit uenalis. Si contra res prius iudicatas. Si contra ius scriptum. si contra ius litigatoris. si plures iudices dati sunt & unus tantum ex eis pronuntiat. Si propter infirmitatem ætatis est inhabilis. & si contra statutum legis modum mulctam irrogauerit. de quibus. 2. q. 6. c. ei qui a §. diffinitiua quoque. usque ad §. sunt etiam quorum.
35 † Item si res de qua condemnatur peruenit ad Actorem, non tenetur Reus. C. de re iudic. l. 1.
36 C. de cond. sine cau. l. 2. Itē † uideatur si fuit factum pactum de non petendo, & tunc condēnatio non haberet locum, uel si fuit transactū ubi transigi potest. C. de transact. l. si de certa. & l. si causa cognita. C. de in lir. iur. l. si una. ff. de transact. l. 1. & l. & post. ff. de condict. ind. l. eleganter. ff. de donat. l. si stipulatum. & accedat ius can. extra de pact. c. 1. & 2. extra de trāsact. per tot. 12. q. 2. is autem. & c. homines. & 22. q. 5. iuramenti. cum suis simil. Item de tempore retractandæ sententiæ sit uterque aduoca
37 tus instructus si † dicitur nulla ipso iure, hoc sine temporis præfinitione extenditur, nisi ex consuetudine fori uel loci esset tempus ad hoc præfixum, C. ad leg. cornel. de fals. l. sicut. Item uideat si per in integrum restitutionem seiuē tut officio iudicis ratione ætatis uel absentiæ tunc infra quadriennium. C. de tempor. appel. l. penult. & ult. ff. de capt. & postlim. reuer. per tot. 34. q. 2. cum per bellicam. 16. q. 3. porro. dist. 1. c. ius gentium. C. ex quib. cau. maio. l. 1.
38 & 2. Item † si per falsitatem usque ad decem annos in modum accusationis, & in modum exceptionis perpetuo. C. ad leg. cornel. de fals. l. quærelam seu quærela. C. de excepr. l. licet. Si uero probetur quod satisfactum est Actori,
39 tunc in infinitum retractabitur. Quia † bona fides non patitur quod bis idem exigatur. ff. de reg. iur. l. bona fides. ad hoc. C. de non num. pe cun. l. asseueratio. cum suis simil.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio probatur scriptura.*
2 *Delegatio probatur per testes, & alio modo.*
3 *Delegatus semper in sententia debet ponere tenorem delegationis.*
4 *Exceptio fori est dilatoria.*
5 *Causa etiam ignoranti committi potest.*
6 *Causarum merita partium assertione panduntur.*
7 *Iudex debet dare dilationes ad probandum.*
8 *Testes noti debent esse.*
9 *Testes non sunt recipiendi sub conditione, quia actus legitimi non recipiunt conditionem.*
10 *Testes sunt recipiendi saluo iure dicendi tā contra personas quam contra dicta.*
11 *Consuetudo est optima legum interpres.*

De exceptionibus contra sententiam delegati si in iudicio producatur. Cap. XXII.

SI Pars aduersa ostendat sententiam latā à delegato, quæratur de delegatione ipsius. ff. de iudic. l. antepen. scilicet si est
1 à Principe uel à Papa delegatus, cum † delegatio scriptura probetur. C. de man. prin. l. un. ad hoc extra de fals. c. 5. & c. cum in iure. de offi. deleg. & extra de crim. fals. c. ad falsariorum. & c. quam graui. extra de rescrip. c. su per litteris. & c. sedes apostolica cum suis si-
2 mil. etiam † per testes probatur delegatio. C. de fi. instrum. l. in exercendis. Item dicunt qui dam, quod sufficit quod dicat in sententia, ego delegatus a tali iudice inducunt pro se. C. de contrah. & com. stipul. l. ult. si dicas de consi-
3 lio mei Ioannis de deo, dicas † quod semper debet ponere tenorem delegationis uel ali-

M quid

quid tale quod non sit dubium eum fuisse iudicem simile. ff. delegat. 3. l. prædijs. C. qui pro sua iurisd. iud. da. l. un. nisi esset oficiarius uel officialis episcopi, uel supra de quo non sit dubium, extra de cognat. spirit. gemma maxime
4 si scienter sub illo litigatur † eo quod exceptio fori est dilatoria 3. q. 3. c. induciæ accusatis. §. exceptio fori. qui est fin. extra de sent. & re iud. cum inter monasterium. extra de appel. c. cum causam. C. com. utri. iudi. l. ff. de ijs. ff. de iurisd. om. iud. l. est receptum. Et hoc uerũ est nisi fuerit probatum ex aduerso quod iurisdictio fuit reuocata ff. de iudic. l. iudicium solutur, nec nocet si non uenit in notitiam de
5 legantis, quia † etiam ignoranti potest committi & auferri. ff. de iudic. l. iudicium. & l. furiosus. Item si Reus uel Actor super iurisdictione iudicis uolunt testes uel alias probationes producere, in eo casu qui prior appellat, prior agat. C. de iudic. l. qui prior. ff. de probat. l. uerius. C. ad leg. corn. de fals. l. ult. & accedat ius canonicum extra de mutu. petit. c. 3. & 2. extra de ord. cognit. cum dilectus. Est tamen nera so lutio, quod iudex debet in talibus prouidere sicut sibi melius uidebitur expedire, secundũ qualitatem personarum, & negotij. 30. q. 5. iudicantem. ff. de rei uendic. l. in fundo. ff. de offi. proconf. & lega. l. aliquando. C. de probat. l. ad probationem. & hæc est causa quare iudici debet fieri fides, ff. de probat. l. 1. C. de cond. ob
6 turp. cau. l. 1. Vel etiam uerius † meritis causarum partium assertione pandũntur. C. si per uim uel alio mo l. fin. extra de restit. in integ. c. ex litteris. & ad idem. C. de dilat. l. a procedẽ te. quod placet iuri canonico. 3. q. 3. c. induciæ accusatis. §. spatium uero. Et ita procedat iudex in aperto, quod sic per suppressionem nominum uel dictorum aliqua pars non lædatur extra de accusat. c. qualiter & quan. & c. inquisitionis & extra de simon. c. licet heli. Et redigat iudex in scriptis extra de probat. Quoniã contra falsam. ff. de æden. l. 1. §. auditores. ff. de testi. l. curent. C. de fi. instru. l. plures. C. de arbi. l. ne in arbitris §. solus arbiter. ff. de in
7 terrogã. l. quoties. §. intertogationes. † Itẽ iudex debet dare dilationes ad probandum secundum cautelã legis. C. de dila. l. 1. extra de testi. c. significauerunt. & c. ultra tertiam. 3. q. 3. induciæ accusatis. §. spatium. ff. de testi. l. 1. in talibus enim debent omnia legitime & dilucide apparere. ff. de arbitr. l. non ex omnibus. C. de postulan. l. penult. C. si pign. in cau. iud. l. 2. ad hoc extra ut ecclesf. benef. c. ut nostrum
8 extra de hæret. cum ex iniunctо. † Testes etiã noti esse debent. 3. q. 5. constituimus. ff. de iur. delib. l. fio. extra de testi. cum causam. 34. q. 2. admonere. 2. q. 1. in primis. C. de testi. l. r. & 2.
9 quasi per tot. † Item dicunt quidam quod testes non sunt recipiendi sub conditione quia legitimus actus non recipit conditionem neque diem ut ff. de reg. Iur. l. actus legitimi. C. de hæret. & manich. l. penult. Alij contra. ff. de censib. l. 1. extra de fideiuf. c. peruenit. & c. con

stitutus. Tertij dicunt quod si incontinenti post sit probari malitia, est audiendus. ff. ad exhib.
10 l. 3. §. ibidem. ff. ad trebel. l. ille a quo † sol. dico ego Ioannes de deo quod debet recipi sub protestatione, quod saluum sibi sit ius dicendi in personam, & dicta si uult extra de except. denique. alias daret materiam appellandi. ff. qui satisd. cogan. l. arbitrio cõsulo tamẽ quod secundum prudentiam illius decretalis innocentij, tunc permittat testes deponere, & ante quam aperiantur, protestetur quod uult dicere in personas testium, & dicta extra de testi. c. presentib. C. de testi. auth. si uero. & in auth. indicta. De interrogationibus autem quæ fieri debent & dari iudici consuetudo patriæ ser-
11 uanda est † quæ est optimam legum interpres. extra de consue. c. dilecta extra de consue. cum dilectus. ff. de legi. & senatusc. l. si de interpretatione. &c.

SVMMARIVM.

1 *Relatio dupliciter fit, proprie & improprie.*
2 *Forma relationis iudicis delegati.*
3 *Forma relationis inquisitoris.*
4 *Forma relationis iudicis ordinarij.*
5 *Forma relationis cõsulentis in necessitate fidei.*
6 *Forma relationis dubitantis de intellectu legis uel canonis.*
7 *Forma relationis si dubitatur de contrarietate canonis.*
8 *Forma consulentis decisionem, tum super articulo proposito non inueniatur in iure expressum.*
9 *Forma consultationis super pœna irrogandæ confesso & conuicto.*

De relationibus nuntiorum, & aliorum. Cap. XXIII.

Dicturis de relationibus primo uidendum est, quid sit relatio, & dicas,
1 quod relatio † quandoque dicitur improprie, ut quando refert iudex ut delegatus, & uterque potest referre ut ordinarius, quandoque proprie, ut quando refert iudex delegatus, & uterque potest referre ante litis ingressum & sic formabitur relatio. Sanctissimo patri ac domino Papæ Innocentio talis index ad pedum oscula beatorum. Si est dele
2 gatus sic dicit † Receptis litteris uestris ea ueneratione qua decuit, de processu cãquæliter sit procedendum contra talem a tali crimine sit obiectum quod eum remoueret ab agendo, & pone in quem modum sit obiectum, scilicet ante confirmationem, uel post, uel alio modo, quoque sub quo quare qualiter procedam mihi

hi dignemini declarare, probatur hæc forma extra de accus.c.super ijs,& c. inquisitionis extra de simon.c.licet.Ely.23.dist.in.illud. Item
3 † si fuerit inquisitor sic formabis relationem. Ego.N.inquisitor in tali monasterio tam in capite quam in membris,quæro si debeo omnes tam conspiratores & inimicos & excommunicatos,conuersos & conuersas præd. loci astringere iuramento, & qualiter uidebitur inquisitoribus in inquisitione. Probabis hanc formã extra de sent.& re iud.cum.I. & A.extra de ac
4 cus.c.inquisitionis. & c. penult. † Item si fueris ordinarius sic formabis relationem. Ego. N. episcopus talis ecclesiæ cum inuenissem clerum ciuitatis & diœcesis in officijs & in alijs à statu uniuersalis ecclesiæ diuertisse.Quæro qualiter sit in talibus procedendumt probabis hanc formam 51. dist. quis nesciat de consecratione dist. 2. pacem & de consecratione dist.1.de nominibus quod est ult.c. in distinct.
5 † Potes cõsulere in nouitate fidei,& forma sic relationis cum populus talis diuino adiutorio conuersus sit quæro qualiter in fide debeat informari,probabis hanc formã 12.di.nouit. 12. q 1.quia 30.di.c ul. Itẽ post litis ingressum sic formabis relationẽ, si dubitas de intellectu ca
6 nonis uel legis † ego. N. dubito de intellectu talis capituli,cũ doctores sup hoc uariẽt susam supplico per uestrum oraculum edoceri, probabis hanc formam extra de fide instrum. c. pastoralis extra de simon. per tuas extra de of
7 fic.deleg.super quæstionum † si dubitas de contrarietate canonis sic formabis relationem.Ego talis iudex dubito de contrarietate talium iurium probabis hanc formam extra de restit. spol.c.literas extra de donat.c.Pastoralis. Et de ijs quæ fiunt à prælatis apostolicæ si non inuenitur ius expressum,sic formabis relatio-
8 nem † cum causa orta esset inter tales, quæro quomodo terminetur,cum super tali articulo non inueniatur ius expressum probabis hanc formam extra de frig.& malefic.c. fraternitatis 10.dist.c.de libellis & c.de illis de forma relationis post sententiam præmisso supplicatio
9 nis articulo † cum talis super tali crimine dãnatus & conuictus fuisset, quæro qua pœna debeat puniri, probabis hanc formam. ff. quan. appel.sit.l.1.& 2.q 6.c.biduum. Notabis quod semper per manum notarij debet scribi,& partibus presentibus intimari,& allegationes desuper & interim iudicium quiescit extra de appel.intimasti.C.de relat. l. 1. & 2.& 3.in quibus forma relationis ponitur.& 3.q.6. Multũ stupeo & 3.q.3.c.induciæ accusatis.§.spatium cum suis concor.

Explicit liber quintus.

INCIPIT LIBER SEXTVS.

Cuius continentia,& partitio infra patebunt clare.



INCIPIT sextus liber qui per sex titulos seu capita est distinctus,licet tamen Vbertus de bobio opus incepisset, imperfecte tamen fecit cum & multis necessarijs deficiat titulis, & sine iuris canonici cognitione iuris notitia nihil ualet,idcirco ego Ioannes de deo Doctor decretorũ Hispanus,suppleo sextum librum: in quo tractatur quid iuris de ijs qui ab hostibus capiuntur. De arbitris. De assessoribus. De contumacibus. De expensis litisque sumptibus, & quo tempore petit instantia iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Hostes nostri sunt qui non sunt nostræ fidei.*
2 *Capta ab hostibus sunt capientium.*
3 *Hypothecariam intentans debet considerare ius suum, & ius possidentis rem de qua agitur.*
4 *Actiones personales unde oriantur.*
5 *Actionem aliam non habens proponit actionem de dolo.*
6 *Agens ex contractu potest agere præscriptis uerbis.*
7 *Aequitas præfertur rigori.*
8 *Hereditatis petitionem intentans quid facere debeat.*
9 *Cautela pro agente petitione hereditatis.*
10 *Actiones hodie successerunt loco interdictorum.*
11 *Consuetudo est lex non scripta moribus utentium approbata.*
12 *Crimina maxime considerata a iure canonico quæ sint.*
13 *Vsura etiam secundum leges possunt repeti per condictionem indebiti.*

De ijs qui ab hostibus capiuntur quid ius statuat, Cap. I.

TRactaturi nunc sumus de ijs qui ab hostibus capiuntur,quid de ipsis in iure sit. Et primo uidendum est qui sint hostes,& quare sic uocentur, & dicas

1 † quod hostes nostri sunt qui non sunt nostræ fidei.23.q.8.dispar.& 32.q.4. dicat aliquis. & distin.t. ius gentium. Hostes uocantur largo modo illi contra quos pugnatur iuste, pro rebus repetendis uel defendẽdis ut 23. q.2. Do-
2 minus & 23.q.1.noli.& c.quid culpatur. † Itẽ si qua capimus, a talibus nostra sunt, & directũ habemus dominium sicut in insulis quæ apparent in mari, & de rebus habitis pro derelicto, instit.de rer.diuis.§.singulorum & §.insulam. ff.de acquir.rer.dom. per tot. tamen eius probatio uidetur difficilis.ff.de probat.l. cum res & ideo cauetur ex parte Rei si possidet illud de quo quæstio procedit, ff. de rei uendic. l.a possessore & l.fin.ff.de interrog.act.l. qui seruum. §. in iure, & ideo difficultatem uitabis consilio legis. ff. de rei uendic.l. is qui tutius est ergo agere in rem actione, uel actione in factum, Item præuideas si sint emphiteoticantis superficiarius, uel uasallus, & sic considera ius tuum, & ius aduersarij tui ut possit melius formare petitionem, uel impugnationem, uel defensionem tuam, non contemnas petere, cõcordantias ad hoc.ff.de superfic.per totum. ff. de dam.infec.l.si finita.§.de uectigali.ff.de rei
3 uendic.l.1.& l.seq. Si † uis intentare hippothecariam, considera ius tuum, & ius possidentis rem de qua agitur, ad hoc.ff.de pignor.l. si superatus & l.si fundus. §. si uenditorem & l. si ab eo. Item si uis agere iure personali, caue ne ille qui possidet habeat potiora iura, & ideo
4 caue unde sit obligatus scilicet quia † personales actiones non oriuntur nisi ex delicto uel quasi, uel ex cõtractu uel quasi, quæ uarias habẽt figuras cãrum.ff.de act.& oblig.l.1.& l.ex maleficijs.& l.actio in psonã instit. de act. quæ ex delic. nasc. per tot. Ergo si habes certã obligationẽ uel petitionẽ uel actionẽ, illã pponas, si nõ habes, & constat de delicto saltem per fa-
5 mam, proponas actionem de dolo † ff. de dolo l.1.& quasi per tot.ff.de crim.stel l.1.& 2.sem per agendo in factum.ff. de præscr. uer. l. qua actione.& l.quoties & l.quia. C. de sacros. eccles.l.sancimus. De dolo tamen distinguendũ est, in quo, & qualiter fuit commissus dolus. ff. de dolo.l.eleganter.§.non solum.ff. de recep. l.ita demum.ff.de uer.oblig.l.si seruũ.1. resp. & l.Iulianus.§.summo.ff.de solut. l. etiam & l. qui sibi.§. 1. ff. de lega. 4°. l.huius.§.3. Item
6 † quandocunque agis ex contractu, potes agere præscriptis uerbis.ff.eo.l.1.& .2.ff.de acqui. rer.dom.l.cum in corpus. ff. de reb. dub. l. si
7 fuerint in f. æquitas † enim præfertur rigori. ff.de dolo.l.si oleum extra de dolo & contum. c.1.14.q.1.manet scilicet agendo in factum nõ expressa actione.ff.nau.caup.l.3.secundum mẽtem iuris.ff.de neg.gest.l. ait prætor.§.penul.
8 † Item uera quod si uis intentare petitionem hæreditatis, caue primo, unde delata sit tibi hæreditas scilicet si ex testamento uel ab intestato, uel ex empto, uel donato. Item caue, utrum directa uel per fideicommissum, ciuili modo uel prætorio scilicet utrum iure ciuili duodecim tabularum, uel iure prætorio. Et sempe agas ad utile dominium, non ad directum. ff. de petit.hær.l.1.2.& 3. & tamen antea scias, an ille qui cõuenitur possideat, & ideo facias interrogationes, utrum possideat, & qualiter C.de petit.hære.l.cogi.ff.de petit.hæred. l.regulariter. uidendo an habeat directum dominium, an utile.ff.de petit.hær.l. sed si ego. Sic in communi diuidundo, & familiæ hærciscundæ, si tantum partem hæreditatis, exprimere debes quotam partem petis, & quare, & hoc hodie ponitur per actionem extra de libel. c.
9 t.& 3. † Item si ipse à quo petis non possidet non dicas eum cohæredem tuum.ff.fam. hærcis.l.1.2.q.3.c.euphemium.§.notandum ad fi. & sic in communi diuidundo.ff.eo.l.1.& l. per hos.& l.in summa & l.in communi. Item secum intentabis officium iudicis. C. de transactione l.interpositas. ff quod met. cau. l.si liqui & l. fina. ff. de uar. & extraordinarijs cogn. l. medicus, & ea quæ dicta sunt præcipue in reali petitione habent locum. nam in psonali citius & sine periculo expedit, quia non petitur nisi ex delicto uel quasi, uel ex contractu uel quasi.ut instiru. de obliga. quæ ex quasi contr. nasc.iu priuci.ff. de itin.actuq. priu.l.t.& quasi per tot.ff.de aqu. quot.& æ-
10 sti.quasi per tot. † Tamen hodie actiones sue cesserunt loco interdictorum. nec interdicta proponuntur nisi a stultis, sed debet secundum leges & canones causam petendi proponere, & implorare officium iudicis, & non implicare te actionibus uel interdictis, instit. de interd.§.ult.extra de iudici.c.dilecti.& c.examinata.extra de resti tu.spol.c. Apostolicæ.& 3.q.1.Redintegranda.ff.de interd.l.1.in prin. ff.de except.rei iudi.l. & an eadem.in f.ff.de rei uendic.l.is qui. Item nota quod in casibus in quibus specialiter agitur de proprietate, cautius est agendum.ff.de interro. act.l.1. & 2.ff.de itin.actuq.priu.l.inde.§.hoc interdictum. Præuideas utrum lex uel municipalis uel ciuilis uel imperialis adiuuet, uel canons
11 uel decretal s: † uel consuetudo non scripta, sed moribus utentium approbata. 11.distinc. in ij s.& ca. ecclesiasticarum.§. si enim.extra de consuetu.c. ex litteris.& tunc agas condictione ex illo iure quod pro te facit. 3. q.1.e. dintegranda.ff.de condic. ex lege.l 1.ff.ad le. iuli.de adulter.l.quod ex iis.C.de petit.hær. l.fin.ff.fini.regun.l.si constiterit.C.de iure de liber.l.fin.& in constitut.ibi positis.C.de donat.l.si quis.C.de ædic.diui Adr.tol.l.fin. Itẽ uideat si iuuatur iure diuino, cõtra usurarios, in matrimonio, in sacrilegio, & in alijs similibus.extra de usur.per tot.& 14.qõ.3.& 4.per tot.27.quæst 1.& 2.per tot.& sic de singulis,
12 nam si uis scire de talibus ecclesiasticis criminibus in prima causa, inuenies per tot.tit. extra de simon.& 7.q.1.quicunque in causa. 14.distin. de usuris & male acquisitis per tot. De homicidijs & alijs indicijs, distinc.50. per tot.& 23.cau.per tot.Et de matrim.& adulte.

per

per tot.& 17.cau.per tot.de sacrileg.18.qõ.4. 15
13 per tot.& sic de singulis.usuræ † etiam secundum leges possunt repeti per condictionem indebiti, ut in Auth.nᵒ cler.apud propr. epil. §.ult.ff.de condi.ind.l.si non sortem.in prin. non tamen consulo quod petat pro lege, sed per canonem. extra de usur. cum manifesta. 14.qõ.3.Plerique, & officio iudicis. Item in summa nota, quod in ijs quæ diximus & similibus tutius est implorare officium iudicis cõ dictione ex lege, uel ex canone, quam alio modo petat, & in agendo & excipiendo, & replicando.3.q.1. redintegranda. extra de restitu. spol.item cum quis.cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri nullam habent iurisdictionem nisi uoluntariam, & datam a partibus.*
2 *Arbitrium quomodo diffiniatur.*
3 *Arbiter quandoque ponitur pro iudice delegato.*
4 *Infamis dummodo non sit seruus potest esse arbiter.*
5 *Furiosus, surdus, mutus, minor.20.non possunt esse arbitri.*
Fœmina non potest esse arbiter nisi esset praexcellens.eo.
6 *Iudex non potest partes compellere ut in eũ compromittant.*
Iudex potest esse arbiter si partes sponte in eum compromittant.eo.
7 *Compositor amicabilis non dicitur arbiter.*
Compromissum non fit nec de causa criminali, nec de liberali.eo.
8 *Seruus non potest compromittere.*
9 *Arbitrium differt à iudicio in multis.*
10 *Arbiter non potest sententiare altera parte absente per contumaciam nisi sit positum in compromisso.*
Arbiter non potest exequi sententiam suã, sed ordinarius exequitur. eo.
11 *Arbitrium redactum est ad instar iudicij.*
Arbitri legale quid facere possint. eo.
Arbitrorum sententiæ qualiter obuiandum sit, si petatur mandari exequtioni.eo.
12 *Aduocatus Rei quid habeat considerare in materia dependentium ab arbitrio.*
Arbiter & arbitrator quomodo differant.eo.
13 *Sententia arbitri extra tempus compromissi non tenet, nisi ut.*
14 *Compromissum post triennium perit prout instantia iudicij.*
15 *Arbitrium de utroque herede successuro nõ expirat post lapsum triennij.*

De arbitris, eorumque iurisdictione, & qualiter contra eorum sententias obijciatur. Cap. II.

CVm simus dicturi de arbitris, primo est uidendum quid iuris habeant arbitri.& dicas. † Quod nullam iuris-
1 dictionem habent, nisi uoluntariam & datam, a partibus, quas partes ipse recipit in sua fide, & peccant ultra latrocinium si male arbitrantur.87.distin.c.irreligiosum. Assumunt partes iudicis, non consiliatoris.ff.de arbitr.l.Pomponius.§.recepisse. Item arbi-
2 trium sic soles diffiniri. † Arbitrium est trinus actus trium personarum sub arbitro litigantium: alij sic diffiniunt. Arbitrium est causa uoluntarie deducta inter duos aduersarios coram tertio diffiniente in causa ciuili. extra de in integ.rest.c.penul.ff.pro socio.l.si socie-
3 tatem. Quandoque † tamen arbiter ponitur pro iudice delegato.ff. qui satisd. cogan.l.arbitro.C.de iudic.l.antepen.& melius.2.qõ.6. c.ult.& c.statuendum.C.de postul.l.quisquis. C.mand l.in re mandata. Item arbiter potest esse omnis homo, si iure non prohibetur, & filius in causa patris, & econtra † & infamis
4 dum tamen non sit seruus.ut in canone.3.qõ. 7 c.2.§.tria sunt.quod in indice non esset.C. de dignit.l.neque famosis.lib.12.ff.de arbitr.
5 l.qui in etiam. † Item furiosus non potest esse arbiter, nec surdus, nec mutus. nec minor.20. ff.de arbitr.l.si seruum.§.1.& l.cum lege. Itẽ fœmina non potest esse arbiter. ff.de arbitr.l. ult 33.q 5.mulierem.supple, nisi esset fœmina præcellens, extra de arbit.dilecti.& 12.qõ. 2.c.cum deuotissima.& 2.qõ.5. Mennam.Itẽ
6 iudex non potest partes compellere ut in eũ compromittant.ff. de arbitr.l. si seruum.§. si quis.& hoc habes.3.qõ.7.c.2.§.tria.si tamen partes spõte compromittunt, tenet arbitriũ, extra de præben.ca.nisi esset. extra de arbitr.
7 cum tempore. si tamen amicabilis † compositor soluat inter partes quæ dubia sunt, non dicitur arbitrium.ff.de arbir.l.Pomponius.§. recepisse. Item in criminali non itur ad arbitros, extra de in integ.restit.c.penulti. nec in causa liberali, ut in præalle. decretali. nec in populari actione, ut.ff de arbitr.l. non distin-
8 guemus.ff.de ijs qui not.inf.l.quid ergo † nec seruus potest compromittere.ff.de pœo.l.licet.& idem credo de monaco.12.q.1. non dicatis.nisi gerat se seruus pro libero. ff.de arb. l.non distinguemus.§.si seruus. Itẽ constituitur arbiter partibus ad inuicem stipulantibus pœnam certam si arbitrio non paruerint.ff. de præscr.uer.l.si gratuita.§ ult.ff.de arbitr. l.diem

l.diem.§.ult.& l.ſi cum dies.§.penul.& l.Pō-
ponius. & l.litigatores.§.Iulianus. & §.quod
9 ait. Differt † autem arbitrium a iudicio in
multis, quia ſententia lata per ſordes tenet
iir arbitrio,poteſt tamen excipi de dolo.C.de
arbitr. l.arbitrorum. Item ab arbitro non ap-
pellatur.C.eo.ti.l.1.& in canone.2. q.6.à iudi
cibus. Item non eſt locus reconuentioni,ex-
tra de arbitr.cum dilectus. nec ſibi ſuccedit
hæres in arbitrio.ff.eo.l.diem.extra eo.c.ult.
10 Nec † poteſt ſententiare altera parte abſente
per contumaciam niſi ſit poſitum in compro
miſſo.ff.eo.l diem proferre.§.ſi quis. Item
nec poteſt exequi ſententiam ſuam,ſed ordi-
narius illam exequitur.ff.de ſenteur. & re iu.
l.a Diuo Pio. Item nec in arbitrio purgatur
mora.ff.eo.l.Celſus. Item hoc eſt tenendum,
11 † quod arbitrium redactum eſt ad inſtar iu-
dicij.ff.de arbitr.l.1.& nota,quod arbitri qui
dam ſunt legales qui poſſunt mulctare & pu-
nire tanquam iudices, & aduocare tertium au
thoritate iuris.extra de appel.ca.cum ſpeciali
ſit.extra de offi.deleg.c.ſuſpitionis. Item no-
ta qualirer ſit obuiandum ſententie arbitro-
rum ſi petatur mandari exequtioni, & dicas,
quod Adnocatus Rei debeat reſpondere,ſcili-
cet quod ex ſententia arbitri non oritur actio
nec ius: & ideo exequtioni non eſt mandan-
da.C.eo.tit.l.1.& l.ne in arbitris,& l.penulti.
Sed ſi ex ſtipulatu agatur quod ideo habet ex
ſententia arbitri poteſt agi ad pœnam.ff eo.
tit.l.diem.§.fin.cum in iis uideatur dirigi for
ma compromiſsi,poteſt agi. ff.eo.tit.l.ſi cum
dies.§.penulti.& l.Labeo,& l.non diſtingue-
12 mus. † Item conſideret Aduocatus Rei ſi pe-
titur pœna quia non fuit paritum ſententie
diffinitiue uel interloquutorie,uel ſaltim præ-
cepto. in primis obijciat quod non ſoluit il-
lud quod pronuntiatum fuit loco uel tempo-
re conſtituto, uel quod non fuit pronuntiatū
loco uel tempore ſtatuto ſed poſt arbitrium,
& non ſeruaſſe locum uel tempus ſoluendi.ff.
eo.l.ſi cum dies. Item obijciat tempus færia-
rum.ff.eo.tit.l.Pomponius.ad fin.& l. færia-
tis.C.de færi.l. omnes. niſi eſſent arbitrato-
res, ideſt amicabiles compoſitores,quod fieri
poſsit quocunque tempore. ff. de færi.l. fin.
Item uideat ſi tempus fuerat in arbitrio con-
13 ſtitutum,& iam tranſactum: † quia poſtea nō
tenuit ſententia.ut.ff.eo.l.non diſtinguemus.
in fin.C.eo.l.2.niſi forſan de uolunrate par-
tium fuiſſet tempus prorogatum.ff de arbitr.
l.non diſtinguemus.§.dies. extra de offic.de-
leg.ca.Paſtoralis. Super hoc etiam prouideat
iudex ſi prorogatio fuerit legitima. ff. quib.
mod uſusfru.amit.l.3.in princi.ff.de in diem
adiectione.l.quod autem Sabinus.ff. de lega.
14 3.l.ſi quis fideicom.§.ſi quis. Item † ſi indi-
ſtincte compromiſſum fuerit,cum poſt trien-
nium,prout inſtantia iudicij pereat.ff. eo.tit.
l.5.C.de iudici.l.properandum.in princi. Alij
contra,in Auth.de appel.§.ſanctiſsimis.& in
ſeq.§.ff.de uerbo.obliga.l.ſticco.§.uno.Sol.ſi
compromiſſum eſt ſub certa pœna in forma
iudicij,deperit,alias non,ut ſi erant amicabi-
les compoſitores, non in forma iudicij.ff.de
15 arbitr.l. non diſtinguemus.§.ſoluto. † niſi
forſan eſſet arbitrium de utroque hærede ſuc
ceſſuro,quia tunc non expiraret.ff.de arbit.l.
diem.§.ſi hæredes. & l. ſed ſi interpellatur. in
fi.cum concor.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſor quid ſit.*
2 *Aſſeſſor ſemel electus non poteſt improbari niſi ex cauſa noua.*
3 *Aſſeſſoris officium quale ſit. nu. 4.*
5 *Aſſeſſor quis non poteſt eſſe & aduocatus.*
Aduocatus & iudex nemo poteſt eſſe. eo.
6 *Aſſeſſores delinquentes qualiter puniantur in ſindicatu.*
7 *Aſſeſſor acquirens acquirit ſibi.*

De aſſeſſoribus, & iudicum collateralibus, eorumque officio. Cap. III.

DIcturi nunc ſumus de aſſeſſoribus,&
de officijs eorum, & collateralibus
iudicum, de quibus ſupra dictum
eſt in quarto libro ita procedamus.
Primo uidendum eſt, qui poſsint eſſe aſſeſſo-
1 res,& quod ſit eorum officium. Eſt † autem
aſſeſſor qui uocatur à iudice uero,ut ſibi aſsi-
ſtat, uel aſsideat, ut eum inſtruat qualiter
cum debito fine cauſam decidat, C. de aſſeſ.
l. 1. Tamen tutius eſt quod de uoluntate par-
tium eligatur,quam quod iudex ex officio ſu-
2 mat.C.de aſſeſ.l.t. & ſi ſemel eſt † electus non
poteſt improbari niſi ex cauſa noua C. de aſ-
ſeſ.l.nemo ad hoc in canone 32.q.5. horren-
dus.C.de aſſeſ.l.liceat.ff.de mun. & honor. l.
honor.§.ult.8.q.2.dilectiſsimi. Eſt autem offi-
3 cium † Aſſeſſoris ſcilicet quod in poſtulatio-
nibus admittat aduocatos qui de iure poſsint
poſtulare,extra de poſtulan.c.1.2.3. & in de-
cret.3.q.7.c.2.§ tria ſunt. Si habes aliquem
qui non poſsit poſtulare, alij autem per conſe
quens admittuntur. nam quod de uno dicitur
de alio negatur,& ecōtra,cum ſit ædictum pro
hibitorium,unde qui non prohibetur,per con
4 ſequens admittitur. Item † aſſeſſor debet reci
pere libellos reconuentionales & examinare
ſi bene conficiantur,& ſi bene examinantur,re
cipiantur,ſi male,reijciantur. ff. de aſſeſ. l. 1.
ff.de of.proconſ.l.nec quicquam. §. obſerua-
re.ff.de poſtul.l.quos prohibet. ff. de accuſ. l.
libellorum.Item in ædictis proponēdis, id eſt
de inducijs & pœnarum & minarum, & conſi-
milibus.

milib.C.de of.proconf.l.3.Itē in decretis for-
mādis super rebus minorū alienandis,& super
transactione alimentorum, in talibus libellis
& petitionibus per assessores debet fieri exa-
minatio,contra.C.de asses.l.ult.l.2.ff.eo.tit.
l.1. In epistolis dictandis quæ mittuntur supe
rioribus iudicibus,uel relationibus,pro dubijs
uel pro pœnis inferendis per assessores debēt
fieri examina.C.de asses.l. ult. ad hoc in can.
23.q.4.Quæsitum & c.illud.2.q.6. si quis insu
5 lam.Tamen hoc nota,quod † non potest quis
esse assessor,& aduocatus. & iudex & non po-
test aliquis esse in duabus militijs. C.qui mil.
non pos l.in posterum.lib.10.Item nota quod
non debet esse aliquis in honoribus duarum
ciuitatum.ff.de mun.& hon.l libertus.§. præ-
scriptio. Item non potest collocari in duobus
collegijs.ff.de colleg.l.illicitis.§. ult.Item ne
mo potest esse aduocatus & iudex 2.q.1. c. de
manifesta.§.sed sciendum & 4.q.4.c.1. & 2.I-
6 tem in assessoribus † ciuitatis talis datur regu
la,ut deposito officio quinquaginta diebus re
maneant responsuri in ijs quæ dicuntur com-
misisse, & puniantur in quadruplum, sed du-
plum fisco,& duplum læso restituat.C.de asses.
l.consiliarios.C.ad leg.iul.repet.l.1. C.de as-
ses.l.post depositum.& ad hoc.1.q. 1.c.iube-
mus quæ est lex.C.ad leg.iul.repetun. l. iube-
mus & c.in eum & c.concussionis.& c. eadem
lege.§.marcellus ibidem ea.q.& cau.quæ sunt
omnes leges.ff.& ibi registratæ.& arg.ad hanc
pœnam. 18.dist. Quoniam quidem.Item nota
7 † quod si quis lucratur de assessoria,si est filius
familias,est ei peculium quasi castrense. C.de
offi.asses.l uelut castrense. nec etiā illud quod
lucrantur subijcitur oneri indictionis, seu exa
ctionis.C.de asses.l.non parum. &c.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia esse non potest sine dolo.*
2 *Dolus est calliditas adhibita ad aliquem de-*
cipiendum.
Condemnatus de dolo efficitur infamis. eod.
Dolum obijciens illud probare tenetur. eo.
Contumacia est filia doli. eo.
3 *Contumacia tribus modis accipitur.*
4 *Sententia fertur in contumacē si lis est conte*
stata, & aliquo casu constaret de crimine
liquide.
5 *Prævaricator,calumniator, & tergiuersa-*
tor differunt.
6 *Contumax in ciuili an & quomodo condem*
netur.
7 *Contumax non auditur appellans,manu ar-*
mata expellitur, nec auditur nisi refectis
expensis, & data cautione de stando iuri.
8 *Contumax acriter punitur.*

De contumacibus & dolosis. Cap. IIII.

DIcturis de contumacibus, primo oc-
1 currit dicere de dolo sine quo † con
tumacia esse non potest. Est ergo do
lus malus, quia est & dolus bonus,
iuxta illud.

Est dolus æquiuocum, dolus est sapientia,
fraus.

Diffinitio doli talis est magistralis, dolus est
2 † calliditas uel machinatio adhibita ad aliquē
decipiendum ut ff.de dolo l.1.Et ideo condem
natus de dolo efficitur infamis ut ff.de ijs qui
not.infam:l.1.& iccirco qui dolum obijcit,do
lum probare tenetur. C. de dolo. l. dolum ad
hoc extra de ord.cognit.l. cum inter dilectos.
Dicto breuiter de dolo: & de contum. uidea-
mus, quæ est eius filia, sicut peccatum est fi-
3 lius iniquitatis,de pœnit.dist.3.ille Rex † con
tumacia enim tribus modis describitur à cano
ne, cum citatus non uenit uel si uenit noluit
parere iuri, uel recessit sine licentia iudicis.
11.q.3.certum est.Item in decret.inno.3.quot
modis describatur contumacia scilicet si per
canonem citatus non uenit,siue quia malitio-
se occultat, sicque impedit, ne possit ad eum
citatio peruenire extra ut lit.non contest.quo
niam frequenter. siue quia transtulit rem lite
pendente in potentiores, extra de alien. ind.
mut.cau.fac.c.1. & 2. Tamen circa processum
contra contumacem sic distingue. Aut agitur
criminaliter,aut ciuiliter.Si criminaliter, aut
4 est lis contestata,aut non si lis est † contesta-
ta,& aliquo casu constaret liquide de crimine,
fertur sententia contra eum.3.q.9.decerni-
mus.ubi dicitur. Dilationem sententiæ de ab-
sentia non lucratur.Si autem non est lis conte
stata,secundum leges annotantur bona, & ex-
pectatur usque ad annum & si non comparet,
res applicantur fisco.C.de requir.Reis.l.2.Ta-
men secundum cano.tanta posset esse eius con
tumacia,quod reciperentur testes super crimi
5 ne extra de dolo & contum ueritas † est tamē
distinguendum inter præuaricatorem, calum-
niatorem, & tergiuersatorem ut leges distin-
gunt.2.q.3.c.euphemium.§ notandum est. &
4.q.5.quisquis.ad fin. si agitur ciuiliter, tunc
distingue secundum l.5.ff.ad turpil. aut lis sit
contestata,aut non si est contestata,aut liquet
de causa aut non si liquet,fertur sententia con
tra ipsum extra ut lit. non cont. c. quoniam
6 frequenter † si non liquet,saltim perdit posses
sionem,auditur tamen super proprietate. ex-
tra de dolo & cont.c.prout nobis ad fin. Idem
iuris est si est quasi contumacia extra ut lit.no
cont.c Quoniam.ad fin.Si autem lis non est cō
testata, contumax uel excommunicatur, uel
mittitur actor in possessionem causa rei seruā
dæ extra ut lite non conte. c. quoniam ad fin
si tamen uenerit sedente iudice pro tribunali
7 auditur ut ff. de in integ.restit. l. diuus † Itē
si appellat,

l. diem. §. ult. & l. si cum dies. §. penul. & l. Pomponius. & l. si gatores. §. Iulianus. & §. quod
9 ait. Differt † autem arbitrium a iudicio in multis, quia sententia lata per sordes tenet in arbitrio, poseft tamen excipi de dolo. C. de arbitr. l. arbitrorum. Item ab arbitro non appellatur. C. eo. ti. l. 1. & in canone. 2. q. 6. à iudicibus. Item non est locus reconuentioni, extra de arbitr. cum dilectus. nec sibi succedis hæres in arbitrio. ff. eo. l. diem. extra eo. c. ult.
10 Nec † potest sententiare altera parte absente per contumaciam nisi sit positum in compromisso. ff. eo. l. diem proferre. §. si quis. Item nec potest exequi sententiam suam, sed ordinarius illam exequitur. ff. de sentent. & re iu. l. a Diuo Pio. Item nec in arbitrio purgatur mora. ff. eo. l. Celsus. Item hoc est tenendum,
11 † quod arbitrium redactum est ad instar iudicij. ff. de arbitr. l. 1. & nota, quod arbitri quidam sunt legales qui possunt mulctare & punire tanquam iudices, & aduocate tertium authoritate iuris. extra de appel. ca. cum speciali fit. extra de offi. deleg. c. suspitionis. Item nota qualiter sit obuiandum sententie arbitrorum si petatur mandari exequtioni, & dicas, quod Aduocatus Rei debeat respondere, scilicet quod ex sententia arbitri non oritur actio nec ius: & ideo exequtioni non est mandanda. C. eo. tit. l. 1. & l. ne in arbitris, & l. penulti. Sed si ex stipulatu agatur quod ideo habet ex sententia arbitri potest agi ad pœnam. ff eo. tit. l. diem. §. fin. cum in iis uideatur dirigi forma compromisi, potest agi. ff. eo. tit. l. si cum dies. §. penulti. & l. Labeo, & l. non distingue-
12 mus. † Item consideret Aduocatus Rei si petitur pœna quia non fuit parium sententie diffinitiue uel interloquutorie, uel saltim præcepto. in primis obijciat quod non solnis illud quod pronuntiatum fuit loco uel tempore constituto, uel quod non fuit pronuntiatū loco uel tempore statuto sed post arbitrium, & non seruasse locum uel tempus soluendi. ff. eo. l. si cum dies. Item obijciat tempus feriarum. ff. eo. tit. l. Pomponius. ad fin. & l. feriatis. C. de feri. l. omnes. nisi essent arbitratores, id est amicabiles compositores, quod fieri posset quocunque tempore. ff. de feri. l. fin. Item uideat si tempus fuerat in arbitrio con-
13 stitutum, & iam transactum: † quia postea nō tenuit sententia. ut. ff. eo. l. non distinguemus. in fin. C. eo. l. 2. nisi forsan de uoluntate partium fuisset tempus prorogatum. ff. de arbitr. l. non distinguemus, §. dies. extra de offic. deleg. ca. Pastoralis. Super hoc etiam prouideat iudex si prorogatio fueris legitima. ff. quib. mod usufru. amit. l. 3. in princi. ff. de in diem adiectione. l. quod autem Sabinus. ff. de lega.
14 3. l. si quis fideicom. §. si quis. Item † si indistincte compromissum fuerit, cum post triennium, prout instantia iudicij pereat. ff. eo. tit. l. 5. C. de iudici. l. properandum. in princi. Alij contra, in Auth. de appel. §. sanctissimis. & in seq. §. ff. de uerbo. obliga. l. stieco. §. uno. Sol. si compromissum est sub certa pœna in forma iudicij, deperit, alias non, ut si erant amicabiles compositores, non in forma iudicij. ff. de
15 arbitr. l. non distinguemus. §. soluto. † nisi forsan esset arbitrium de utroque hærede suc cessuro, quia tunc non expiraret. ff. de arbit. l. diem. §. si hæredes. & l. sed si interpellatur. in fi. cum concor.

SVMMARIVM.

1 *Assessor quid sit.*
2 *Assessor semel illectus non potest improbari nisi ex causa noua.*
3 *Assessoris officium quale sit. nu 4.*
5 *Assessor quis non potest esse & aduocatus. Aduocatus & iudex nemo potest esse. eo.*
6 *Assessores delinquentes qualiter puniantur in sindicatu.*
7 *Assessor acquirens acquirit sibi.*

De assessoribus, & iudicum collateralibus, eorumque officio. Cap. III.

Dicturi nunc sumus de assessoribus, & de officijs eorum, & collateralibus iudicum, de quibus supra dictum est in quarto libro ita procedamus. Primo uidendum est, qui possint esse assesso-
1 res, & quod sit eorum officium. Est † autem assessor qui uocatur à iudice uero, ut sibi assistat, uel assideat, ut eum instruat qualiter eum debito fine causam decidat, C. de asses. l. 1. Tamen tutius est quod de uoluntate partium eligatur, quam quod iudex ex officio su-
2 mat. C. de asses. l. 1. & si semel est † electus non potest improbari nisi ex causa noua. C. de asses. l. nemo ad hoc in canone 32. q. 5. horrendus. C. de asses. l. liceat. ff. de mun. & honor. l. honor. §. ult. 8. q. 2. dilectissimi. Est autem offi-
3 cium † Assessoris scilicet quod in postulationibus admittat aduocatos qui de iure possint postulare, extra de postulan. c. 1. 2. 3. & in decret. 3. q. 7. c. 2. §. tria sunt. Si habes aliquem qui non possit postulare, alij autem per consequens admittuntur. nam quod de uno dicitur de alio negatur, & ecōtra, cum sit edictum pro hibitorium, unde qui non prohibetur, per con
4 sequens admittitur. Item † assessor debet recipere libellos reconuentionales & examinare si bene conficiantur, & si bene examinantur, recipiantur, si male, reijciantur. ff. de asses. l. 1. ff. de of. procons. l. nec quicquam. §. obseruare. ff. de postul. l. quos prohibet. ff. de accus. l. libellorum. Item in edictis proponēdis, id est de inducijs & pœnarum & minarum, & consimilibus.

milib.C.de of.proconf.l.3.Itē in decretis formādis super rebus minorū alienandis,& super transactione alimentorum, in talibus libellis & petitionibus per assessores debet fieri examinatio,contra.C.de assef.l.ult.l.2. ff. eo. tit. l.1. In epistolis dictandis quæ mittuntur superioribus iudicibus,uel relationibus,pro dubijs uel pro pœnis inferendis per assessores debēt fieri examina.C. de assef. l. ult. ad hoc in can. 23.q.4.Quæsitum & c.illud.2.q.6. si quis insu
5 lam.Tamen hoc nota,quod † non potest quis esse assessor,& aduocatus. & iudex & non potest aliquis esse in duabus militijs. C. qui mil. non pos l.in posterum.lib 10.Item nota quod non debet esse aliquis in honoribus duarum ciuitatum.ff.de mun.& hon.l.libertus.§. præscriptio. Item non potest collocari in duobus collegijs.ff.de colleg.l.illicitis.§. ult.Item nemo potest esse aduocatus & iudex 2.q.1. c. de manifesta.§.sed sciendum & 4.q.4.c.1. & 3.I-
6 tem in assessoribus † ciuitatis talis datur regula,ut deposito officio quinquaginta diebus remaneant responsuri in ijs quæ dicuntur commisisse, & puniantur in quadruplum, sed duplum fisco,& duplum læso restituat.C.de assef. l.consiliarios.C.ad leg.iul.repet.l.1. C.de assef.l.post depositum & ad hoc.1.q. 1.c.iubemus quæ est lex.C.ad leg.iul.repetun.l. iubemus & c.in eum & e.concussionis.& c. eadem lege.§.marcellus ibidem ea.q.& cau.quæ sunt omnes leges.ff.& ibi registratæ.& arg.ad hanc pœnam. 18.dist. Quoniam quidem.Item nota
7 † quod si quis lucratur de assessoria,si est filiusfamilias,est ei peculium quasi castrense. C.de offi.assef.l uelut castrense. nec etiā illud quod lucrantur subijcitur oneri indictionis, seu exactionis.C.de assef.l.non parum. &c.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia esse non potest sine dolo.*
2 *Dolus est calliditas adhibita ad aliquem decipiendum.*
Condemnatus de dolo efficitur infamis. eod.
Dolum obijciens illud probare tenetur. eo.
Contumacia est filia doli. eo.
3 *Contumaciæ tribus modis accipitur.*
4 *Sententia fertur in contumace si lis est contestata, & aliquo casu constaret de crimine liquide.*
5 *Præuaricator,calumniator, & tergiuersator differunt.*
6 *Contumax in ciuili an & quomodo condemnetur.*
7 *Contumax non auditur appellans,manu armata expellitur, nec auditur nisi refectis expensis, & data cautione de stando iuri.*
8 *Contumax acriter punitur.*

De contumacibus & dolosis.
Cap. IIII.

1 Dicturis de contumacibus, primō occurrit dicere de dolo sine quo † contumacia esse non potest. Est ergo dolus malus, quia est & dolus bonus, iuxta illud.

Est dolus æquiuocum, dolus est sapientia, fraus.

Diffinitio doli talis est magistralis, dolus est
2 † calliditas uel machinatio adhibita ad aliquē decipiendum ut ff.de dolo l.1.Et ideo condemnatus de dolo efficitur infamis ut ff.de ijs qui not.infam:l.1.& icctirco qui dolum obijcit,dolum probare tenetur. C. de dolo. l. dolum ad hoc extra de ord.cognit.l. cum inter dilectos. Dicto breuiter de dolo: & de contumacia uideamus, quæ est eius filia, sicut peccatum est fi-
3 lius iniquitatis,de pœnit.dist.3.ille Rex † contumacia enim tribus modis describitur à canone, cum citatus non uenit uel si uenit noluit parere iuri, uel recessit sine licentia iudicis. 11.q.3.certum est.Item in decret.inno.3.quot modis describatur contumacia scilicet si per canonem citatus non uenit,siue quia malitiose occultat, sicque impedit, ne possit ad eum citatio peruenire extra ut lit.non contest.quoniam frequenter. siue quia transtulit rem lite pendente in potentiores, extra de alien. iud. mut.cau.fac.c.1. & 2. Tamen circa processum contra contumacem sic distingue. Aut agitur criminaliter,aut ciuiliter.Si criminaliter, aut
4 est lis contestata,aut non si lis est † contestata,& aliquo casu constaret liquide de crimine, fertur sententia contra eum.3.q. 9. decernimus.ubi dicitur. Dilationem sententiæ de absentia non lucratur.Si autem non est lis contestata,secundum leges annotantur bona, & expectatur usque ad annum & si non comparet, res applicantur fisco.C.de requir.Reis.l. 2.Tamen secundum cano.tanta posset esse eius contumacia,quod reciperentur testes super crimi-
5 ne extra de dolo & contum ueritas † est tamē distinguendum inter præuaricatorem, calumniatorem, & tergiuersatorem ut leges distinguunt.2.q.3.c.euphemium.§ notandum est. & 4.q.5.quisquis.ad fin. si agitur ciuiliter, tunc distingue secundum l.1.ff.ad turpil. aut lis fit contestata,aut non si est contestata,aut liquet de causa aut non si liquet,fertur sententia contra ipsum extra ut lit. non cont. c. quoniam
6 frequenter † si non liquet,saltim perdit possessionem,auditur tamen super proprietate. extra de dolo & cont.c.prout nobis ad fin. Idem iuris est si est quasi contumacia extra ut lit.non cont.c Quoniam.ad fin.Si autem lis non est cōtestata, contumax uel excommunicatur, uel mittitur actor in possessionem causa rei seruādæ extra ut lite non conte. c. quoniam ad fin si tamen uenerit sedente iudice pro tribunali,
7 auditur ut ff. de in integ.restit. l. diuus † Itē si appellat.

si appellat contumax, non auditur. 24. q. 3. de illicita. 2. q. 6. c. ei qui. §. sunt etiam quorum. Item contumax manu armata expellitur 11. q. 1. petimus. Item non aperitur illi porta iudicij, antequam soluat expensas, & præstet cautionem de stando iuri extra de dolo & contu. ex litteris & c. cum dilecti extra de eo qui mit. in pos. c. cum sicut & c. cum uenissent. est enim peccatum idololatriæ. 32. d. c. præter hoc. §. ue
8 rum. Et † ideo acriter puniendum. 11. q. 3. absit extra qui fil. sint legit. c. per uenerabilem. Et hæc sufficiant causa breuitatis, licet ubertus de bobio de hoc non dixerit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna temere litigantium quæ sit.*
2 *Pœna pecuniaria in multis casibus imponitur temere litiganti.*
3 *Litigans temere in actione legis aquiliæ, & in actione legatorum per uim retentorum punitur pœna dupli.*
Legata pijs locis non soluens exacerbat Deũ usque ad inanitionem. eod.
4 *Negans se possidere seruum uel animal in actione noxali perdit illud.*
5 *Vocans temere in ius punitur circa uiatica & sumptus litis, & expensas.*
Possessor bonæ fidei si non fuit in mora non tenetur de fructibus ante litẽ cõtestatã. eo.
6 *Victus condemnatur in expensis.*
7 *Expensæ debent moderari secundum qualitatem negotij.*
8 *Consuetudines prouinciarum in pœnis attenduntur.*
9 *Pœna curialis mitigatur in causis ecclesiasticis.*
10 *Expensæ factæ ante litem contestatam debẽt peti in libello.*
11 *Iudex debet taxare expensas infra illam quãtitatem quam iurabit uictor.*

De expensis, sumptibus litis, & pœna temere litigantium. Cap. V.

Dicturi cum simus de expensis, & sumptibus litis, primo uidendum est de pœnæ temere litigantium unde oriũ-
1 tur expensæ, & sumptus litium † pœna temere litigantium calumniosaque est, nã quandoque talis efficitur infamis per sententiam, quandoque ipso iure scilicet in actione furti, ui bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo, de sepulchro uiolato, & expilata hæreditate, & in actione in factum contra mulierem calumniose missam in possessionem causa uentris, & in actione tutelæ directe & in actione mandati, & in actione depositi, & pro socio, quæ semper directe infamant. Ad hæc omnia instit. de pœn. tem. litig. §. ex quibusdam. ff. de dam. infec. l. 5. 6. q. 1. infames & c. quicunque. C. de appel. l. x proconsulibus. 22. q. 5. si quis cõuictus extra de iureiur. c. querela. 86. di. irreli-
2 giosus cum simil. Item † temere litiganti imponitur pœna pecuniaria, & in multis casibus. Primo si filiusfam. uel libertus sine uenia & licentia iudicis patrem uel patronum uocat ad causam in iudicium, punitur pœna quinquaginta aureorum, uel tanquàm inofficiosus uerberibus castigatur, si inopia laborat, instit. de pœn. tem. lit. §. ult. ff. de in ius uocan. l. pen. & ult. & in corp. cano. 2. q. 1. Prohibentur & 12. q. 2. qui manumittitur quæ est lex. ff. inserta ibi in c. episcopus qui. §. qui manumittitur a
3 corpore & 4. q. 3. c. si testes. §. lege iulia. † Itẽ in actione legis aquiliæ, & in actione legatorũ per uim retentorum punitur pœna dupli. instit. de pœn. tem. litig. §. aduersus. Et dicit canon, quod qui legata pijs locis non soluit exacerbat deum usque ad inanitionem fidei. 13. q. 2. qui oblationes & c. clerici. pœna legati punitur perdendæ possessionis, si per mendaciũ
4 negat se possidere ff. de rei uend. l. pen. † Itẽ in noxali actione si negat se possidere seruũ, uel animal qui dedit noxam perdit seruum uel animal aliud à seruo. ff. de noxal. l. si seruus depositus. §. si negauerit. Item temere litigans circa propriam scripturam uel circa numerationem sibi factam si conuincatur de mendacio uel per testes uel per instrumenta, punitur in duplum, si autem conuincatur per sacramentum sibi delatum, punitur tantum in expensis. ut in auth. de trien. & semis. §. studium. Pœna
5 † uocantis temere in ius talis est, quia punitur circa uiatica & sumptus litis, & expensas. ff. de iudic. l. eum quem temere extra de pœn. c. calumniam & audaciam. C. de fruct. & lit. expẽs. l. 1. & 2. quæ regulariter ueniunt post litem contestatam ut in præd. legibus. & extra de testam. c. Raynutius. Sed de fructibus ante litem contestatam non teneretur si fuit bonæ fidei possessor, & non fuit in mora, ut in d. c. Raynutius. ff. de usur. l. in fideicommissi secus si fuit malæ fidei possessor extra de restit. spol. c. gra-
6 uem. Item † expensæ & sumptus litis præstari debent ab illo qui uincitur extra de restitu. c. quoniam. C. de appel. l. eos. §. si quis. Etiam salaria aduocatorum præstabit ad arbitrium iudicis. ff. de uar. & extraord. cognit. l. 1. §. in
7 honorarijs. Et † moderari debent expensæ secundum qualitatem negotij in auth. de iudici. §. oportet. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato; & accedit ius canonicũ, quo probatur quod uictus uictori teneatur ad expensas. extra de rescrip. c. quia. extra de dolo & contum. c. finem litibus & c. dilecti. & c. cũ olim. extra de pœn. c. calumniam. extra de appel. c. sæpe. & c. significauerunt & c. ut debitus & c. cum causam. &

8 2.q.6.ei qui.§.quoties etiam † de pœnis autẽ
quæ dantur in curijs referas te ad consuetu-
dines diuersas prouinciarum.77.dist. utinam.
sunt tamen quædam personæ quæ non tenen-
tur ad istam acerbitatem iuris. C.de epis. aud.
9 l.tam de mentis & in causis † ecclesiasticis mi
tigatur pœna curialis, extra de dolo & contu.
c.1.& 33.q.2.interest nostra & 16.q.6. cogno
uimus.& c.de lapsis & c.illud & 12.q.2.frater-
nitatis extra de pœn.c.fratn. Debet tamen sa-
tisfacere aduersario quem lædit in expensis,
& litis sumptibus. C.de calum.l.2.& l.nõ prius
C.de iudic.l. properandum. §. finautem extra
de appel.c.cetenm & 3.q.3.c. induciæ accusa-
tis.§.spatium.2.q.1.in primis & 16.q.6. si epis
10 copum † Hoc teneas quod expensæ factæ ante
litem contestatam debent peti in libello. ff.de
ædilit.ædic.l.ædiles.§.penult.& in summa om
nes aliæ expensæ debent exprimi, alias peti nõ
possent. C. de fruct. & lit. expen. l. terminato
11 † debet enim iudex taxare infra illã quantita
tem quam iurabit uictor. 3.q.3.d. §. spatium.
ad fin.extra de restit.spol.c.ult.& 2.q.1.in pri-
mis. Reus tamen non tantum quandocunque
punitur. ff.de lega.2.l. qui solidũ extra de sen-
ten.excom.c.sacro. Vnde uersus.

Victus uictori sumptus dare iure tenetur.
Legibus astrictus puniri nemo meretur.
Nisi sit conuictus crimine, uel sponte fa-
tetur.

SVMMARIVM.

1 *Actionem ineptam proponens cadit ab instã tia iudicij.*
2 *Iudicij instãtia quibus casibus pereat.n. 3.6.*
4 *Iudicij instantia perit si delegatus causam remisit ad principem.*
5 *Iudicij instantia quanto tempore pereat in ciuili & in criminali.*
Iudicij instantia perit si aliquis de crimine per sententiam absolutus est. eod.
7 *Iudicij instantia perit si iudex uendit se in seruum uel apparet esse seruum.*
8 *Iudicij instantia perit per reuocationem mandati.*
9 *Iudicij instantia perit de rigore iuris si lis fuerit contestata sub fœmina.*
10 *Iudicij instantia perit, si iudex delegatus est effectus furiosus.*
11 *Contrahens cum uidua non potest uti priuilegio clericali.*

De instantia iudicij, qualiter & quot modis pereat. Cap. VI.

MVltis siquidem modis perit instan-
tia iudicij, etiam si non perda-
1 tur causa. † Primo si quis ineptam
proponat actionem cadit ab instan
tia iudicij.extra de iudic. c.examinata. Item
si sententia lata fuerit a delegato & exequu-
tioni mandata, etiam si non pereat, post an-
num perit iurisdictio, extra de offi.deleg.c.
2 quærenti. † Item perit instantia iudicij si iu-
dex delegatus est infamis, uel de iure uel de
facto impeditus, extra de rescrip. sciscitatus.
Item si est consanguineus, uel fuerit Aduo-
catus in eadem causa.extra de appell.c.postre
3 mo. † Item perit si iudices duo diuersas dede
rint sententias, uel duo arbitri diuersam pro-
tulerint sententiam, extra de sent.& re iud.l.
duobus. Item perit si unus delegatorum mo
riens nisi poneretur in compromisso clausu-
la, si ambo non poteritis interesse, unus ue-
strum causam huiusmodi nihilominus exequa
tur, extra de offic. deleg.c.uno delegatorum.
Item perit instantia iudicij, quando iudex
functus est officio suo, extra de offi. deleg.c.
4 ex literis. Item † Perit, si delegatus causam
reiecit ad dominum Papam. extra de offic.
lega.c.licet. Item perit instantia iudicij corã
illo iudice, si eius est factus uasallus unus ex
litigatoribus, extra de offic.deleg.c.insinuan-
te. Item perit instantia iudicij si aliquis de
crimine per sententiam absolutus est. extra
de accusat.c.de ijs criminibus. ff.nau.caup.l.
penult. extra de collus.deteg. c.2.& ult.extra
de calum.c.2.Item perit instantia iudicij in-
ter dominum & seruum in causa ciuili, siue
criminali. 3.q.9.c.ult.cum duob.anteced. Itẽ
5 † perit instantia iudicij in criminali, si infra
biennium non terminatur, & in ciuili infra
triennium. C.de iudic.l.properandum, & hoc
uerum est nisi per malitiam Rei fuerit procu
ratum, & per eius subterfugia.extra de iudic.
c.uenerabilis.ad fin.alias bene perit instantia
iudicij. Item si mortuus fuerit ante litem con
testatam, perit instantia iudicij siue arbitrij,
extra de arbitr. c.ex parte.& c.cum permis-
sum.argu. extra de testi. c.præsentata. Item
perit instantia iudicij, si ante litem contesta-
tam innocentes se absoluunt. 2.q.3.si quem.
Item perit instantia iudicij si se dederit alter
litigantium in arrogationem ei cum quo ac-
6 cusatur. † Item perit instantia iudicij si unus
litigantium effectus est monachus, uel conuer
sus illius Abbatis, a quo conueniebatur, uel
quem conueniebat. 19.q.3.ingredientibus.&
c.Relatum. Item perit instantia iudicij si se
uendidit illi seruum contra quem est. 30.q.2.
Relatum. & 3.q.9.c.ult. Item pone, quod duo
petunt quendam equum qui est positus in se
questrũ, & equus moritur, dicas, quod perit
instãtia iudicij, ad hoc 11.q.1.quia res.& simi
le.2.q.6.c.quoties.episcopi.& c.quoties post.
7 † Itẽ quid si iudex uẽdit se in seruũ uel apparet
esse seruum, perit instantia iudicij. 3.q.7.c.2.
§.tria sunt. Item si opponatur quod tempore

 impe-

impetrationis excommunicatus erat iudex, & probetur, perit instātia litigij quo ad istud iudicium. idem dico de omni exceptione qua repellitur iudex, uel annullatur iudicium, seu rescriptum. extra de rescrip. c. non ulli. & c. sedes apostolica, & c. super literis, & c. cum di
8 lecta. † Item perit instantia iudicij si mandator reuocat mandatum, extra de appella. c. ut nostrum. ff. de iudic. l. iudicium soluitur. Item
9 † si lis contestata fuerit sub fœmina perit de rigore instantia iudicij. 33. q. 5. mulierem. 3. q. 7. c. 2. §. tria. extra de uerb. signi. c. forus. ff. de reg. iur. l. fœminæ. & l. 2. ff. de iudici. l. ait prætor. & est ratio, quia iudicare est ius publicum & est officium publicum. ff. de iudici. l. quippe. nisi esset fœmina præexcellens. extra de arbitr. c. dilecti filij. & 12. q. 2. cum deuotissima. & 2. q. 5. neminem. 23. q. 4. si quos. &
10 c. qui peccat. Item † perit instantia iudicij si iudex delegatus est effectus furiosus. arg. 32. q. 7. nam furiosus. 3. q. 7. c. 2. §. tria. Item pone quod causa cōmissa est alicui sub tali forma, Innocentius episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio. P. clerico canonico talis plebis. &c. post citationem factus est episcopus ultra duas dietas. Item pone quod contraxit matrimonium cum esset in minoribus ordinibus, & dicas ad primum, quod potest subdelegare in illo episcopatu ubi erat plebs. Ad secundum dicas, quod si erat res spiritualis perit instantia iudicij. arg. ad primum. extra de exce. c. olim. Ad secundum extra de cleric. coniug. cum Ioan. Sed pone quod esset lis contestata, in eo casu dicas quod si contraxit cū
11 uidua, perit instantia iudicij, quia † non potest uti priuilegio clericali. 83. dist. quisquis. si autem cum uirgine & uult priuilegio clericali uti, adhuc poterit cognoscere. 33. distin. una tantum. Item pone quod factus est monachus, adhuc dico, quod si est consensus uel licentia Abbatis, posset procedere, quia Monachis committitur causa. extra de priuil. cū olim. secus si non est lis contestata.


Explicit liber sextus.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS.

Cuius materia est, ut in sequentibus continetur.

SVMMARIVM.

1 *Numerus septenarius est sacratus & quare*
2 *Numerus ternarius indicat Trinitatem.*



XPLICIT Liber sextus de quo nihil dixit Vbertus de Bobio. Incipit septimus, & ultimus liber, ad instar spiritus septiformis. † Septena-
1 rius enim numerus est sacratus, nam per septem dies currit tempus. 35. distin. 6. Item septem sunt petitiones dominicæ orationis. de pœnit. dist. 3. de quotidianis. Itē septem sunt ætates mundi, sex uiuentium, & septima morientium. de pœnit. dist. 1. §. opponitur. 12. q. 2. c. gloria episcopi. Item septem uicibus in die debemus Deo gratias reddere in diuinis officijs. 30. q. 1. peruenit. 93. distin. Diaconi qui. extra de celebrat. mis. cap. 1. unde uersus.

Hæc sunt septennis propter quæ psallimus horis.
Matutina ligat Christum qui crimina purgat.
Prima replet sputis, causam dat tertia mortis.
Sexta cruci nectit, laus eius nona bipertit.
Vespera deponit, tumulo completa reponit.

Item septem sunt spiritus ante thronum Dei. 93. distin. diaconi qui. Item septem sunt psalmi pœnitentiales. Item septem sunt beatitudines quia ultima ambit, scilicet. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Item septem sunt uirtutes timoris Domini,
2 egredietur uirga, &c. † Itē unus numerus surgit in ternarium numerum per quem Trinitas intelligitur, & quaternarium numerum per quem quatuor euangelistæ intelliguntur. Item surgit in quinarium numerū per quem quinque sensus intelliguntur, & quinque libri Moysi qui perambiunt uetus & nouum testamentum, & in binarium numerum per quem duo testaměta intelliguntur. Item surgit in senarium numerum, per quem sex hydriæ intelliguntur, per quas deitas incarnata est, & intelligitur, & surgit in monos per quod unitas trinitatis intelligitur, & una persona Christi amen. Diuiditur autem iste liber septimus in quatuor titulos seu capita. Primus est de sententijs. & interlocutionibus, Secundus, de appellationibus, Tertius de restitutionibus. Quartus de supplicationibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia terminata fieri debet licet petitio sit data sub disiunctione.*
2 *Sententia lata a iudice non sedente non tenet, quia eius officium est sedere.*
3 *Sententia in criminalibus & arduis causis sine scriptis lata est nulla.*
4 *Sententia lata per alium quam per iudicem,*

maxime

maxime per delegatum, non ualet.
5 *Sententia postquam lata est non potest cor*
rigi neque mutari, nisi eadem die, uel de
sumptibus & similibus.
6 *Iudices possunt remittere mulctam ratione*
paupertatis.
7 *Sententia quandoque est nulla ratione per-*
sonæ iudicis, puta, si mulier, seruus, uel
infamis.
8 *Iudex pedaneus non potest mulctare ultra*
duos aureos, nec cognoscit de causa status.
Sententia iudicis ciuilis in causa ecclesiasti-
ca non ualet. eod.
9 *Sententia contra res prius iudicatas a qui-*
bus appellatum non est non ualet.
Sententia non tenet ratione temporis fe-
riati. eod.
10 *Sententia non tenet ratione loci.*
Sententia non tenet ratione ordinis non ser
uati. eodem.
11 *Sententia non tenet non seruato ordine iu-*
diciorum.
Sententia lata sub conditione non tenet. eo.
12 *Sententia non debet feri secundum exempla*
sed secundum leges, nisi essent principes
qui faciunt ius.
13 *Sententia nõ continens absolutionem uel con*
demnationem est nulla.
Sententia lata a non habente iurisdictio-
nem est nulla. eod.
14 *Sententia lata a non suo iudice non tenet.*
15 *Sententia interloquutoria non obtinent uim*
rei iudicatæ.
16 *Interloquutoria est quæ fertur super emer-*
gentibus, causa principali durante.
17 *Forma sententiæ interloquutoriæ.*
18 *Forma sententiæ diffinitiuæ.*

De sententijs & interloquutionibus omnium iudicum, & de earum speciebus. Cap. I.

DIcturi de sententijs & interloquutio
nibus, primo occurrit quod uidea-
mus de sentẽtia quæ sine certa quan
titate profertur. Et est dicendum &
1 tenendum † Quod licet petatur sub disiun-
ctione ut cum petitur Pamphilus uel stichus
tamen sententia terminata debet feri, secun-
dum quod exigit obligationis natura. ut in
noxalibus. Potest iudex pronuntiare quod de
tur animal pro noxa, uel decem. secundum
æstimationem litis. ff. de noxal. l. 1. & 2. instit.
si quadr. paup. fecis. dic. in prin. & instit. de of
fic. iudic. & est ratio, quia incertum petitur
id habes. C. de sent. quæ sin. cer. quant. l. quan
quam. si tameo petitur ecclesia cum pertinen
tijs suis, talis libellus admittitur, & senten-
tia super eo lata tenet, extra de except. c. cum
uenerabilis. arg. 11. q. 2. c. si quis iam. Item ui
dendum est, quibus de causis sententia dica-
2 tur nulla. & dico † quod si iudex stando non
sedendo recitet sententiam, non tenet, quia
eius officium est sedere. 30. distinct. Discipli-
na ad finem. ff. quis or. in bon. possess. l. secun-
da. §. Diem. & §. in bonorum. & in authent.
ut ab illus. & qui super eos sunt. §. qui eos. &
§. sancimus igitur ut cogant &c. col. 2. expres
sumq; est. C. de sent. ex breuic. recit. l. 1. Item
3 † nulla est in criminalibus & in alijs arduis
causis si feratur sine scriptis. C. de sent. ex bre
uic. recit. l. statutis. & 2. q. 1. in primis. & c. le-
4 gum. † Item non ualet si per alium legatur,
& non per iudices, maxime delegatos. C. de
sent. ex breuic. recit. l. ult. Et hoc uerum est,
nisi illustris uel episcopus inter suos iudicet,
& in causis breuibus, ut in auth. ut cler. apud
propr. episc. in prin. 11. q. 1. si quis cum cleri-
co. & lege Theodosiana. quicunque litem. Et
in auth. ut iud. sine quoq. suffr. §. necessitate.
5 Item † postquam lata est non potest corrigi
neque mutari. C. de senten. ex breuic. recit. l.
ult. §. sed nescit, nisi tantum eadem die, uel
fructibus & sumptibus, & simillibus. ff. de re
iudi. l. Paulus. 35. q. 9. c. loci. & c. Apostolicæ,
6 & c. graue. & c. sententia. † Item possunt iudi
ces remittere pœnam pecuniariam quæ dici
tur mulcta ratione paupertatis. ff. de offi. præs.
l. illicitas. extra de restit. spoliat. c. olim. extra
de usur. cum manifestos. extra de solut. Odo-
7 ardus. C. de modo mulct. l. eos. † Item senten
tia est quandoque nulla ratione personæ iudi
cis, scilicet si est mulier, seruus, uel infamis. ff.
de iudic. l. cum Prætor. §. non autem. & 3. q. 7.
c. 2. §. tria. ff. de offi. præsi. l. Barbarius. Item ra
tione causæ & iudicis, scilicet si iudex erat.
8 † pædaneus qui nõ potest mulctare ultra duos
aureos, nec de causa status cognoscit. C. de
pæda. iudic. l. 2. ff. de arbitr. l. non distingue-
mus. §. de liberali. extra de restit. in integ. c.
ult. & 2. q. 6. §. diffinitiua. Item si est causa ec-
clesiastica & tractatur per iudicem ciuilem.
9 in auth. ut cler. apud propr. episc. † Item non
ualet contra res prius iudicatas, a quibus ap-
pellatum non est, ut C. quan. prouoc. non est
nec. l. 1. & 2. q. 6. c. ei qui. d. §. diffinitiua. extra
de sent. & re iud. c. cum inter nos. Itẽ ratione
tẽporis feriati non tenet snia. ff. de fer. l. 1. ex
10 de feri. c. conquestus. 15. q. 4. c. s. 2. 3. † Item
non tenet ratione loci, puta si in lupanari, uel
in popina feratur sententia, uel in alio inho
nesto & inconsueto loco. C. de sent. & interl.
l. cum sententia. Item non tenet sententia ra
tione ordinis non seruati, scilicet quia debuit
condemnare procuratorem, & condemnat do
minum litis. C. de sent. & interl. l. 1. Item hoc

nota, quod in criminibus dominus damnatur
11 non procurator. C.de iniur.l.ult. † Item non
tenet ſententia ſi non ſeruauit ordinem iudi
ciorum, ſcilicet ſi lis non ſit conteſtata, uel ſi
primo ſententiauit, & poſtea examinauit cau
ſam, ut C.de ſent.& interloq.l.prolatam. acce
dit can.2.q.6.d.§.diffinitiua. extra de elect.c.
dudum.il ſecondo. Item ſub conditione lata
non tenet.ff.quan.appel.ſit. l.1.§.quid ergo.
12 † Item non debet feri ſententia ſecundum
exempla, ſed ſecundum leges & canones niſi
eſſent principes qui faciunt ius. C.de legi.&
conſtit.l.ult.etiam ſi ſententia lata ſit a prin
cipe ſine ſcriptis.25.q.2.inſtitutionis. & hoc
uerum eſt cum inuenitur ius expreſſum. alias
contra.20.diſtin.c.ult. & eſt ratio de exem-
plis, quia non debemus reſpicere quod in tali
loco ſit, ſed quod in eodem loco fieri debuiſ-
ſet. ff.de of.præſi. l.ſed & licet. Alibi etiã dicit
canon. Quod non eſt laudandũ hieroſolimos
fuiſſe ſed hieroſolimos bñ uixiſſe.12.q.2.glo
13 ria † epi. Itẽ nulla eſt ſnĩa ſi non continet
condemnationem uel abſolutionem.C.de ſen
ten.& interl.om.iud. l.Præſes.2.q.6.d.§.diffi
nitiua.uel aliud æquipollens. extra de uerb.
ſigni.in ija autem.ff.de ſenten. & re iudic.l.
1. Item ſententia nulla fuit ſi nulli iuriſdi-
ctioni præerat qui tulit eam. C. de ſenten.
& interloq.l.nulli. Et eſt ratio, quia ſenten-
14 tia † lata a non ſuo iudice nullam obtinet fir
mitatem.extra de iudic.c.at ſi clerici. & 2.q.
1.in primis.11.q.1.in clericorum. de interlo-
quutorijs autem ſententijs nota, quod inter
15 loquutoriæ † ſententiæ nõ obtinent uim rei
iudicatæ, quia nec omnis uox iudicis autho-
ritatem rei iudicatæ obtinet. C.de ſent.& in-
terl. l.ex ſtipulatione. & l.poſt ſententiam.
16 Item † interloquutoria eſt quæ profertur
inter principium & finem ſuper emergenti-
bus uel incidentibus negotijs, cauſa princi-
pali durante.extra de teſti.c.ſignificauerunt.
extra de elect.c. dilectus filius. & fit quando-
que ſimpliciter ſine ſolemnitate iuris. C.de
fi.inſtrum.l.iudices. Item quod interloquuto
ria nõ ſit diffinitiua probatur. C.de reb.cred.
l.penul. formabis ergo ſic interloquutoriam.
17 † Cũ inter tales ex una parte & tales ex alia
quæſtio ſuper tali cauſa uerteretur, incidens
uel emergens quæſtio interceſſit, ſuper qua
interloquendo pronuntio talem admittendũ
ad probationẽ uel non admittendum ad quar
18 tam productionem, uel quid ſimile.&c. † In
diffinitiua ſic formabis ſententiam, ego talis
iudex delegatus, cuius delegationis tenor ta-
lis eſt,& ponat totam delegationem uel ſub-
delegationem, ſi fuerit ſubdelegatus, uiſa pe-
titione libelli talis domini, uel talis ſindici,
uel procuratoris nomine talis, uel taliũ, quæ
talis eſt. A uobis domino Ioanne de Deo iudi
ce peto ego Actor præsbyter, & ponas totum
libellum. Item uiſis probationibus & allega-
tionibus utriuſque partis, talem procurato-
rem, uel ſindicum abſoluo, uel condemno no
mine domini ſui uel talis eccleſiæ, & ita diffi
nitiue pronuncio, ſententiando quod tali die
ſoluat, uel faciat hoc, uel hoc, & tali impono
ſilentium perpetuum, prouideat ſi agit procu
rator quod non condemnet dominum niſi in
cauſa iniuriarum. C.de iniur.l.ult.& ita in ar
bitrio. Et ſic explicit de ſententijs, de quibus
nihil dixit Vbertus de Bobio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio eſt inuenta ut iniquitas uel igno rantia iudicantium corrigatur.*

2 *Appellatio eſt prouocatio ab iniqua ſententia a minori iudice ad maiorem.*

Appellans ad quæ exprimenda teneatur. eo.

3 *Appellatio interpoſita ab uno ex conſortibus litis ſufficit pro omnibus.*

4 *Sententia nulla quandoque per appellationẽ fit aliqua.*

5 *Dãnatus iniuſte poteſt appellare ſi liber eſt.*

6 *Seruo criminaliter damnato quale remedium competat.*

Filius in criminali poteſt appellare pro patre.eod.

7 *Procurator etiam poſt litem conteſtatam cũ ſit dominus litis poteſt appellare.*

8 *Venditor poteſt appellare ſi emptor uictus fuerit & econuerſo.*

9 *Appellatio poteſt ratione humanitatis a quocunque pro capitaliter condemnato interponi.*

10 *Pater & mater poſſunt appellare pro filio condemnato, ipſo etiam inuito.*

11 *Appellari poteſt a quolibet extraneo pro condemnato, dummodo ratam habeat appellationem.*

12 *Legatarius poteſt appellare ſi hæres ſit damnatus & ab hæreditate expulſus.*

13 *Victor poteſt appellare ſi ſententiam non credit ſufficientem.*

14 *Nominatus ad publica munera ciuitatis an & quando appellare poßit.*

15 *Nominatus ad tutelam uel curam non poteſt appellare, ſed ſe excuſare, & ſi excuſatio non admittitur, poteſt appellare ab hoc.*

16 *Appellari non poteſt ab interloqutoria niſi iudex in ciuili uel in criminali incipiat a quæſtione contra legem.*

17 *Appellatio ab interloqutorijs datur ſecundum canones.*

Appellatio

18 *Appellatio non datur a sententiâ lata super possessione.*
19 *Appellari potest ab iniuria iudicis de facto exequentis vel punientis.*
20 *Pœna differtur si appellatur a maioribus condemnationibus, secus si a minoribus.*
21 *Appellatur ab exequutione exequutoris male interpretantis sententiam in exequêdo.*
22 *Princeps solus potest delegare appellatione remota.*
22 *Personæ a quibus non datur appellatio.*
23 *Appellatio debet fieri gradatim.*
24 *Appellatio qualiter debeat interponi.*
25 *Appellator potest reuocare libellum appellationis si causa iã alij commissa non fuit.*
26 *Appellatio hodie non interponitur nisi a manifesto grauamine.*

De appellationibus, earum origine & effectu. Cap. II.

Dicturis de appellationibus (quia de consultationibus, id est relationibus in præced. lib. supra dictum est) occurrit multiplex diuisio, unde nidendum est quare fint introductæ appellationes, & quid sit appellatio, & quis possit appellare, & a qua & à cuius sententia, & ad quẽ, & qualiter fiat appellatio, & intra quæ tempora, & de omnibus tractemus per singula
1 membra. Est † autem inuenta appellatio ut iniquitas uel ignorantia iudicantium corrigatur. 3. q. 5. quia suspectus. extra de excep. præla. c. dilectus filius. 2. q. 6 c. ei qui. §. diffinitiua & 2. q. 6. decreto nostro. & c. Anteriorum legsi
2 ff. de appe. l. 1. Item † est autem appellatio ab iniqua sententia prouocatio de minori iudice ad maiorem iudicem. ff. eo. l. 1. 2. q. 6. decreto nostro. & c. arguta, & cap. anteriorum. & c. Biduum. Item debet exprimere appellans nomen suum, & nomen iudicis, a quo appellat, & nomen uel dignitatem eius, & causam quare appellat, & utrum proprio nomine uel procuratorio, hoc totum habes in canone. 2. q. 6. c. post appellationem. §. forma apostolo-
3 rum hæc est: Item † sufficit si unus ex consortibus appellauerit eiusdem litis, sed si obtinuerit uictoriam, prodest alijs si eodem iure iuuetur. extra de appel. una sententia. 2. qõ. 6. c. ei qui § quandoque unam, & §. si autem. secus si diuerso iure. ut in præd. iur. & ff. eo. l. 1. §. ulti. & l 3. & hoc est, si causa est diuersa, uel minor restituatur, ut in præd. iur. ff. de appel l. si expressim. & l. ex consensu. §. p rocurator.
4 † Item nota quod quandoque sententia quæ nulla est per appellationem fit aliqua. Puta si procurator falsus erat, & Dominus appellat a sententia lata contra pr ocuratorem. ff. rem
5 rat. hab. l. 3. §. ult. † Item omnis homo uel fœmina iniuste damnata potest appellare, si libera est uel liber. 2. q. 6. Ad romanam. il primo, & secundo. c. Quoties episcopi. c. ideo huic. & c. qui se scit. & 9. q. 3. potest. & ca. circa, extra de appel. sicut Romana. & c. sæpe. cum suis si-
6 mil. † Seruus autem appellare non potest, sed in criminali Dominus pro eo appellat, uel alius nomine domini. & si nullus pro eo appellat, ipsemet seruus damnatus potest implorare triste auxilium, quia non potest appellare neque pro se, nec pro domino, hoc etiam totum habes. ff. de appel. l. serui. & l. Lutius. & l. creditor. primo resp. 3. q. 4. c. nulli. Secus in filiofa. qui pro patre potest appellare. ff. de appell. l. ex consensu. §. filium. & mater etiam pro fi-
7 lio condemnato. 2. q. 6. non solent. † Procurator etiam post litem contestatam cum sit dominus litis posset appellare, etiam pro se, uel procuratorio nomine, & procuratorem potest constituere. ff. eo. l. cum tutori. & l. ab executione. §. ult. & in cano. extra de procur. c. non iuste. §. potuit. Item dominus poterit appellare cum uenerit ad eius notitiam: si procurator damnatur, non appellat. 2. q. 6. c. Biduum. & §. palam est in eo. c. extra de procur. non iu-
8 st. † Item potest uenditor appellare, si emptor uictus fuerit, & econuerso. & datur optio emptori defendendi, & idem iuris est de creditore, & debitore si res ab alio euincatur. ff. de appel. l. ab exequtione. §. ab alio. & ita fideiussores debitoris, uel creditoris, uel ementium, uel uendentium, quia sua interest, appellare possunt. arg. 2. q. 6. c. non solent. extra
9 de præben. dilecto filio. † Ratione humanitatis in causa criminali potest quicunque pro condemnato appellare ad hoc quod eius sanguinem redimat, cum sit proximus, ut dicitur in cano. de pœnit. dist. 2. c. charitas est ut mihi uidetur. §. item proximos. ubi dicitur quod proximi sunt nostræ naturæ participes. ff. de appel. l. non tantum. ff. quan. appel. sit. l. 1. & 2.
10 §. ult. † Et pater & mater possunt appellare pro filio condemnato eo etiam inuito. 2. q. 6. c. non solent. licet ab initio mater in principali defendere non possit. ab iniur. ff quan. appel. sit. l. 2. §. pen. ff. de appella. recip. l. 1. nisi laboraret morbo uel ætate. ff. de procurato. l.
11 fœminas. & 3. qõ. 7. c. 2. §. tria. † Item potest quilibet etiam extraneus appellare pro condemnato, dum tamen condemnatus ratam habeat appellationem. ff. de appel l. 1. & l. olim. & l. Biduum. argum. ff. rem rat. hab. l penulti. & hoc infra. 10. dies 2. qõ. 6. c. anteriorum. idẽ dicit Azo. Ego Ioannes de Deo contra secundum canones. extra de præben. c. dilecto. 2. q. 6. non solent. & intelligo leges præallegatas in gestoribus negotiorum, ut dicit illa lex canonizata 2. qõ. 6. non solent, quia si potuerunt negotium gerere, ita possunt appellare,
12 ut ibi dicitur. † Item nota quod si hæres damnatus esset & ab hæreditate expulsus, legatarius posset appellare, quia sua interest, nam forte

sorte hæres collusit cum aduersario ad hoc
quod legatarij nihil haberent. ff.de appel.l.a
sententia.§.si hæres. & l. si perlusorio.primo
13 resp. † Item nota quod qui uincit potest ap-
pellare si sententiam non credit sufficientẽ,
nisi esset absens per contumaciam. C.de iudi.
l.properandum.§.si uero.extra de exces.præ-
lat.c.significauit nobis. Etiam extimatio pos-
set fieri in expensis quanti uictoris interest.
ff.de appel.l.creditor.extra de appel.ca.sæpe.
14 † Item nota quod si quis nominatur ad pu-
blica munera ciuitatis,scilicet publica autho
ritate & utilitate,ut ad decurionatum uel ma
gistratum,uel ad alios honores,appellare po-
terit,dumtamen ad consilia publica facta fue
rit nominatio,alioquin non tenet,nec appel-
lare est necesse.C. de appel.l. si ad scribatum.
C.quan.appel. non est neces.l. quo ad ciuilia.
& l.nominationes.hæc omnia habes in cano-
ne.2.qõ.6.c.ei qui appellat.§.diffinitiua.& c.
15 Biduum. † Sed pone quod aliquis est nomina
tus ad tutellam uel curam quæ sunt publica
munera tantum authoritate & non utilitate,
dicas,quod appellare non potest sed excusare
se debet,infra quinquaginta dies,& si excusa-
tio non admittatur,appellare potest.ff. quan
do appel.sit.l.1.§. siquis tutor.& hoc habes.2.
16 q.6.c.Biduum iuxta prin. Item † nota quod
secundum leges,ab interloquutoria non potest
appellari. nisi in casu, scilicet cum iudex in
ciuili incipit a quæstione, uel in criminali si
contra legem facit.ff.de appella. recip.l.ante
sententiam,& in canone.2.qõ.6.c. ei qui.§.in
occultis.extra de appel.c.super eo quod & 6.q.
1.c.quæro ergo.§.uerum. & c. Nullus omni-
17 no. tamen secundum canones est secus:† quia
appellatur ab interloquutorijs,extra de elec.c.
cum dilectus.extra de testi.c.significauerunt,
extra de appel.ut debitus.& c. cum speciali.&
c.cum cessante.2.q.6. ad romanam. & c.quo-
18 ties.cum simil. † Item à momentanea posses-
sione non appellatur, idest a sententia lata su
per possessione,& est ratio,quia remanet quę
stio proprietatis.C.si de momen. pos.fuer.ap-
pel.l.uni.& hæc est posita.2.q.6.in c.ei qui.§.
de possessione etiam.& hoc uerum puto,quan
do malitiose impeditur restitutio.extra de re
stit.spol.ex quæstione.& c. ex litteris. & c.itẽ
19 cum quis. † Item potest appellari ab iniuria
iudicis de facto exequentis uel punientis, uel
consimilibus.C.de appel.l. si quis prouocatio
ne.3.q.5.quia suspecti.2.q.6.ei qui.§.ab exe-
qutore, Item potest appellari a tota senten-
tia uel a parte,extra de testam.ca.Raynutius.
20 & c.Raynaldus.ff.de min.l.etiam. † item ex-
cusatur & differtur pœna si appellatur a ma-
ioribus condemnationibus,secus si a minori-
bus.ff.nil nou.appel. interp.l.uni. §.ulti.& in
canone.2.q 6.c.ei qui.§. si autem unus. & ca.
post appellationem.§. si quis ex pluribus faci
21 noribus. † Item si exequtor male interprete
tur sententiam in exequendo, appellatur a ta
li exequtione.ff.de appe.l. ab exequtore.& 2.
q.6.c.ei qui.§.ab exequtore. & extra de app.
22 nouit. † Item solus Princeps potest delegare
appellatione remota.C. de appel.l.etiam eos.
ff.a quib.ap.non lic.l.1.§.ul.& in canone ex-
tra de offi deleg.c.super quæstionum. & c.pa-
storalis.ad fi.Item a Principe non appellatur.
9.q.3.cuncta per mundum.& c.ipsi sunt. & c.
patet.Item a senatu etiam princeps appella-
re non potest.ff.a quib.appel.non lic.l.1.ergo
nec a papali sinodo.16.q.1. ecclesia habet se-
natum. Item a sententia præfecti prætorio
non appellatur secundum leges. C.de senten.
præf.prætor.l.uni.2.q 6.c.Anteriorum. Item
ab arbitro non appellatur. 2.q.6.c.a iudicibus
§.quod de arbitris.C.de arbitr.l.1.ff. de arbi.
23 l.non distinguemus. Item † gradatim debet
fieri appellatio,extra de appe.c.dilectus.& 2.
q.6.c.anteriorum.§.illud etiam.nisi appelle-
tur ad principem.ff de appe.l.imperatores. &
2.q.6.ad romanam.& 9 q.3. cuncta per mun-
dum.Item tenendum est, quod si delegatus a
Principe de subdelegatione quam alijs com-
misit aliquid sibi reseruat ad delegatum prin
cipis est appellandum.ff. quis & a quo appe.l.
1.§.ult.extra de offic.deleg.c. super quæstio-
num.& c.pastoralis. C.qui pro sua iuris l.uni.
24 fit † appellatio apud acta sola uoce, & si non
apud acta,id est, si non incontinenti, cum se-
det iudex pro tribunali appellans in scriptis
dare debet appellationem.ff. de appe.l.1.& 2.
C.eo.l.litigatoribus.& l.eos.§.si autem.& hoc
habes.2.q.6.c.ei qui.§.litigatoribus.Sed uide
tur per ius nouum, quod hodie semper dari
debeat in scriptis, & causam quare appellat
assignare,extra in concilio lugdunensi.cordi.
& tutius est. Item formam concipiendi libel-
li appellationis habes ff.de libel. dimis.qui a-
25 post.dic.l.1.Item nota, † quod libellum ap-
pellationis appellator posset reuocare si cau-
sa iam alij commissa non fuit.C.eod. titu.l.si
quis libellos.& 2.q.6.c.ei qui. §.si quis libel-
los.& melius in decretal.extra de appel.c.in-
terposita.tamen damnabitur in expẽsis ut ibi
26 dicitur. Hodie † tamen sic restricta est appel
latio quod non appellatur nisi , a manifesto
grauamine, extra de appel.c. ut debitus. nec
potest causam mutare.extra eo.ti.dilecto.nec
tenetur eandem causam postea probare,si uo-
luit probare & grauamen coram iudice a quo
appellauerat,& non fuit admissus.extra eod.
tit.c.interpositas.&c.

SVMMARIVM.

1 *Minores dicuntur qui nondum compleuerũt 25.annum de momento ad momentum cõputandum,& ad quid seruiat hoc.num.2.*

3 *Minoribus succurritur si sint liberi.*

Serui nunquam restituuntur nisi deberetur eis fideicommissaria libertas. eo.

Minor restituitur si ipse uel tutor uel cura-

tor decipiatur, secus si procurator, nisi ut. eod.

4 *Minori succurritur etiam si negotijs alienis se miscuerit sine mandato, uel Dominus cedit beneficium restitutionis.*

Minori succurritur si decipiatur sui facilitate uel aduersarij calliditate, secus si iure communi usus est. eo.

Casus fortuitus non potest prauideri. eo.

5 *Minori non succurritur quando iuuatur iure communi.*

6 *Minor non restituitur ex contractu paterno, & si tempus solutionis incidat in tempus minoris atatis, si pater esset mortuus.*

Minores iuuantur in obligationibus amissis. eod.

7 *Maior aquitate suadente propter prauaricationem aduocati restituitur.*

Maior 20. annis si permisit se uendi ad pretium participandum, non debet restitui. eo.

8 *Minor restituitur ubicunque laedatur.*

9 *Restitutio non datur pro minima re.*

10 *Minor in quibus casibus non restituatur.*

11 *Restitutio non petitur actione, sed solo indicis officio.*

12 *Minor deceptus a seruo uel filiofamilias restituitur, & tenetur dominus uel pater eũ restituere.*

13 *Minor potest renuntiare beneficio restitutionis etiam post ipsam impetratam.*

14 *Ecclesia an & semper restituenda sit.*

15 *Ecclesia in omni casu debet restitui ubicunque lesa fuerit.*

16 *Restitutio semel non denegata ecclesiae non datur iterum in eodem facto.*

De restitutionibus tam minorum quam aliorum. Cap. III.

Dicturis de restitutionibus primo occurrit dicere de minoribus qui ratione aetatis restituuntur. unde uidendum est quibus minoribus succurratur, & in quibus, & quando, & qualiter, mi-
1 nores † autem dicuntur qui nondum compleuerunt. 25. annum de momento ad momentum computandum, & hoc uerum est propter fauorem praescribentis, & minoris aetatis. ff. de minor. l. 3. §. minorem. & ita in usucapionibus computabitur. ff. de usucap. l. in
2 usucapionib. † Secus autẽ est in praescriptionibus male fidei, scilicet triginta annorum. ff. de act. & oblig. l. in omnibus. quod secundum canones non habet locum, quia nisi bona fide & iusto titulo non praescribet. extra de praescrip. c. si diligenti & uigilanti. Quod dictum est de usucapione, seruatur etiam in libertate, & testamentis conficiendis, ut 14. annis quibus iura fauent. ff. de manumiss. l. 1. ad hoc.
3 ff. ad Trebel. l. qui filium. Item † succurritur minoribus si tamen liberi sint, quia serui nunquam restituuntur nisi deberetur eis fideicommissaria libertas. ff. de fideicommiss. liber. l. tertia. §. ultimo. & l. quarta, & quinta. Item restituitur minor si ipse, uel tutor, uel curator decipiatur. C. si tut. uel cura. interu. l. etiam. secus si decipiatur procurator, nisi forsan ipse procurator non esset soluendo. ff. de min. l. cũ mandato. Et haec est causa, quare tutor & curator generaliter ex necessitate, & procurator ex uoluntate & utilitate gerit; quia spernere mandatum potest, acceptum autem finire necesse est. Item † succurritur mi-
4 nori etiam si se negotijs alienis miscuerit sine mandato nisi dominus cedit beneficium restitutionis. ff. de minor. l. quod si minor. iuuatur minor si decipiatur sui facilitate, uel aduersarij calliditate, secus si iure cõmuni usus est, quia tunc non iuuabitur. C. de rest. min. l. ult. & est ratio, quia euentus damni non inducit restitutionem, nam casus fortuitus nõ potest prauideri, extra de homici. c. penult. & ult. & ff. de minor. l. uerum. §. item nou restituitur. & §. si locuples. C. qui & aduer. quos. l. 1. quia hoc non eo ipso quod minor est se circumscriptum docuit. C. de minor. l. minoribus. ff. de iureiur. l. nam postea. §. si minor. ut si in mutuo propter foeneratoris odium. C. si
5 aduers. cred. l. 1. † Sed pone quod ipso iure nõ ualeat contractus, tunc non debet restitui cum ipso iure possit iuuari, scilicet iure cõmuni. extra de in integ. restit. constitutus. ff.
6 de minor. l. in causae. Item † non restituitur minor ex contractu paterno, & si tempus solutionis incidat in tempus minoris si pater esset mortuus. ff. de minor. l. Emilius. C. de ijs quibus ut indig. l. Polla. ff. ex qui. cau. in poss. ear. l. apud iulianum. ff. de iure fisci. l. nicus. Itẽ sciendũ est igitur minores iuuari in obligationib. amissis. ff. de min. l. minor aũt. §. 1.
7 & l. minor annis. 25. Itẽ nota † quod maior etiã aequitate suadente propter praeuaricationem Aduocati restituitur. C. de aduoc. diuer. iud. l. 1. & l. et si minor. ff. de consess. l. certum. §. penult. Item si permisit se arrogari ab homine malo, uel paupere, potest & debet restitui, secus si maior. 20. annis permisit se uendi ad pretium participandum. ff. de minor. l. denique. §. si quis. & l. si ex causa. §. Papinianus. & melius in tali casu quando se secundum formam iuris uendidit, ibi poterit parro cinari. 22. q. 1. relatum. secus si petatur in seruum, & non uult se defendere. ff. de liber. cau.
8 l. 1. 2. & 3. † Item restituitur in optione, si cum potuit eligere meliorem, eligit deteriorem, & breuiter ubicunque laedatur. ff. de minor, l. ait praetor. §. non solum. & §. hodie. & l.

& l etſi ſine. §.quæſitum. extra de reſt.in in-
teg.c.1.& c.conſtitutus. & c.auditis. ff.de mi
nor l.ſi minor.& l. Pater. §.penul.& l.quod
9 ſi minor. Pro † minima re tamen non datur
Reſtitutio. ff.de integ.reſtit.l ſcio. quod iudi
cis committitur arbitrio. ff.de iur.delibe.l.1.
§.penult. & ult.ff.de minor. l etſi ſine. Item
nota, quod ſunt cauſæ in quibus minor non
10 reſtituitur, ſcilicet † ratione doli ſui & ratio-
ne uendacij, & ratione iuramenti ſui corpo-
ralis, & ratione priuilegij libertatis, uel ra-
tione priuilegij patris, uel patroni cõtra quẽ
uult reſtitui, uel quia ſemel denegata eſt re-
ſtitutio, de hoc habes.C.ſi min.ſe maio.dix.l.
1.2.3.C. ſi aduerſ.uend.per tot. C.ſi aduer.li-
bert.per tot.C.qui & aduer.quos.l.1.2.& qua
ſi per tot. C.ſi ſep.in integ.reſtit.fuer.poſtul.
l.1. Item ſi impetrauit ueniam ætatis non re-
ſtituitur ſuper ijs quæ poſtea acta ſunt. C.de
ijs qui uen.ætat.impetr.l.1.Item ſi factus ma
ior patiatur labi quadriennium, obijcitur
quod non poteſt petere reſtitutionẽ. C.ſi ma-
ior fac.fu. l.1.& 2. C.de temp.reſtit. peten.l.
11 ſuperuacuam. Item hoc nota † quod reſtitu-
tio non petitur actione, ſed ſolo iudicis offi
cio.ff de minor.l.quod ſi minor. §.ult.& l mi
nor. §.1.& l.illud. §.1.& l.quod ſi ſpecialis.&
dabitur utilis actio in rem.i.petitio officio iu
dicis.ff.de minor.l.in cauſæ.& l.plane, & no-
tabitur aduerſa pars ut obijciat ſi uult ff.de
minor.l.uerum. §.ſciendum.& l.etiam.& l.in
12 cauſæ.§.cauſa.Item † nota quod quandoque
reſtituitur minor deceptus a ſeruo uel filiofa
milias, & tenetur dominus uel pater eum re
ſtituere.ff.de minor.l.item quod ſi minor.§.
ſi ſeruus. dicunt tamen quidam, quod ſi nil
peruenit ad dominum liberatur in ſola caſti-
gatione ſerui.ff.de ijs qui deiec.uel effud.l.1.
§.cum ſeruus. ff.de minor.l.ſed ſi unus. §.cũ
ſeruus. ff.de iuriſd.om.iud.l ſi quis. §.in ſer-
uos. Item hoc nota quod in hoc capitulo &
aduerſarius reſtituitur ſi uult etiam maior ff.
de minor.l.quod ſi minor. §.reſtitutio. & l.
13 pater. §.1.& l.etiam.§.1. Item † poteſt mi-
nor poſt impetratam reſtitutionem renuntia
re benefi cio reſtitutionis, quod pro ſe eſt in
troductum. ff.de minor.l.ſi iudex. De iſtis re-
ſtitutionibus minorum, habes in canone.1.
q.5. c.1.& c.cauſa. 20.q.3. Præſes.& 20.q.2.
illud.& 33.q.2.in adoleſcentia. extra de reſti.
in integ.c.1.& c.auditis. & c.conſtitutus.ex-
14 tra de appel.c.ul.de † reſtitutione eccleſiæ di
uerſi diuerſa tenent. Quidam dicunt, quod
ſemper eſt reſtituenda, extra de reſtit. in in-
teg.c.requiſiuit. Alij dicunt ſemper, id eſt in
omni contractu, ſed ſecundum quoslibet uſq;
ad quatuor annos, ſicut & minor factus ma-
ior, quod uolunt habere per illam decreta-
lem præal. ubi dicitur iure minoris.& in c.
auditis & intellectis. ubi dicitur, quod reſti
tuatur ad allegegationes ommiſſas iure mi-
noris, Alij etiam ſic intelligunt, quod uſque
ad uiginti nouem annos poſſit eccleſia pete-
re reſtitutionem, & ita uolunt intelligere iu-
ra præallegata, ubi dicitur, iure minoris.
Ego autem Ioannes de Deo cum magiſtris &
15 doctoribus meis dico, quod † in omni ca-
ſu debet reſtitui ubicunque læſa fuerit, ex-
tra de reſtit in integ.c 1. & c.cum ueniſſet.ad
fin.ubi reſtituitur ad priuilegium oſtenden-
dum, contra ſententiam.& c.auditis, ubi reſti
tuitur ad ommiſſas allegationes. & extra de
priuil.cum olim.extra de reſtit.in integ. c.ex
literis.ubi reſtituitur contra ſententiam do-
mini Papæ. & c.ſciſcitata. & c.coram.ubi re-
ſtituitur ad inſtructionem cauſæ. Item & inci
denter coram quocunque arbitro, ſed non
principaliter, niſi coram ordinario uel dele
16 gato, extra de reſtit.in integ. c. cauſam. † ſic
ſi ſibi denegata non fuerit, non dabitur ite-
rum in eodem facto. extra eo.tit.c.ult. Et di
cas, quod datur uſque ad præſcriptionẽ com
pletam.16.q.3.ſacerdotes.Et qui ſentit ſecus,
pecus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio debet interponi infra decem dies.*
Supplicatio poteſt porrigi uſque ad biennium eodem.
2 *Seruus poteſt pro domino ſupplicare, licet non poſſit appellare.*
Appellatione pendente, nihil debet innouari.eodem.
3 *Supplicatio per ius canonicum poteſt porrigi quamprimum poterit.*
4 *Reſcriptum impetratum per ſeruum ualet.*
5 *Supplicare licet pro eo qui male ordinatus eſt uel contra ius.*
6 *Supplicatio ſi ſemel negatur non datur poſtea, nec datur niſi ſemel.*
7 *Prohibitus appellare poteſt ſupplicare in ijs quæ non ſunt iuri contraria.*
8 *Priuilegium in magnum preiudicium alterius etiam de iure canonico non tenet.*
9 *Venia ſuper pœna criminis poteſt impetrari per ſupplicationem.*
10 *Princeps ſolus uel eius delegatus uel præfectus debet diffinire cauſam ſupplicationis.*
11 *Appellari poteſt ante ſententiam ſecundũ canones quandocunque grauetur.*
Supplicatio protenditur ad noua & uetera.eodem.
Appellatio non extenditur niſi ad id ſuper quo appellatum eſt.eodem.

Reſcriptum

13 *Rescriptum Imperatoris ad consultationẽ obtinet uicem litis contestata quantum ad hoc ut perpetuetur.*

De supplicationibus, & differentia Inter supplicationes, & appellationem. Cap. IIII.

Dicturis de supplicationibus primo occurrit uidere quæ differentia sit inter supplicantem & appellantem, & primo in hoc differunt. Quia † infra de
1 cem dies quis debet appellare extra de testi. c.significauerunt. & 2.q.6.c.Anteriorum.sed supplicatio protenditur usque ad biennium. C.de sent.præf.prætor.l.uni. Alij dicũt quam cito primo poterit cognoscere se læsum esse extra de restit.in integ. c.ex literis. quod ue-
2 rius credo. Item † seruus supplicare poterit pro domino, si dominus noluit appellare, & tamen appellare seruus non posset. ff.de appel.l.serui. Item in hoc differt appellatio a supplicatione, quia appellatione pẽdente nihil debet innouari. 2.q.6.c.ei qui. §.appellatione.extra de appel.dilectus.extra ut eccles. benef.ut nostrum. & extra de appel. ut nostrum. sed pendente supplicatione sententia mandatur exequutioni, uel satisdabit supplicans.Item possunt supplicare omnes liberi, serui autem non possunt nisi pro domino,& pro se ubicũque posset confugere ad clementiam Imperatoris ex iuris permissione. C.de præci.Imp.offer. l.1.ff.de ijs qui sunt sui uel al.iur.l.1.ff.de iudic.l.incertis. Sed hoc nota.
3 † Quod per ius canonicum potest supplicare quamprimũ poterit. extra de restit.in integ. c.ex literis.& c.cũ ex literis. & etiam seruus appellare & supplicare posset si dominus non appellat, si enim infames & malos homines posset a sua accusatione & uexatione repellere, quomodo non potest appellare? si tamen iudex grauaret eum. 3.q.4. nulli. C.de
4 præci.imp.offer. l.uniuersis. ualet etiam † impetratum rescriptum per seruum, quia non refert per quos præces impetrãtur secundum legem. Item pro minore a Principe damnato permittuntur appellare serui, si uellet dicere se ab Aduocato proditum. ff.de minor.l.minor autem.§.fin autem. Item durante officio præsidis, eius subditi supplicare possunt Principi,ut furtum eius puniat uel crimen, si probatur pecuniam accepisse pro administratione, id est si probatur simoniacus.1.q.7.fancimus.& 1.q.1.c.lege iulia repetundarum. cum c.seq. & in auth. ut ind.sine quoq.suffr. §.si quis autem potest per iusiur.contra non pos-
5 se.2.q.1.prohibetur ad prin. Item † licet pro eo supplicare qui male ordinatus est, uel contra ius.1.q.5.Præsentium.& in auth. quom. opor.episc. §.ult. Item licet supplicare pro monitoria præscriptione, in dilatoria quæ non perimit principale, non peremptoria,id est quæ perimit, quod sine graui damno alterius partis fieri non potest.C.de præci.imper. offer. l.quoties. sic extra de procur. ex insinuatione.extra de dolo & cont. c.1.non concedenda & nisi expectetur secunda missio Principis. C.de præc.imp.offer.l.nec damno-
6 sa.& 20.q.1.c.ult. † Item si semel negatur non datur postea, nec datur nisi semel. C.de præc.imp. offer.l.si quis aduersus. in auth. ut nul.iud.§.& hoc debemus. ubi dicitur quod prima missio Imperatoris fugienda est, ubi
7 præmatur a sanctio.Item hoc tenendum † est, quod prohibito ab appellatione licet supplicare ea quæ non sunt iuri contraria, alioquin non reciperetur supplicatio, nisi forsan esset aliquid tale quod prosit uni & non noceat alteri. uetbi gratia, si mulier secundo nubẽs impetret ut fruatur dignitate prioris mariti, id est quod uocatur senatrix, uel consularis, uel commitissa, & tali fruatur priuilegio in omnibus alijs.ff.de senat.l.nupte prius. Et sic impetrant Præpositi sacri palatij ut utantur insignibus,exemplum.scilicet cum equitant ad agros,uel aliorsum.C.de prop.sacr.scrim.l.in sacris scriminijs militantes & parẽres. lib.12. & si forsan alium lædat parum debet lædere. ff.ne quid in loco pub. l.2.§.si quis a Principe.ff.ne quid in flum.pub.l.1. §.sunt qui putant.& similia possunt notari.ff.de relig.l.si quis se.ff.loca.& cond.l.hæreditarios.ff.quem admod.usufr.pet.l.1.§.ult. Item idem est in
8 corpore canonico † quod in magnum præiudicium alterius nõ tenet indulgentia uel priuilegiũ.25.q.1.c.fin. §.fin.& ea.cau.q.2.c.ult. §.ult.ad fin. extra de uetb.signific. Abbate.&
9 c.quid per nouale. † Item super criminis pœna poterit impetrari uenia per supplicationẽ. C.de præci.imp.of.l.restituta.& 25.q.1.c.ult. ubi sunt multa ad hoc faciẽtia. Item licet supplicare a sententia præfecti prætorio, si principaliter cognouit de causa, secus si per appellationem cognosceret. C.eo.tit.l.si quis. Et in alijs causis datur libellus supplicatorius.in
10 auth.de refer.sacripal.§.ult.collat.2.† Sed tamen solus Princeps, uel eius delegatus, uel præfectus debet diffinire causam supplicationis,& examinare,& sic infra decem dies supplicetur,nihilominus sententia mandatur exequutioni, si uictor satisdedit de restituendo omnia, si sententia fuerit iniusta, soluta restituat,si autem non supplicauit infra decẽ dies, habet biduum ad supplicandum, non tamen uictor dabit cautionem de restituendo. post decẽ dies. C.de sent.præf.prætor.l.uni. & per hoc patet supplicationem non sortiri effectũ uel naturam appellationis, quia semel sup-
11 plicatur,& appellatur bis a sententia,& † ante sententiam secundum canones quandocunque grauetur. 2.q.6. Quoties. & 1.q.6.si quis in una. Item in appellatione non præstatur cautio. Item supplicatio protenditur ad noua & ad uetera, appellatio non, nisi tantum ad

id super quo appellatum est. ff. de min. l. Præfecti. extra de resti. in integ. c. scisscitata. & c. ex literis. Circa autem quæstionem determinatam habes hos uersus.

Discrepat appellans ab eo qui supplicat ipse
Imputat erroti proprio, reddit hic ad eandem.
Hic semel auditur, causa pendente satisdat.

12 Est etiam tenendum † Quod si Imperator rescribat ad consultationem, obtinet uicem litis contestatæ quantum ad hoc ut perpetuetur usque ad xxx. annos, & ut quidam dicunt usque ad xl. annos. C. de annali except l. 1. & transit ad hæredes, & cōtra hæredes. C. quan. libel. Prin. da. l. 1. & 16. q. 3. c. placuit. §. præscriptionum. iux. med. ad hoc. ff. de act & obl. l. constitutionibus. Et hoc uerum est si non stat per supplicantem, ut procedat. sic 2. q. 6. c. anteriorum. §. ad hoc. extra de appel. ex insinuatione. & c. ex ratione. &c.

Et sic explicit opusculum ad honorem summe Trinitatis, & indiuiduæ unitatis. compositum a magistro Ioanne de Deo Hispano Doctore decretorum, & a domino Vberto de Bobio inceptum, & imperfectum, utpote qui nihil posuit de iure canonico, neque de alijs nisi de illis tantum quæ pertinent ad aduocatos. Sed prædictus Magister de Deo nihil ommisit de ijs quæ spectat ad forum iudiciale, scilicet ad iudices & assessores & arbitros, consiliarios, & actores, & reos, & ad personas alias in iure nominatas, & necessarias. 33. q. 2. a. siue de coniugij. Et liber uocatur Doctrina Aduocatorum, partium, & Assessorum, & licet ibi commeantur cauillationes quæ excogitari possunt, & per ius probari, non intellexit tamen docere nisi bona, & ut legitime falsum impugnetur, & ueritas defendatur, tamē super operis imperfectione prædictus magister Ioannes de Deo singulariter, & uniuersaliter petit ueniam a scholaribus uniuersis & iuris ciuilis professoribus, & doctoribus decretorum. &c.

Et huic libro Author finem imposuit, Anno Domini. M C C L V I. die secunda intrante Septembri indictione I I I I.

Explicit Tractatus Cauillationum Ioannis de Deo, & sequitur

AVREA

AVREA.
AC PENE DIVINA,
ET VERE MARGARITA,

Seu quæstionum summula. I. V. suis temporibus Monarchæ Domini Alberti Galleotti Parmenis, in qua omnes ferè quæstiones in foris frequentatæ proponuntur, & magistraliter enucleantur.

PROOEMIVM.

In quo proponit, suam intentionem declarat, & se excusat.



VM ego Albertus Galleotti. ll. doctor Parmēsis essem Mutinæ in studio constitutus, & essem à sotijs meis sepissime rogatus, ut quandam summulam de questionibus facerem ad perennem memoriam ut C. de quæst. l. Diuo Marco in fi. uolens ipsorum iustas præces exaudire ut ff. de seruit. rust. præd. l. Attilicinius. Ideo presentem summulam quæstionum tam ex quæstionibus in glosulis ordinarijs positis quam in extraordinarijs quas ex facto uidi duxi breuiter componendam, & si quid ibi inueniatur minus perfecte positum, ueniam postulo a lectore, quia omnium habere memoriam diuinitatis potius est quam humanitatis, ut C. de ueter. iur. enucl. l. 2. §. primum quidem.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum speciale in quibus casibus desideretur.*

2 *Procurator an debeat precise defendere.*

Procuratori obijci potest quod est talis persona quæ procurator esse non potest. eo.

3 *Seruus repellitur à procura quia in iudicio esse non potest.*

4 *Mulier non potest procurare in iudicio nisi in casibus, ut.*

5 *Milites qui à militia missi non sunt non possunt esse procuratores.*

Absens causa reipublicæ non potest esse procurator. eo.

Morbo detentus, magistratum initurus, & qui iudicium inuitus pati non potest non possunt esse procuratores. eo.

6 *Clerici in sacris ordinibus constituti non possunt esse procuratores, nisi pro ecclesia, uel pro coniunctis, uel pro miserabilibus personis. eo.*

Reus criminis non potest esse procurator. eo.

Procurator esse non potest qui amisit ciuitatem uel libertatem eo.

7 *Infamis non potest esse procurator de iure canonico, secus de iure ciuili.*

Mutus, surdus, furiosus, non possunt esse procuratores. eo.

8 *Procurator constitutus ab eo qui constituere non poterat, reycitur.*

9 *Minor sine tutoris uel curatoris authoritate non potest constituere procuratorem.*

Minor quando abest tutor uel curator potest petere curatorem per procuratorem. eo.

Procurator constitutus a non domino rei uel

causa reijcitur.

10 *Procuratori obijcitur si est constitutus in causa in qua non potest constitui.*

11 *Procurator non constituitur in causa in qua imponitur pœna maior relegatione.*

12 *Procurator in criminalibus constitui potest ad allegandas seu proponendas exceptiones dilatorias siue declinatorias.*

13 *Procurator in criminalibus non admittitur ad proponendas exceptiones peremptorias, nam hoc est plene defendere Reum.*

Procurator non habens speciale mandatum in casibus in quibus requiritur, non admittitur.eo.

14 *Procurator non admittitur si ante litem contestatam est reuocatum mandatum.*

Pœna procuratoris non defendentis est ut ei denegetur actio. eo.

Cautela pro procuratore quando ei obijcitur de reuocatione mandati. eo.

15 *Episcopus uel prælatus an possint facere procuratorem ante litem contestatam.*

16 *Vniuersitas an possit facere procuratorem.*

17 *Pater an in bonis aduentitijs filij in quibus habet usumfructum possit facere procuratorem ante litem contestatam.*

18 *Plebanus an nomine plebis, inuitis alijs clericis, possit constituere procuratorem ante litem contestatam.*

19 *Episcopus, uel prælatus nunquid possint exercere actiones competentes capitulo.*

20 *Minor non habens tutorem uel curatorem nõ potest facere procuratorem.*

21 *Procurator constitutus cum potestate substituendi num poterit ante litem contestatam alium procuratorem facere.*

22 *Minor in causa spirituali & matrimonij potest constituere procuratorem.*

23 *Maior.xviij.annis potest constitui procurator ad negotia non ad iudicia.*

24 *Clericus an possit constitui procurator ad iudicia.*

25 *Monachus non potest esse procurator nisi in causa monasterij sui & de mandato abbatis.*

Monachus potest facere procuratorem in causa suæ electionis. eo.

Excommunicatus non potest esse procurator.

26 *Infamis de iure ciuili potest esse procurator, secus de iure canonico.*

Procuratores plures nunquid simul dari possint. eo.

27 *Procuratores duo in solidum si dissentiant, quid agendum sit.*

28 *Reus ualetudine impeditus an teneatur procuratorem mittere.*

29 *Infirmus mente non tenetur mittere procuratorem.*

De procuratoribus, eorum officio, & qui constitui, & constituere possint. Cap. I.



VID sit procurator ad quod
dic ut not.ff.de procur.l.1.in
prin. Qui procuratorem con-
stituere possint, dic ut in sum.
Azonis.eo.tit. constituitur au
tem procurator &c. Qui pos-
sint constitui procuratores,
dic ut in summa eo.tit. §. constituitur autem
&c. in qua causa potest constitui procurator,
dic ut in summa eo.§. constituitur autem pro
curator in lite presenti & not. Accurs. ff. eo. l.
1 seruum quoque.§.publice. In † quibus casibus
desideretur speciale mandatum, dic ut in §.
præd. in summa, dicitur & not. Accurs.ff. eo. l.
non solum in fi. Quid sit officium procurato-
ris actoris dic ut in summa eo. tit. §. explicat
2 procurator. Quæritur † an procurator debeat
precise defendere, & dic ut in distinctione do-
mini Hugonis & notat Accurs.ff.de procurat.
l.sed & hæ.§.præter. in gl.accipere. Quid sit
officium procuratoris Rei, dic ut in sum. Azo.
C.eo.§.Nunc de officio. Quęritur qualiter pro
curator satisdet dicitur in ea.sum.in præd.§§.
& in sum.eiusd.C.de satisdan. Sed quæ possint
obijci procuratori, dic quod potest obijci quod
est talis persona quæ procurator esse non po-
test cum quilibet possit qui non repellatur,
ut ff.eo.l mutua. §. cum quæritur. Repellitur
3 † autem seruus quia in iudicio esse non potest.
ut C.de iudic. l. seruus. Item repellitur si est
minor, ut ff.eo.l.minor.nisi in casu ut C. eo. l.
exigendi & ff.de manumiss.uind. l. si collacta-
4 neua. Item † mulier.ff.eo.l neque fœmina, ni-
si in casu, ut puta pro parente cum ætate aut
ualitudine impedit, nec habeat qui agat.ut ff.
eo.l.fœminas & quandoque pro filio in causa
appellationis admittitur ut ff.de appel.recip.
l.1.§. fin. Item in causa liberali ut ff. de liber.
5 cau.l.3. Item † milites qui à militia missi non
sunt, ut ff.eo.l filius.§. milites cum simil. nisi
in casu ut C.eo.l. qui stipendia. Item qui Rei-
publicæ causa absuturus est aut qui morbo te-
netur, aut qui magistratum initurus est, aut
qui iudicium inuitus pati non potest ut ff.eo.
6 l.neque fœminam. Item † clerici in sacris ordi
nibus cõstituti ut in aut.de sanct.episc.§.aliud
nisi in casu ut C.de episc. & cler.l.planè. Vel
dic secundum canones quod non possunt nisi
pro

pro ecclesia, uel coniunctis, uel miserabilibus personis ut extra de postulao.c.1.2.& 3. & extra ne cler.uel mona.c.2. Item Reus criminis constitutus ut C.e.tit.l.Reum. Itē repellitur si amiserit ciuitatem uel libertatem, ut notatur in præd.l. Reum & ff.de accusat. l. qui iudicio Item excommunicatus ut extra de probat. c.
7 post cessionem. Item † infames & in decr.3.q. 7.c.1.& c.infamis.§.tria sunt & c.infames. §. sunt autem & hoc de iure canonum, secus de iore ciuili ut instit.de except.§.ult. Item mutus & surdus, uel mutus tantum, & surdus tantum qui prorsus non audit ut ff.eo.l. mutus & ff.de postulan.l.1.§.1.& ff.de tutel.l.1.§. mutus & surdus. Item furiosus ut ff.eo.l.s. §. fin.
8 Item † obijcitur procuratori si est constitutus ab eo qui eum constituere non potest: & est notandum, quod quilibet potest esse procurator. nisi prohibeatur, ut ff.eo.l. mutus.§.1. Et pro-
9 hibeotur serui ut ff.eo.l.seruum Item † minor sine tutoris authoritate uel curatoris non potest constituere procuratorem, ut C. eod l.neque & l.non eo minus.in fin.nisi quando abest tutor, uel curator, quia tunc petit curatorem per procuratorem ut ff.qui pet.tut.l.1. §. penult. & in causa matrimonij ut extra de restit. spol.c. ex parte. Item si à Domino rei uel causæ non est constitutus uel uti à tutore uel curatore uel procuratore, uel prælato ante litem contestatam ut C.eo.l.neque & ff.eo.l.1. Item si dominus nouerit ueritatem & procurator ignoret, & dominus est iustus, & procurator est perfidus ut C.eo.l.fin. & ff. eo.l. si Actor.
10 Item † obijcitur procuratori si est constitutus in causa in qua non potest constitui, ueluti in actione populari, cum & eius non interest ratione priuatæ utilitatis, alioquin posset ut ff.eo. l. licet & l.non cogendum. §. qui ita de
11 publico. Item † si est constitutus in causa criminali in qua imponitur pœna maior relegatione, sed si pœna sit relegationis, uel minor, tunc constituitur ut ff.de publ. iud.l. penult. §.ad crimen & ff.de pœn. l. absentem & ff. an per al.cau.appel.l.1.& not. Accurs.ff.eo.l. ser-
12 uum §.publice in glo.datur huic. † Sed nunquid in causa criminali potest constitui procurator ad allegandas siue proponendas exceptiones dilatorias, siue declinatorias, & dic quod sic cum istud non sit plene defendere absentem ut notatur. C. de accusat. l.si cuiusdam & ff.de publ. iudic l. pen. & fin. nam propter hoc non petitur à crimine absolui accusatus.
13 Sed † ad proponendas peremptorias procurator in causa criminali interuenire non potest cum istud sit plene absentem defendere, quod patet, quia per hoc petitur absolui accusatus: Item obijcitur si non habet speciale mandatū in illis casibus in quibus desideratur speciale mandatum ut in crimine suspecti tutoris, & interdicto de libero homine exhibeodo, ut ff. eo.l.non solum.§.fin.& l.Pomponius.§.1.& in causa restitutionis in integrum ut ff. de minor.l. illud.§.si talis. Item cum iudex finito officio conueoitur ut C.ot om. cau.tam ciu.quā crim.l.1. Item obijcitur si non habet speciale mandatum ut ff.de præscr. uer.l.naturalis. §.
14 fin. † Item si ante litem contestatam est reuocatum mandatum, ut ff.eo. l. ante litem & ff. quod cuiusq.uniuers.l.item eorom.§. fi. Item si non defendat Actorem quia pœna non defendentis procuratoris hæc est, ut denegetur ei actio ut ff.de procurat.l.mutus.§. pœna.& l. seruum.§.fio.& C.eo l. actionem. Sed quando obijcitur de reuocatione, debet sibi consulere in huoc modum scilicet quod paratus est satisdare sub hac exceptione, ut si mandatum fuerit reuocatum, teneantur fideiussores, alioquin non teneantur & ad hoc ff. de dam. inf. l. prætor in prin.& l.qui uias.& l.inter quos.§.alieno nomine & ff.de administ. tut. l. uulgo.
15 Sed † nunquid episcopus uel prælatus procuratorem facere possint aute litem contestatā, & dicit Azo.in sum.eiusd.tit.in prio.quod nō, quia non sunt domini & ad hoc extra de donat.c.fraternitatem & in decret.12.q.1.c. fin. Sed dic ut extra de iureiur. c. penult. & extra
16 eo. c. petitor. Sed † nunquid uniuersitas potest facere procuratorem. Dicit Azo in sum. eiusd.tit.in prio.quod non. Dicunt tamen quidam contra ff.de procurat l.filius.§.ueterani. in fi.Sed dicit quod dicit ibi. Quibus talis procuratio concessa est quod ibi fuit procurator constitutus a syndico post litem contestatam, & hoc est uerum de iure ciuili, sed secundum canones potest procuratorem constituere uni-
17 uersitas ut extra eo.c.penulti. Sed † nunquid pater in bonis aduentitijs filij in quibus ipse habet usumfructum procuratorem facere possit ante litem contestatam, & dic quod non, ad similitudinem tutoris ut not. Accurs. C. de bon.mater.l.1. licet quidam contradicant uel dic quod si agat pro usufructu tantum, quod procuratorem quandoque constituet, si autē agat pro alijs rebus, non, ut dictum est. Pone quæstionem de facto. B. clericus plebanus de biano Regien. Dioces.conueniebat filios quondam Bonacursij de palude petēdo ab eis quandam decimam nomine plebis prædictæ inuitis alijs clericis, dicendo eam alienatam contra formam legis, per decretalem extra de reb.eccl. alien. c. si quis presbyterorum fecit
18 procuratorem ante litem contestatam † quæritur an possit. Et uidetur quod non, quia nec prælatus, nec alius, nec coniuncta persona ante litem contestatam procuratorem facit ut in superiori quæstione. Sed contradicunt doctores bononienses, quod sic, ea ratione, quia successit in locum totius capituli, & capitulū procuratorem facere potest, de hoc uide quod notatur per Ioan. And. extra de testib. c. cum olim in gl. 2. & ad hoc. ff. quod cuiusq. uniuer.
19 nom.l.antep. † Sed nunquid eps, uel platus, uel præses possunt exercere actiones cōpetētes capitulo uel uniuersitati, Respondetur quod sic ut ff quod cuiusq.uniuers.nom.l.fi. Tu dic
20 quod non ut extra eo.c.1. Sed † nunquid minores

nor non habens tutorem uel curatorem pos-
sit facere procuratorem & dic quod non ut
C.eo.l.neque & C. si aduer. rem iudic. l. cum
& minores uos in fi. nisi in casu ut ff. qui pet.
21 rut.l.fin.Sed † nunquid procurator constitu-
rus cum potestate ut alium procuratorem fa-
cere posit, poterit ante litem contestatam a-
lium procuratorem facere, & dicunt quidam
quod non.per.l.neque.C.eo.de procurat. & l.
Quod quis nam procurator qui constituitur
debet esse certus, ut ff.eo.de procur.l.2. sed ad
negotia potest ut ff.mand.l. si procurator. §.
1.alij contra per.l.item eorum. ff.quod cuius-
que uniuer.nom.§.s.& ff.qui pet. rut.l.1.§.fi.
Et not.Accurs.ff.de seruit.rust.præd.l. cum es
sent in fin.& in Rubrica.ff.eo. quod uerius est
alias generaliter,& hoc de facto uidi obserua-
22 ri in curia Romana. Sed † nunquid minor in
causa spirituali procuratorem cõstituere pos-
sit, & dic quod sic ut extra de restit. spol. c. ex
parte & idem intelligas in causa matrimonij.
Sed nunquid minor potest constitui procura-
23 tor, dic quod † sic ad negotia, dum tamen sit
maior.18.annis ut instit.ex quib. cau. maior.
§.fin.in fi.& not.ff.de minor.l.cum mandato.
Et ad iudicia dic quod non ut not. Azo in sum.
C.de procur.c.constituitur.ff.eo.l. minor. nisi
in casu ut ff.eo.l.exigendi. Quæritur an cleri-
cus ad iudicia posit constitui procurator, dic
24 † quod non ut in auth. de sanctis. episc. §. a-
liud & hoc in casibus istis est speciale, alias sic
ut not. Accurs. C. eod. l. neque fœmina. Sed
25 † nunquid monachus potest esse procurator,
dic quod non nisi in causa monasterij sui, &
de mandato abbatis, ut not. extra de cens. c. so
pitæ.& de appel.c.Nicolao. Sed nunquid mo
nachus posit facere procuratorem in causa
suæ electionis, dic quod sic, ut extra eo.c. cum
dilecti, sed an excommunicatus posit esse pro
curator, dic quod non, ut extra de probat. c.
26 post cessionem. Sed † an infamis posit esse
procurator, dic quod sic ut instit.de except. §.
fin.licet sit secus de iure canonico, ut in decre.
3.q.7.c.1.& c.infames.§.sunt autem. Sed nun-
quid plures procuratores dari posint simul,
dic quod ab Actore sic, a Reo uel ab alijs qui
loco unius habentur dic quod non. Ne in plu-
res aduersarios distringatur qui cum uno con-
traxerit ut ff.de exercit.l ne in plures quæ est
l.s. Et dic ut not. Accurs. ff. eo l.si quis duos.
§.fin.& l.pluribus.& l.1.in fin.& l. omnium &
27 ff.iud.solu.l.iam tamen.§.fin. Sed † quid si am
bo procuratores ueniant ab initio simul, nec
unus alium uelit consentire, quia uterque est
in solidum, Respondeo, forte ad inuicem se im
pedient ut ff.de hær.inst.l.qui soluendo, & de
usufr.l.quoties, uel forte hoc dirimatur, ut C.
commu. de leg. l.ult. 4.Resp. Ego tamen cre-
do, quod prætor idoneiorem admittet, arg. ff.
de accusat.l.si plures.& de adminis. tut.l.3.§.
ult.& in iudicibus aliud est, & cuilibet parere
28 potest. Sed † pone quod Reus ualetudine im-
peditur, nunquid tenetur mittere procurato-
rem, & uidetur quod sic: ut ff.de minor. l.Papi
nianus & ff. ex quib. cau. maior. l. sed etsi per
per prætorem.§.1. Sed distingue, quoniam ua-
letudo alia corporis, alia mentis. Aut id quod
debet explicari requirit actum corporis, aut
consilium, aut pecuniæ præstationem. Si est in
29 firmus mente † ut puta si furiosus uel mente
captus excusatur a pœna & præstatione impe-
dimenti, quia satis ipso furore punitur, ut ff.de
de offic.præsi.l.diuus impedit etiam testamen
ti factionem ut C.qui test.fac.pos.l. furiosus si
uero est corporis infirmitas, dic ut per Accur.
in d.l.Papinianus & in d.l.sed etsi.§.1.

SVMMARIVM.

1 *Actor an & quo casu teneatur constituere procuratorem.*
2 *Constitutio duorum procuratorum simul, cum clausula, quod non esset melior conditio occupantis, an annullet productionem testium ab uno factam in lite per alium cõtestata.*
3 *Interpretationem fieri pro actore, si quis utatur intentione ambigua, non habet locum in iudicijs, sed in contractu, & instrumento procuratorio.*
4 *Procuratores plures dati absque adiectione, in solidũ, agunt quilibet pro parte sua.*
5 *Tutor unus potest agere sine alijs suis contutoribus.*
6 *Mandati fines diligenter custodiendi sunt.*
7 *Dominus post litem contestatam, inuito procuratore litem in se transferre non potest.*
8 *Procuratores plures constituti cum hoc, quod unus non possit facere sine altero, impediuntur singuli, nisi alter prosensit, uel consentiat.*
9 *Mandatum generale ad lites sufficit, nisi in casibus specialibus.*
10 *Procurator datus ad litem contestandam tantum, potest etiam litem prosequi.*
11 *Procurator constitutus ad opponendas exceptiones tantum, non ualet.*
12 *Dominus potest excommunicari per unam contumaciam procuratoris, si sciens non expurgauit.*
13 *Contumacia procuratoris an noceat domino.*
14 *Dominus an possit appellare a sententia lata contra suum procuratorem ob contumaciam.*

15 Domi-

15 Dominus an poßit releuare procuratorem ab onere satisdationis de iudicatum soluendo.

16 Actio iudicati an detur procuratori.

Actio iudicati an detur contra procuratorem. eod.

17 Condemnatio an fiat contra dominum, uel contra procuratorem.

18 Forma procuratoris uolentis alium facere post litem contestatam.

19 Absens an poßit constitui procurator.

20 Procuratori ad agendum & exigendum an solui poßit.

21 Procurator an debeat satisdare de rato, uel sufficit si det pignus.

Reus an possit defendi inuito Actore. eo.

22 Procuratorem constituens in mobilibus cum releuatione a satisdatione iudicatum solui an poßit cogi ad satisdandum de iudicato sisti.

23 Reus potest ab alio, eo inuito, defendi, si animo nouandi & uolente Actore in se transferat iudicium, aliàs non.

24 Minor an cum authoritate curatoris poßit se afferre defensioni fideiussoris dari, qui conueniebatur a suo patre.

25 Venditor rei ad alium pertinentis an in se poßit transferre iudicium inuito eo qui conueniebat emptorem.

26 Dominus an poßit (lata sententia ad sui fauorē) rata habere gesta ab alio procuratore suo quę prius nec rata habuit, nec reprobauit.

De Actore, eiusque Procuratore. Cap. II.

DE Procuratore in communi & Procuratore Rei supra dictum est. Sed
1 † nunquid in Actore idem econtra
uidetur quod non. ut. ff. si quis caut.
l.2.§ si quis. & no. accurs. ff. de diuer. & temp.
præscr. l.3. & extra eod. tit. c.2. uel dic, quod si
longius spatium sit intercessurum, & dilatio
damnum allatura sit, quod tunc compellatur,
argum. ff. de hær. instit. l. si quis instituatur. in
fi. & ff. quib. ex cau. in pos. eat. l. Fulcinius. §.
adeo. Sed pone quæstionem de facto, quidam
2 constituit † duos procuratores uno eodemque
tempore, & dixit quod non esset melior conditio
occupantis, lite contestata per unum,
alter produxit testes in causa, quæritur, an ualeat
testium productio, & uidetur quod non.
ne in plures aduersarios distringatur qui cum
uno contraxerit, ut. ff. de exercit. l. ne in plures.
Item econtra uidetur quod ualeat, quia
uerba debent aliquid operari, ut. ff. de lega. 1.
si quando. in quæstione illa uidetur ita distinguendum,
& dicendum. Aut utraque pars nō
uult productionem ualere, quo casu non ualet,
aut una uult quòd ualeat, altera non, &
tunc si dominus uult ualere & Reus non, isto
casu distinguo. Aut Reus erat præsens productioni
testium, aut erat absens, & si quidem
erat præsens, dico ualere & sibi imputet, cum
potuerit contradicere & non contradixit, si-
quidem erat absens non ualebit ea ratione, ne
in plures aduersarios &c. nec facio differentiam,
an sit per contumaciam absens nec ne,
nec ob illam contumaciam quæ intelligitur
in expensis litis, si autem dominus non uult
quod ualeant, Reus uult quod ualeant, ualebunt
ea ratione, quia fauorabiliores sunt Rei
quam Actores. Et quia in potestate domini
fuit legem apertius, conscribere, ut. ff. de pac.
3 l. ueteribus. nec obstat quod tu diceres † si
quis utatur intentione ambigua in iudicijs,
interpretatur pro Actore, quia hoc procedit
non in iudicijs sed in contractu & instrumento
procuratorio: sed quid si aliquis dedit plures
procuratores, & non dixit quod quilibet
4 esset in solidum. † Nunquid in solidum aget
quilibet, & dic quod non sed pro parte tantum.
ut not. accur. ff. eod. l. pluribus. & not. extra
eo. ca. petitio, in prima glo. ubi allegantur
concordantes, & tolluntur contraria: sed po-
5 ne quod plures † erant consules, nunquid unus
eorum potest agere sine alio, dic quod non secus
in pluribus tutoribus. ut. ff. de administr.
tut. l. decreto. §. fin. & dic ut not. accurs. ff. de
procur. l. pluribus. in gl. occupantis. & C. si ex
plur. tut. l. un. in gl. noluerit. Sed quid si dictū
est ut dicunt tabelliones nostri temporis, scilicet,
quod non sit melior conditio occupantis,
& quod unus incœpit, alter nihilominus
exequatur, nunquid ualet, dicunt quidam sic,
6 quia † fines mandati diligenter custodiendi
sunt. ut. ff. mand. l. diligenter. in prin. Item in
casibus post litem contestatam potest dominus
in se litem transferre. ut. ff. eo. l. post litē.
& quod potest fieri per legem, potest fieri
per pactum. ut. ff. de pact. l. non impossibile,
alij contra, quod non ualet, quia litera dicit.
quod occupantis melior conditio erit, ne in
præd. l. pluribus. item ne in plures aduersarios
&c. ut ff. iudic. solu. l. iam tamen. §. fin.
7 & ff. de exercit. l. 1. in fi. nam † post litem contestatam
dominus inuito procuratore litem
in se transferre non potest. ut. C. de procurat.
l. procuratoribus institutis. & ff. eod. l. post li-
8 tem. quod uerius est. Sed † quid si duos uel
plures procuratores constitui, & dixi quod
unus sine altero facere non posset, nunquid
unus poterit facere sine altero, dic quod non.
ut. ff. de administ. tut. l. Titium & Mæuium. &
ff. de exercit. l. 1. §. si plures. uel dic quod sic,
dummodo alter sit præsens uel consentiat, &
facit ad hoc. ff. eod. l. Paulus. cum suis simil. &
ff. de

ff. de administra.tut.l.quidam. §.primo. Sed
9 † nunquid sufficit habere generale manda-
tum ad litem, & dic quod sic. ut.ff. pro soc.l.
actione.§.renunciare.& ff.de iniur.l. sed si u-
nus.§.Procurator. nisi in casibus specialibus
qui notantur.ff.eo.l. Pomponius.§.1.licet sit
10 argu contra.ff.eo.l.si Procurator. † Sed quid
si dedi procuratorem ad litem contestandam
tantum,an postea possit litem prosequi,& dic
quod sic. ut.ff.eod.l.qui procuratorem. nam
per litis contestationem factus est dominus,
& inuito domino procedit, ut ff.eo.l. post li-
tem.& est bonum simile.ut.ff.de liber.& po-
sthu.l.si ita.§.regula. licet quidam dicant con
tra,per l.si procurator.C.eo. & per l.maritus.
C.eo.ubi dicit : id solum exequi debet quod
procuratio emissa præscripserit. & ff.eod.l.1.
11 §.1. † Sed si constitui aliquem meum procu
ratorem ad opponendas meas exceptiones
tantum,nunquid ualet, & uidetur quod non.
ut ff.eo.l.omnis.& l.fin. & extra de appel.ca.
Nicolao,& de dolo & contuma.c. miserabili.
sed intellige quando fuit citatus ut respon-
deret per se uel per sufficientem procurato-
rem responsalem,alioquin potest.ut C.eo.l.si
12 ad unam speciem.Sed † nunquid propter unā
contumaciam procuratoris poterit dominus
excommunicari,& dic quod sic, si sciens con-
tumaciam procuratoris dominus non purga-
uit.ut extra ut lit.non contest.c.1.in fi.& not.
C.de executor.l.2.in fin.lib.12.Sed pone quæ
stionem de facto. Quidam obtulit se meæ de-
fensioni, fuit in iudicio, & in causa satisdedit
de iudicatum soluendo, modo lite contestata
interuenerunt inimicitiæ capitales inter me,
& illum qui me defendit,uult defensor omit-
tere defensionem , propter iustam causam ad
13 exemplum procuratoris.† Quæritur an pos-
sit , & an contumacia procuratoris noceat do
mino Respondet,distinguo. An ante litē con-
testatam fuit contumax,aut post.si ante,tunc
si dominus sciens non purgauit contumaciā
procurator nec dominus. si ignorans non, ut
not.sup.proxime est.& ad hoc.ff.de peti. hæt.
l item ueniunt.§.petitam. Si post fuit contu-
max, tunc nocet,ut no.accur.ff.de doli excep.
l.apud.§.quæsitum.& si procurator.quæ est.l.
14 11. † Sed si procurator per contumaciam
est condemnatus , nunquid poterit dominus
appellare, & dic quod non , nisi in subsidium
procuratore non existente soluendo , ut not.
15 Accur.ff.quan.appel.fir.l.1.§.fin. † Sed nun-
quid dominus potest releuare procuratorem
ab hoc onere satisdationis de iudicatum sol
uendo,dic quod sic,si præsens est,ut not. Ac-
cur.ff.eo.l.si præsens.& ff.iud.sol.l.si ad defen
dendum.& instit.de satisd. §.si autem. Sed si
dominus releuauit procuratorem a satisdatio
ne iudicatum solui nunquid ipse procurator
debet saltem promittere, dicūt quidam quod
sic,ut ff.de usufruc.eat.rer.l.si tibi.in princip.
alij contra.per l.præd.quod est uerius. & not.
Accurs.ff.de procur.in prin.in gl. cauere.in l.
16 qui proprio. Sed † nunquid actio iudicati de-
tur procuratori. dic ut not.Accur.ff. de pro-
cur.l.si procurator meus. Sed an actio iudica
ti detur contra procuratorem,dic ut not. Ac-
17 cur.ff.eo.l. Plautius. † Sed quæritur , utrum
dominus uel procurator condemnetur . dic
quod ille qui est in iudicio tempore sententiæ,
ut not.C.de procur.l nihil.& ff.de nego.gest.
l.Labeo.in fi.& C.de sen.& interl.om.iud.l.5.
& extra de religios.dom.c. constitutus. & de
capel. monac.c.dilectus.& extra de elec.cap.
querellam. & extra de cons.c.olim.in fin. &
extra,de in integ.restitu.c. suscitata,ubi dici-
tur, quod dominus debeat condemnari , sed
iure canon.non est uis,ut in hoc ibi no. & ex-
tra de restit.spol.c.olim.cit. fin. Pone † quod
18 procurator post litem contestatam alium fa-
cit procuratorem , qualiter ordinabit eum,
dic , quod dicet , talem facit procuratorem
suum in causa,in qua erat procurator talis.&
19 ad hoc.C.qui accus.non pos.l.2. Sed † nun-
quid si constitui Titium aut Mæuium absen-
tes meos procuratores , an ualet , & uidetur
quod non, quia procurator debet esse certus.
ut.ff.eo.l.2. & incertus iste est , quis eorum
debet esse procurator.ut.ff.de uer. oblig.l.1.
§.1. Alij contra, quod si unus acceptauit , ille
erit procurator,& ad hoc.ff.de const.pecun.l.
20 illud.& hoc est uerius. Sed † pone quod con-
stitui Procuratorem ad agendum, & exigen-
dum,nunquid ei solui potest, & uidetur quod
sic.ut ff.de lega.3.l.fideicommissum.§.si tem.
sed dic contra.per l 2.ff.solu.matri. Alij con-
tra.ut C.de nouat.l.non abstulit.& C.de solu.
l.inductum.& ff.de pignorat.act.l.solutum.§.
solutam.ibi.uel procuratori eius uel seruo pe
cuniis exigendis præposito. & hoc credo ue-
a rius,[a] & ad hoc facit bene quod not.ff.de ne-
got.gest.l.soluendo,in tex.& gloss or. & facit
21 ff.de solut.l.si quis seruo. in prin.† Sed nun-
quid procurator debet satisdare de rato , uel
b sufficit si det pignus. dic quod non [b] ut not.
Accur.ff.de prætor. stipul.l.prætoriæ & C.eo.
l.5. Sed nunquid inuito actore potest quis reū
defendere , dic quod sic , nisi persona domini
esset iustior persona procuratoris.ut not.Ac-
cur.ff.de procurat.l.si Actor.& ff.fam. hercis.
l.plane.& ff.quib. ex cau.in pos.eat.l.hæc au-
tem.§. fin. Sed pone quæstionem de facto.Pos
sessor rerum mobilium tantum constituit pro
curatorem præsentem & eum releuauit a sa-
tisdatione iudicatum solui,secundum legem.
institu.de satisd.§. si autem. petitur modo à
22 procuratore ut satisdet de iudicio sisti.†Quæ-
ritur an debeat , & uidetur quod non , quia
dominus eum a satisdando releuauit ut in
præd.§.si autem. Sed dic quod dominus sa-
tisdabit de iudicio sisti, uel procurator , quia
defendi uidetur qui in nullo conditionem ad-
uersarij deteriorem facit.ut.ff.quib.ex cau.in
23 pos.eat.l.2.in fin. Sed† pone quod Actor con
uenit Titium , & aliquis uult defendere eum
eo inuito,nunquid poterit,dic quod sic,si ani

vo nouandi, & uolente Actore in se transferat iudicium, alias non ut not. Accur. ff. de solut. l. solutionem, & in Authen. ut omn. obed. iud. prop. §. si quidem ipsi. Sed pone quæstionem de facto. conueniebatur fideiussor datus
24 a patre cuiusdam minoris, † minor cum authoritate curatoris offerebat se defensioni eius, nunquid est admittendus, & uidetur quod non, ut. ff. de procurat. l. minor. & l. neque fœmina. & ff. ex quib. cau. in pos. eat. l. 2. §. fin. Econtra uidetur quod admittatur, quia pro suo procuratore poterit fideiubere, ut. ff. qui satisd. cog. l. de die. §. 1. nam mulier non uidetur intercedere cum intercedit pro eo qui habiturus est regressum contra eum, ut. ff. ad
25 Velleian. l. 2. §. fin. cum l. seq. Sed pone † quod uendidisti rem ad me pertinentem, conuenio emptorem, tu uis in re transferre iudicium me inuito, nunquid potes, & dicunt quidam quod non, ut not. Accurs. C. ubi in rem act. l. 2. Sed Iacobus Balduini contra, per l. hæc autem. §. fin. ff. ex quib. caus. in pos eat. & ff. de alien. iudi. mut. cau. fact. l. 3. §. fin. & ff. de petit. hær.
26 l. sed & si. §. si. & hoc uerius. Sed † pone quod quis sine mandato egit nomine meo, lite contestata sine mandato non habui ratum nec reprobaui id quod fecit, ipse nihilominus perseuerauit, lata est sententia pro me, ego modo uolo habere ratum, nunquid possum, dic quod sic in meum præiudicium & non aliter. ut ff. de solut. l. dispensatorem. in fin. & ff. rem rat. hab. l. Procurator. §. 1. & l. quo enim tutiore. §. 1. & §. penult. &c.

ADDITIO.

a Et ad hoc &c. Ioannes And. in addit. Specu. in tit. de procuratore. §. ut autem. uersi. notabiliter. dicit, quod hæc opinio sibi placet in procuratore ad negotia. uel mixto ad causas & ad negotia, sed in procuratore ad causas tantum procedunt contraria, digestorum hoc est. l. 2. ff. solut. matri. quæ facit differentiam inter exigere & recipere, dicit ipse, fateor stricte, ut extra de cens. c. exigit. lib. 6. & Specul. recitat opin. in præd. uersicu. & uid. Ioan. And. ibi in addit. incip. inductam. hoc placet Alberto Galeoto. &c.

b Dic quod non &c. Speen. in tit. de procu. §. ut autem. uersi. sed nunquid talis. tenet contra, immo dicit, quod procurator admittatur in casu necessitatis cum iuratoria cautione. ut no. in l. 1. ff. qui satisd. cogan. & ui. ipsum Spec. ibi in fin. d. uersicu. & de ista materia uide per Cyn. C. de satisda. l. una.

SVMMARIVM.

1 *Persone quæ sine mandato agere possunt quæ sint.*

Coniunctus sine mandato agens an debeat offerre satisdationem. eo.

Coniunctæ personæ an admittantur contra uoluntatem. eo.

2 *Coniuncta persona non potest agere pro minore sine mandato.*

3 *Coniuncta persona (excepto patre) non potest agere in eo casu quo desideratur speciale mandatum.*

4 *Coniuncta persona non potest recipere solutionem.*

5 *Defensor cum satisdatione loco domini est.*

6 *Nouatio non fit nisi utroque uolente.*

7 *Curator & tutor non faciunt procuratorem ante litem contestatam.*

De coniunctis personis, an sine mandato agere possint, an satisdare teneantur, & quid ipsis incumbat. Cap. III.

1 NVnc agendum quæ sint coniunctæ personæ quæ sine mãdato agere possunt, & dicitur not. Azo. in sum. eo. tit. C. de procurat. uers. ubi autem quis defendit sine mandato. & not. Accur. ff. eo. l. sed & hæ personæ. in princip. in glo. & liberti. Sed
1 † an debeant offerre satisdationem, dic ut ff. eo. l. Pomponius. §. fina. & ff. de negot. gest. l. sinautem. in princ. Sed an contra uoluntatem admittantur, dic quod non, nisi in casibus duo
2 bus qui not. ff. eo. l. Pomponius. in fin. Sed † an pro minore agere possit sine mandato coniuncta persona, dic quod non. ut C. de procu. l. non eo minus. & quia pupillus dicitur inuitus. ut. ff. de condit. & demonst. l. Pater seueri nam. in prin. & ff. de minor. l. pater. in princi.
3 quæ lex induci potest in contrarium. † Sed an coniuncta persona possit agere in eo casu, in quo desideratur speciale mandatum, & dic quod non, nisi pater. ut d. l. patri. in fin. primo
4 resp. & not. Accur. C. eo. l. exigendi. An † coniuncta persona possit recipere solutionem, dic quod non. ut ff. ut legat. nom. cau. l. 1. in fi. & l. seq. & ff. iudic. solu. l. 3. in prin. & not. Accurs. ff. de solut. l. uero. in gl. quæ incipit. liberor. Sed pone quæstionem de facto, conueniebam Titium & Sempronius obtulit se defensioni eius, & satisdedit iudicatum solui, modo iste defensor ante litem contestatam feci procuratorem, quæritur an possit, & uidetur quod possit: † quia defensor cum satisdatione
5 loco domini est. ut ff. eo. l. Titius. Item, quia factus est principalis, nam soluendo alias, solutionem uel iudicium pro nobis accipiendo & inuiti & ignorantes liberari possumus, ut ff. de solut. l. solutionem. nam sententia contra eum exequtioni mandatur, ut. ff. eo. l. Placius. & ff. de re iud. l. si se non obtulit. & inter

rogatur, & etiam secundum Placen. de calumnia iurat tanquam dominus. ut not. Accur. ff. eo. l. non solum. Econtra quod non possit, quia hodie non efficitur principalis inuito
6 actore, quia † nouatio non fit nisi utroque uolente, ut ff. de nouat. l. stichum. §. fin. & C. eod. l. fin. & ideo defensor si ueluti principali actio ne conueniatur, Reus iurabit de calumnia. & not. in prædic. l. non solum. ff. de procur. & C. de iureiuran. prop. calum. l. 2. §. sin autem. nec obstat quod est loco domini, nam † & pro-
7 curator & tutor sunt loco domini, ut ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. & ff. de furt. l. interdum. §. qui tutellam. & tamen ante litē contestatam non faciunt procuratorem, ut C. eo. l. neque, & hoc puto uerius.

SVMMARIVM.

1 Procurator in rem suam non dicitur proprie procurator.
2 Procurator in rem suam non habet utilem suo nomine, nisi in casibus, ut.
Actiones utiles unde nascantur. eod.
Procurator in rem suam ex contractu sine cessione non habet utilem suo nomine. eod.
3 Cessio quando presumatur uera, uel ficta, uel simulata. eod.
Actionem utilem habens an & quando præferatur habenti directam. eod.
4 Procurator in rem suam nocet domino.
Pactum domini an noceat procuratori. eod.
Iuramentum de calumnia an præstetur per dominum, uel per procuratorem. eod.
5 Minor non potest cedere iura cum tutoris authoritate & sine decreto.
Cessio nominis est uenditio. eodem.
Minor non potest uendere sine authoritate iudicis. eod.
6 Decretum iudicis non est necessariam cum minor ex necessitate uendit.
7 Procurator qui habet speciale mandatum ad iura cedenda, potest cedere iura, quia cessio uenditio est, cum suo contrario.
Venditio potest fieri per procuratorem. eod.
Hæreditas per alium restitui potest. eod.
Cessio de nimia subtilitate est. eo.
Tutor sine pupillo actionem mandare non potest. eod.
8 Procurator non facit alium procuratorem ante litem contestatam.
Cedens iura facit cessionarium procuratorem in rem suam. eod.
Hæreditas potest restitui per procuratorem. eodem.
9 Procuratori possunt iura cedi.
10 Emptori nominis ab alio empti & sibi uenditi qua actio competat.
Infinitas uitanda est. eod.
11 Circuitus sunt euitandi.
12 Hypotheca an possit cedi sine principali.
Actiones omnes reales & personales cedi possunt. eod.
13 Creditor conueniens unum ex tribus fideiussoribus sibi datis a debitore, an uideatur cedere ei iura pro parte uel in solidum.
14 Exceptio concedendarum actionum an obstet creditori qui consensit uenditioni rei sibi obligatæ.
15 Agens ex iure casso an teneatur exprimere, an agat utili suo nomine, an directa nomine cedentis.
16 Agens simpliciter uidetur intentasse directam.
17 Cessio facta sub hac forma (cessit omnia iura quæ habet uel habere sperat, pro qua cessione confessus fuit se habuisse decem libras) an ualeat.
18 Nomen debitoris obligatum an possit conueniri utili actione ante principalem.
Corporalia possidentur, incorporalia non. eodem.
Cedens rei uendicationem non uidetur tradere dominium. eod.
19 Cessionarius iurium an teneatur facere uenire principalem.
20 Confessio cedentis an noceat cessionario.
21 Actiones utiles unde nascantur.
22 Bannitus potest cedere iura, quia relegati retinent bona.
Actiones cōtinentur appellatione bonorum. eodem.
23 Bannitus ex causa pro qua bona publicantur non potest cedere bona.
Hypothecaria quomodo probetur. eod.
24 Exceptio cedendarum actionum obstat creditori si eius culpa sit deterioratio.
Pignus & dominium simul non concurrunt. eodem.
25 Compensatio potest opponi procuratori facto in rem suam.
Cessio iurium contra debitorem an uideatur facta contra fideiussorem. eo.
26 Procuratori facto in rem suam quæ possint obiici.

Tutor

Tutor uel curator sine pupillo non potest cæ-
dere iura procuratori in rem suam, nisi
sit absens, uel fari non possit. eod.
27 *Cessio facta tutori uel curatori contra mino*
rem durante administratione non ualet.
Cessio præsumitur simulata, quando pars
actionis est uendita, & pars donata. eod.
28 *Cessio facta modico pretio, præsumitur si-*
mulata.
Cessio præsumitur simulata, quando nomen
continetur in instrumento, sed non ex quo
contractu. eod.
29 *Cessio quomodo euitet simulationem.*

De procuratore in rem suam, eius facultate, & quis ipsum facere possit. Cap. IIII.

NVnc dicendum est, nunquid procura-
tor in rem suam dicatur procura-
1 tor. † Et dic quod non proprie, ut
not. Accurs. ff. de procur. l. 1. in glo.
in uer. aliena. in princ. Sed quis procuratorē
in rem suam facere potest, dic quod quilibet
qui se obligare potest, & actionem habet, &
qui se obligare possint dic ut no. Azo in sum.
2 de pact. C. in uersi. pactorum igitur. † Sed an
procurator in rem suam habeat utilem suo
nomine, dic quod non nisi in casibus no. ff. de
procur. l. procurator in rem suam. & C. de do-
nat. l. illam. & not. Accurs. C. de act. & obliga.
l. 1. & unde nascantur utiles actiones, dic ut
not. Azo in sum. de act. & obliga. §. consueuit
quæri. Sed an ex contractu sine cessione habet
utilem suo nomine, dic quod non, ut not. Ac-
3 curs. C. de act. & oblig. l. 1. † Et quando cessio
præsumatur uera, uel ficta siue simulata, dic
ut notat Azo in sum. C. ne liceat poten. & C.
mand. l. per diuersas in glos. quæ incipit. alijs
causis. Sed nunquid qui habet utilem præ-
feratur habenti directam, dic quod sic in casu
scilicet quando stipulatio facta fuit in procu
ratore, & tunc præfertur, quia dominus ha-
bet utilem, ut not. Accur. ff. de procur. l. in
causæ. §. fin. & l. procurator in rem. & ff. si
ager uectig. l. 1. §. fin. & C. de nouat. & deleg.
4 l. si delegatio. † Sed an procurator in rem suā
noceat domino, dic quod sic. ff. de pact. l. si cū
emptore. & ff. quib. mod. pig. uel hyp. solu. l.
sicut. §. 1. Sed an pactum domini noceat pro-
curatori. dic ut not. ff. de transact. l. fin. Sed
quis iurat de calumnia, Respondeo, ut not.
Accurs. ff. eo. l. non solum. & C. de iureiur.
5 prop. calum. l. 2. §. fin autem. † Sed nunquid
minor potest cædere iura cum authoritate tu
toris, & sine decreto, dicunt quidam quod
sic, ut. ff. de auth. tut. l. pupillus. & ff. ad Tre-
bel. l. restituta. §. 1. sed dic contra. nam cessio
nominis est uenditio. ut. ff. de fideiuss. l. cum
ijs. & minor sine authoritate iudicis non po-
test uendere, ut C. de administ. tut. l. lex quæ.
& ff. de iure delib. l. 4. §. 1. licet quidam dicūt.
quod si cædat fideiussori & ex necessitate ei
cædat. ut C. de fideiuss. l. 2. quod tunc sine de-
6 creto ei cædat † quia cum minor uendit ex ne
cessitate decretum necessarium nō est, ut. ff.
de reb. eor. l. magis puto. §. 1. & 2. sed tutius
puto ut decretum interueniat: sed nunquid
procurator qui habet speciale mandatum ad
iura cædenda, potest cædere iura, uidetur
7 quod sic † quia cessio uenditio est. ut. ff. de
fideiuss. l. si dubitet. in fin. primo respon & l.
cum ijs, & uenditio per procuratorem fieri
potest, ut. ff. de instit. l. si quis. & ff de procur.
l. procurator qui pro euictione. Item hæredi-
tas per alium potest restitui, ut ff. ad Trebel.
l. restituta. Item qui per alium gerit. &c. ut. ff.
de admini. tut. l. ita autem. §. gessisse. econtra
quod non possit, quia cessio de nimia subti-
litate est, ut. ff. de iure dot. l. mulier. §. ex asse.
in fin. Itē quia sunt infixa ossibus nostris, &c.
ut. ff. de pecu. l. quis ergo. & ff. pro soc. l. 3. Sol.
domini Alber. Papien. est. quòd non possit, nā
tutor sine pupillo actionem mandare non po
8 test. ut. ff. ad Trebel. l. restituta. Item † quia
procurator ante litem contestatam alium nō
facit. ut C. de procur. l. quod quis. & l. neque
tutores. Et qui cædit iura eum cui cædit pro-
curatorem in rē suam facit. ut. ff. de hær. uel
act. uen. l. emptor. & ff. de in rem uer. l. 4. §. idē
labeo. Alij contra nam per procuratorem po-
test hæreditas restitui, ut. ff. ad Trebel. l. resti-
9 tuta. & hoc uerius puto. Sed † nunquid procu
ratori possint cædi iura. & uidetur quod non.
ut. ff. de iure dot. l. si mulier. §. ex asse. Sed dic
contra. ut. ff. ad Trebel. l. quamuis. & l. absen-
ti. §. 1. & dic quod cædet mihi iura illa. ut. ff.
mand. l. si procurator. in fin. & ff. de acq. poss.
l. possessio. in fin. & ff. quor. legat. l. 1. §. fin.
10 Sed † pone quòd emptor nominis alij uen-
dat, quam actionem habebit ipse emptor. Di-
cunt quidam, utilem. arg. ff. de negot. gest.
l. 3. §. hac actione. Alij dicunt quod nullam ha
bet primus emptor, sed secundus tantum, &
hanc geminationem dicunt non admitendā
esse, idem dicunt, etsi per plures manus am-
bulauerit, ut. ff. de minor. l. sed ubi. & hæc sen-
tentia uerior uidetur, & not. ff. ad Trebel. l. ex
asse. in fin. & ad hoc, quod infinitas uitanda
est. ut. ff. de damn. infæc. l. qui bona §. fin. &
11 quia † circuitus sunt euitandi. ut. ff. de condi.
ind. l. dominus testamēto. & ff. de seru. expor.
l. penult. & ff. si cui plus quam per leg. falc. l.
uideamus. Sed pone qui habet directam eam
uendidit, nunquid eam transfert, & dic quod
eam non transfert, quia directa actio &c. ut
ff. de peculio. l. quis ergo. & ff. pro socio. l. 3.
Sed qui habet utilem, præfertur ei. ut. ff. de
12 procurat. l. in causæ. † Sed pone quod cessi
hypothecam sine principali, nunquid ualet
cessio dicunt quidam quod sic. quia omnes

actiones reales & personales cædi possunt, ut
C. de hær. uel act. uend. l. fi. & ad hoc quod pos-
sit cædi. ff. de except. rei iudic. l. penult. §. La
tinus. econtra quod non, quia debet esse ali-
qua obligatio ciuilis uel naturalis cui appli-
cetur, ut. ff. de pignor. l. res. & ff. de fideiuss. l.
fideiussor. §. 1. & ad hoc. ff de pignor. l. si lega-
ti. & ff. de regu. iur. l. cum principalis. Ad quod
dic, quod possessori pignoris potest cædi, ut
not. C. Manda. l. per diuersas. nam interdum
habet quis retentionem licet non habeat hy-
pothecariam, ut not. ff. de pignor. l. 1. nec ob-
stat quod posterior sit dominus, & quod pi-
gnus rei suæ non tenet, ut. ff. de regu. iur. l. ne
que pignus, quia retentionem tantum habet.
ut ff. ad Treb. l. debitor. & C. si antiq. cred. l. 1.
13 † Pone quod debitorem habeo, dedit mihi
tres fideiussores, conuenio unum, nunquid
pro parte uel in solidum cædam iura ei, & dic
quod pro parte, ut. ff. de censi. l. cũ possessor. &
ff. de pec. l. quæsitũ. & ff. de admi. tu. l. si pupil
lus & ff. de tutel. & rat. distrah. l. cum pupillus
& not. Accurs. ff. de solut. l. Modestinus. Sed
14 † pone quod debitor dedit fideiussorem, & ob
ligauit mihi omnia sua bona, consensi uendi-
tioni domus, conuenio fideiussorem, nunquid
obstet exceptio concedendarum actionum, ui
detur quod sic ut C. de fideius. l. 2. & ff. de ad-
minist. tut. l. si pupillus & ff. de solut. l. sticchũ.
§. creditor. arg. contra per l. si stipulatus. §. fin.
ff. de fideius. & dic ut not. Accurs. C. de fideius.
15 l. 2. sed prima uerior. Pone † quod aliquis agat
simpliciter ex iure cæsso, nunquid tenetur ex
primere an agat utili suo nomine, an directa
nomine cædentis, uidetur quod non, quia tan-
tum consequitur per directam, quantum per
utilem ut ff. de neg. gest. l. pen. & nihil interest
quo gñe actionis &c. ut ff. ad uelleian. l. quam
uis. §. si mulier. Sed dic quod sic, ut ff. de solut.
16 l. si duo & de lega. 1. l. si mihi & tibi. Sed † po-
ne quod egit simpliciter, nunquid uidetur in-
tentasse directam, uel utilem, & dic directam
ut ff. de petit. hæred. l. nec ullam. §. item sciẽs
& ff. famil. hercis. l. plane & ad hoc. ff. de relig.
& sump. fun. l. a. §. t. Sed pone quod in instru-
mento continetur sic. Titius cæsit omnia iu-
ra quæ habet uel habere sperat, pro qua cæs-
17 sione confessus fuit se habuisse decem libras †
nunquid tenet cæsio, dicunt quidam quod
non, quia uidetur facta sine causa ut ff. de tran
sact. l. cum hij. §. si causa & ff. de doli except. l.
2. §. si quis sine causa & ff. de probat. l. cum de
indebito. §. fin. Alij contra, quia præsumatur
uenditio, ut ff. de præscript. uerb. l. naturalis.
§. 1. & C. de præd. curial. l. fin. lib. 10. Sed uide-
tur simulata, ut C. mand. l. per diuersas in litte
ra ibi licet instrumento cæsionis uendicatio-
nis nomen insertum sit ubi præsumitur quod
sit simulata, nisi sit innominatus contractus
ut not. Accurs. ibi in uer. uenditionis. Sed po-
18 ne quod obligasti mihi nomen debitoris tui †
nunquid conueniam eum utili actione secun-
dum. l. si conuenerit. §. 1. ff. de pignorat. act. &

C. de hæred. & act. uend. l. postea quam ante-
quam conueniam principalem, secundũ auth.
signatam. C. de act. & oblig. l. fin. quæ incipit.
Sed hodie nouo iure. Et dicunt quidam quod
non, quia primo conueniendi sunt fideiusso-
res, & mandatores &c. per præal. auth. & per le
gem. C. quan. fisc. uel priu. l. non prius. & l. hæ-
redem & C. de hæred. act. per tot & ff. de iure
fisci. l. mochis. Alij contra, dicentes quod non
habet locum in tacita hypotheca, secus in ex
pressa ut C. de act. & oblig. l. fin. & l. aduersus.
& C. de pignor. l. persequutione nec obstat
auth. quia loquitur in re corporali quæ possi-
detur, hæc autem sunt incorporalia quæ non
possidentur, ut ff. de acq. pos. l. possideri & ff.
de acquir. rer. dom. l. seruus. §. 1. nec obst. quod
est in corpore auth. de fideiuss. §. sed neque
uer. idem est dicere uel si quosdam habuerit
hominea &c. quia ibi loquitur in fideiussori-
bus obligatis pro principalibus, & hoc uerius.
Et adde quod not. Accurs. C. quã. fisc. uel priu.
l. 2. & 3. Sed nunquid si cædit mihi rei uendica
a tionem [a] habebo dominium, dicunt quidam
quod sic per l. fin. C. de hær. uel act. uend. Alij
contra, quod est uerius, quia potius uidetur
uelle mihi tradere actionem quam rem ut ff.
de iure dot. l. si sponsalibus. §. fin. & not. Ac-
19 curs. ff. famil. hercis. l. planè. † Sed nunquid il
le cui cæssa sunt iura teneatur facere uenire
principalem, dicunt quidam quod non, quia
suo nomine agit, ut ff. de procur. l. procurator
in fin. Alij quod sic, si nouit ueritatem melius
eo. ut ff. de procur. l. si actor & l. fin. C. eo. Sed
20 † nunquid si fuerit confessus Actor cæsionis,
nocet illi confessio cui iura sunt cæssa, dicunt
quidam quod non, & ad hoc. ff. quemadm. ser-
uit. amit. l. si partẽ. §. fin. in fin. nam postquam
procurator litem contestatus est, dominus age
re non potest, ut C. de nouat. l. 2. ecõtra quod
noceat, est argum ff. de lega. 1. l. si seruum ca-
strensis. Sed dic ut distinxit dominus Vber.
Quod si habet regressum contra eum nocet,
alioquin non. Et ita iudex uarie &c ut ff. de rei
uendic. l. in fundo & ff. de act. & oblig. l fi. Sed
Iacob. bald. contra, quia dolus authoris bonæ
fidei &c. ut C. de peric. & com. rei uend, l. do-
lum. Sed quis iurabit de calumnia, dic ut not.
Accur. ff. eo. l. nõ solum & C. de iureiur. prop.
21 calum. l. 2. §. sin autem † unde nascantur uti-
les actiones, dic ut not. Azo in sum. C. de act.
22 & oblig. §. fin. Sed † nunquid bannitus potest
cædere iura, & dic quod sic quia relegati reti-
nent bona ut ff. de interd. & releg. l. relegato-
rum. §. ad tempus, & appellatione bonorum
etiam actiones continentur ut ff de uerb. sign.
l. in eorum & l. bonorum & ff. ut in pos. legat.
l. is cui. §. bona. Econtra quod non, quia om-
nes exceptiones quæ obstant uenditori &c. ut
ff. de contrah. empt. l. dol. §. 1. & ff. pro socio.
l. idemque in fi. & ff. de reg. iu. l. in ijs. §. non de
23 beo, Ad quod dic † si sit bannitus ex ea causa
ex qua bona publicantur, quod tunc cæsio nõ
ualet, quia actiones competunt fisco & contra
fiscum

fiscum ut ff. de capi. dimin. l. 2. & ff. pro socio. l. actione. §. publicatione. Si autem ex alia causa, tunc subdistingue, aut habet causam lucratiuam, aut onerosam, in primo casu obstat exceptio, in secundo non ut ff. de doli except. l. apud cælsum. §. de authoris dolo. Pone quæstionem de facto, unum debitorem meum habeo, is obligauit mihi omnia sua bona, postmodum debitor uendidit Titio domum, & postea Seio fundum, egi contra Titium hyppothecaria petendo domum, obtulit mihi debitum cæsi ei actionem contra debitorem, & eius bona, agit modo Titius contra Seium, seius opponit exceptionem cædendarum actionum, quæritur an possit. Quod Titius agere possit, probatur, quia constat de debito, constat de obligationibus, constat quod res fuit in bonis debitoris, quæ omnia probant hyppothecariam, ut C. de pignor. l. nec creditores & de nō num. pecu. l. 1. & ff. de pignor. l. superatus & l. quæ nondum. §. quod dicitur. Econtra quod non possit, nam iusto possessori sunt cædenda iura, ut ff. qui pot. in pign. hab. l. mulier. Et
24 † si culpa creditoris sunt deteriorata, obstat exceptio ut ff. de solut. l. sticchum. §. si creditor nam domus uidetur liberata, quæ cum facta fuit Titij, & Titius acquisiuit, unde uidetur liberata, quia pignus & dominium simul non concurrunt ut ff. de pignor. l. si rem. Et quia in generali sermone &c. ut ff. de act. emp. l. si mer cedem in fin. Sol. dic quod diuiditur obligatio ut ff. de censi. l. cum possessor & ff. de adminis. tut. l. si pupillus & ff. ad leg. Rod. de iac. l. 2. §.
25 1. Sed † nunquid compensatio potest opponi procuratori facto in rem suam, dic quod sic ut not. in l. 3. ff. de except. alias de compensat. Pone quod cæsi iura contra debitorem, nūquid contra fideiussorem uideor accessisse ar. quod non ff. de hær. uel act. uend. l. qui filij & l. uenditor actionis. arg. contra. ff. de hær. & act. uēd. l. emptor & C. de act. & oblig. l. si à creditore & l. si in solutum & ff. de lega. 3. l. qui chirographum in fin. Sed dic quod in casibus illis in quibus habet utilem actionem fine cæsione, quod tunc contra fideiussorem & pignora habet, ut not. Azo de hær. uel act. uend. in fin. uers. de actionibus autem. Sed in ijs casibus in quibus non habet actionem sine cæsione non uidetur quod habeat utilem contra pignora, & fideiussores nisi cædatur, cum in contractibus s[illegible] iuris nemiant tantum ea de quibus est actum ut ff. de uerb. oblig. l. quid quid. Sed dominus Azo dicit indistincte, quod uidetur cæssa contra pignora & fideiussores ut in sum. de hær. uel act. uen. in fi. §. de actionibus autē
b uer. & fine uenditor nominis &c. b quæ pos-
26 sint obijci procuratori facto in rem suam † & dic quod obijcitur in primis si iura cæssa sunt ab eo qui cædere non potest & prohibetur minor fine tutoris uel curatoris authoritate. Itē tutor uel curator sine pupillo nisi sit absens, uel fari non possit, ut ff. ad trebel. l. restituta. Item furiosus, Item prodigus, ut ff. de uerb. oblig. l. is cui & ff. de regu. iur. l. in negotijs. Item pater filio ut ff. de contrah. empt. l. 2. Itē obijcitur si cæssio fiat potentiori ut C. ne lic.
27 pot. l. 1. & 2. Item † si fiat tutori uel curatori contra minorem durante administratione, ut C. qui dar. tut. pos. in auth. minoris. Item si res est litigiosa ut C. de litig. l. 2. Item si cæssio est simulata ut C. mand. l. per diuersas quod quidē præsumitur in casibus, ut quando pars actionis est uendita, & pars donata ut C. mand. l. fi. Itē
28 † quando modico pretio facta est cæssio, ut ff. de transact. l. cum ij. §. modum & in præd. l. per diuersas. in prin. C. mand. Item quando nomen continetur in instrumento, sed non continetur ex quo contractu, uel non continetur in principio ut not. In d. l. per diuersas. Et de hac materia plene notatur per Accurs. in l. 1.
29 C. ne lic. potent. Et † hæc uera sunt, nisi fiat creditori pro debito, uel possessori pro euictione rerum quas possidet, uel nisi fiat ab hæredibus in legatarios, ut not. Azo in sum. C. ne lice. potent. in fi. §. illud notandum.

ADDITIO.

a Habendo dominium, uide Dynum in reg. iur. canon. pro possessore lib. 6. & præcipue uers. septimo quæri potest & uide etiam Cyn. in l. 1. C. de alien. iud. mut. cau. fac.

b Venditor nominis. Albertus papiensis contra. ut consueui notare per eum. C. de act. & oblig. l. si à creditore & dic quod emptor habebit actionem sibi quæsitam, eo ipso quod emit, ut not. C. de act. & oblig. l. 1. si ex cæsione non cum aduersus eum non sit facta.

SVMMARIVM.

1 *Sindicus unde dicatur, & a quibus constituatur.*

2 *Collegia licita quæ dicantur.*
Sindicus yconomus, & Actor quomodo differant. eodem.

3 *Sindicus & procurator in quo differant.*

4 *Sindici constitutio quot partes eligentium requirat. num. 5.*

5 *Collegium tres faciunt.*

6 *Sindicus an possit ab uno constitui, si omnes recesserunt de uniuersitate preter illum.*
Vnus an sustineat uicem plurium. eod.

7 *Sindicus debet constitui in loco publico, non priuato, uel secreto.*

8 *Sindici constitutio non potest fieri cum consensu unius in uno loco & alterius in alio, nam solenniter debet fieri, eligentibus congregatis in unum.*
Ratihabitio comparatur mandato. eod.

9 *Sindicus an possit eligi qui non sit de corpo-*

se

re, uel de uniuersitate.

10 *Constituentes sindicum cuius ætatis debeant esse.*

11 *Seruus an debeat consentire sindicatui.*
Serui quo ad ius ciuile pro nullis habentur. eodem.

12 *Conuersus an consentiat sindicatui, attenditur consuetudo loci.*

13 *Mulieres possunt facere sindicum, si est collegium monacharum, alias non.*

14 *Sententia contra sindicum mandatur executioni contra uniuersitatem.*

15 *Homines de uniuersitate tenentur ad eius debita, si nihil possidetur in uniuerso.*

16 *Vniuersitate soluta quilibet habet partem suam.*

17 *Vniuersitas delinquens an possit constituere sindicum.*
Vniuersitas potest accusari, si consilio congregato, & campanis pulsatis deliquit. eodem.

18 *Index pronuntians sindicum non legitimũ, uel legitimum, an præiudicet uniuersitati.*

19 *Appellatur ab interloquutoria cum talis est quod potest examinari in causa appellationis.*

20 *Vniuersitas soluens expensas dicitur ratum habere quod postea factum est.*

21 *Sindicus non legitimus an teneatur ad expensas.*

22 *Sindicus constitutus ad tempus an possit finire lites inchoatas.*

23 *Decurionum nomina nunquid debent esse scripta in instrumento sindicatus.*

24 *Vniuersitas uel collegium an possint facere sindicum sine consensu sui rectoris.*

25 *Sindicus constitutus ab Abbatissa cum capitulo, an mortua Abbatissa poterit agere.*
Capitulum uacante monasterio per mortem Abbatis facit sindicum. eod.

26 *Instrumentum an ualeat; quo continetur, quod omnes in consilio congregati ad uocem præconis, & sonum campanæ more solito facerent talem sindicum.*
Instrumento credendum est quousque probetur contrarium. eod.

27 *Sindicus uillæ uel castri an petat restitutionem in integrum.*

28 *Sindico quæ obyci possint.*

De sindico, Actore, & yconomo, & a quibus constituantur, & quale sit eorum officium. Cap. V.

VNde dicitur sindicus, dic ut notat Ac
curs. ff. quod cuiusq. uniuer. nom. l. 1.
§. quibus in gl. quæ incipit. differtur.
1 a quibus † constituitur sindicus, dic
quod a collegio licito, & ab uniuersitate;
ut in præd. l. & not Accur. in præd. glo. differ-
tur. Item ab Actore episcopi debet constitui
sindicus in ecclesijs sibi subditis, ut extra de
iuramen. calum. c. imperatorum. & extra de
2 procur. c. mandato. in prima glo. Quæ † dican
tur collegia licita, dic ut not. Accur. ff. quod
cuiusq. uniuer. l. 1. in gl. quæ incipit. aliorum.
quę multa sunt. In quibus differãt yconomus,
sindicus, & actor. dic ut not. Accurs. in præd.
3 glo. differunt. In † quibus differant sindicus
& procurator, dic ut not. Accur. ff. quod cu-
iusq. uniuer. l. item eorum. §. uniuersitatis a-
ctor. in glo. quæ incip. super uersi. non autem
4 de rato, scilicet cum certum est. Sed † nun-
quid in cõstitutione alicuius sindici ecclesiæ
oportet duas partes esse presentes totius or-
dinis, & dicunt quidam quod sic existentium
in ciuitate, ut C. de legat. l. fin. lib. 10. Azo &
H. contra sentiunt, scilicet quod oportet duas
partes totius ordinis esse presentes, ut C. de
decuri. l. nominationũ. & ff. de decr. ab ordin.
facien. l. 2. & uidetur not. Azo. in summa de
his qui sunt. circa finem. & ad hoc. ff. quod cu
iusque uniuer. l. nulli. Quidam contra qui di-
cunt quod secundum canones sufficit si ma-
ior pars fuerit præsens. & ad hoc extra de ele-
ction. c. cum in cunctis. & de his quæ fiunt a
maior. par. cap. in prima decreta. sed quod
5 primo dixi uerius est. Sed † nunquid oportet
esse presentes duas partes totius ordinis: re-
spondent quidam quod sic, scilicet existen-
tium in ciuitate, ut C. de legation. l. ult. lib.
10. Azo & H. contra. quod oportet duas par-
tes totius ordinis esse presentes, ut not. Ac-
cur. C. de decuri. l. nominationum. lib. 10. &
ff. de decre. ab ord fac. l. 2. & ff. quod cuiusq;
uniuers. l. nulli. Sed an sufficiat si maior pars
duarum partium consentiat, dic ut not. Ac-
curs. in præd. ll. Quot faciant collegium, dic
quod tres. ut ff. de uerb. signifi. l. Neratius pri
6 scus. Sed † si omnes recesserunt de uniuersita
te præter unum, an ille unus possit facere sin
dicum, dic quòd uidetur quod non. quia diffi
cile est, quod unus duorum uicem sustineat.
ut. ff. de pact. l. si plures. & C. de postulan. l.
quisquis. & ff de sent. l. fin. Econtra quod sic,
quia unus sustinet uicem plurium, ut. ff. de sti
pul. seru. l. 1. §. si communis. & ff. de fideiuss.
l. generaliter. in fin. & ff. de solut. l. ubi fideius
sor. & hoc uerius. & not. Accurs. ff. quod cu-
7 iusque uniuer. l. sicut municeps. §. fin. † In
quo loco fiat sindici constitutio, dic in loco
publico, non priuato uel secreto loco. ut C.
de

de di car.'.2.lib.10. & C.de legation.l.peuul. & fi.li.10.& C de prædi.ciu.l.2.& ff.de reg.iu. l.aliud.§.refertur. Sed quid si unus consentiat hodie, & alius cras, uel unus in uno loco & alius in alio † nunquid ualet talis constitutio sindici, & uidetur quod sic, quia ratihabitio mandato comparatur, ut C.ad Maced.l. fin. C.de donat. inter uirum, & uxorem.l.in donationibus.& ff.de ui & ui arm.l.1. §.quoties.& ad hoc extra de elect.& el.pot. c.quod sicut. econtra uidetur quod non ualeat ut dicitur in authoritate tutoris. ut instit.de auth. tut §.fin.& ff.de auth.tut.l.obligationum. §. fin.& ff.de usuc.l.nunquam. §.1.Sol.dic quod non ualet, nam solemniter debet fieri decurionibus in unum connocatis. ut.ff de decur. l.2.C.de legation.l.penult.lib.10.ubi dicitur. in loco autem publico,&c.& C.de præd.cur. l.fin.lib.10.ubi dicitur. nec ex tabula, id est fenicimo, uel iudice delegato &c.ut in glos. & C.de ueuden. reb.ciuit. l.2.cir.fin. libr.11.

9 Sed † nunquid sindicus potest eligi qui non sit de corpore, uel de uniuersitate, & not. Accur.ff.quod cuiusque uniuers.l.plane.quod sic.si alius non sit idoneus in uniuersitate, ut C.de episc.& cler. l.in ecclesijs. & ff.de tut.& curat.dat. l.diuus. Sed uidetur contra secundum decretales. ut ex de sindico.c.1. & ex de iur.cal.c.1.2.3. uel dic aliud in clericis, quia clerici sutare prohibent. ut C.de epis.& cle. l. cũ clericis,& aliud habet locũ in laicis,cũ & in uiti cõpellant suscipere iudiciũ, & sindicatũ.

10 ut.ff.de muner.& hon.l.fi.§.iudicandi. †Quæritur cuius ætatis esse debeant qui sindicum constituunt.& dicunt quidam quod oportet constituentes esse maiores. xxv. annis, cum minor nõ admittatur, ut C.quan.prouoc.non est necess' l.si pater. & ff.de mun. & hon.l.ad rem.& ff.de excusat.tut.l.si rem.§.1.alij dicũt quod debent esse maiores. 14.annis.quia tales testificantur, & fidelitatem iurant, ut in constitutione Friderici imperiale.& hoc etiã

11 obseruat consuetudo. Quæritur † an seruus debeat consentire sindicatui, & uidetur quod non: quia quod ad ius ciuile attinet serui pro nullis habentur. ut ff.de regu.iur. l.quod atti net.& ff.de testam. l.qui testamento. §.seruus.& ff.ad leg.cornel. de fals.l.nullo modo. & hoc uidetur uerius, sed de consuetudine ciuitatis Parmæ si moratur seorsum a domino

12 uidetur quod admittatur. Sed † nunquid con uersus consentiet sindicatui, argu. quod sic, nam conuersi dicuntur clerici.ut in Decret. 12.q.1 c.duo. & arg.in auth. hoc ius porrectum.C de episc.& cler.ubi dicit. alias, C.de sacrosf.eccles: § quod si nolit. uersf.maiori parte ibidem seruitium consentiente &c.Econtra uidetur quod non, ut in auth. de sanctis. episcop. §.clericos. sed dic quod statur con-

13 suetudini. Sed † nunquid mulieres possint facere sindicum, Dic quod sic si est collegium monacharum, alioquin non, cum non fungantur ciuilibus officijs, ut.ff. de regu. iu.l.fœminæ. & ita est de consuetudine, quæ multum in talibus operatur. ut.C.de emanci-

14 pat.l.2.& fin. † Sed si condemnatus est sindicus, contra quem sententia mandatur exequutioni, & dic contra uniuersitatem, ut

15 ff.de reg.iur.l.si se non obtulit.§.1. Quid † si non est in uniuersitate quod possideatur, & uniuersitas debitrix est, nunquid teneutur ad contributionem, & dic quod sic. ut nor. Accur.ff.quod cuiusque uniuer.l.1.§.quibus, in glo.quæ incipit,idem prætor. & argumen. ff.de censi. l.cum possessor, & ff.de alimen.& cib.lega.l.3.& ff.de colleg.licit.& illicit. l.1.

16 primo respon. † Sed si dissoluatur uniuersitas, nunquid petet quilibet partem suam,dic quod sic. ut.ff.de colleg.illic. l.1.2. & 3. & dic

17 ut ibi not.Accurs. Sed † pone quòd uniuersitas delinquit, nunquid potest constituere sindicum & nũquid potest accusari, & dic quod potest accusari, si consilio congregato, & campanis pulsatis deliquit, ut. ff. quod met. cau.l.metum.§.animaduertendum, & §.ait prætor, & quod faciat sindicum, dic ut nor. C.de re mil.l.Rancolatores. §.uniuersitas ait. libr.12.& dic ut not.Accur.ff. Quod cuiusque uniuer.nom.l.sicut. §.si quid.in glo.non de-

18 bebut. Sed † pone quod iudex pronunciat sindicum non legitimum esse, uel legitimum, nunquid præiudicat uniuersitati, dicunt quidam quod sic, propter authoritatem iudicio- rum, ut.ff.de minor. l.ait prætor.in princ.& ff.de bonor.possess.l.si seruus.& C.qui admit ad bonor.possess.l.bonorum. Alij contra,quia factum prætoris &c. ut. ff.de testamen. tutel.l.iure nostro.& ff.de reb.cor.qui sub tut. uel cur.l.neque. & ff.de feri.l.1.primo resp. ad quod dic ut not. Vber.de Bobio, quod non præiudicat uniuersitati,ut.ff.de collus.deteg. l.cum non iusto. nisi forte iudex decreuit se ratum habiturum quidquid factum erit, per eum. ut.ff.quod fals.tut.l.1. § idem Pompo-

19 nius. Sed † nunquid quilibet potest appellare a tali pronunciatione, & dic quod sic, quia appellatur ab interloqutoria cum talis est quod potest examinari in causa appellationis,ut ff.de minor.l.intra.& C.si sæpi.rest.

20 in integ.pet.l.1. Sed † pone quod uniuersitas soluit expensas, nunquid dicitur habere ratum quod postea factum est, dic quod sic, ut.ff.rem rat.hab.l.Paulus respõdit. & ad hoc

21 de decuri. l.pen. † Sed nunquid ille sindicus tenebitur ad expensas, distingue, aut sciebat se non legitime constitutum, aut ignorabat in primo casu tenetur ad expensas actione,de dolo,in secundo non.ut. ff.de dolo l.penultim. & ff.quod falsf.tut. aut. l.no-

22 uissime. §.fin. Pone † quod sindicus costitutus est hinc ad annum, & interim litem est contestatus, nunquid finito anno tenetur finire causas inchoatas, & uidetur quod sic cum factus sit dominus litis ut C.de procurar. l.nam & ad hæc.ff.de neg.gest.l. seruius alias. l.nam & seruius. §. pe. & ut post pub. cau. ad

tu.l.1.& ff.de appel.l. tutor & ff.si pend. ap. l. 1.in fin. Ad quod dic, si inuitus fuit constitutus, puta, quia de collegio uel uniuersitate erat, & tunc uidetur, quod non teneatur eas finire, ut ff. de uacat. & excusat. mun. l. legato &. ff. de legat. l. Paulus & hoc, si rationem reddidit ut ff de administ. tut. l. ita autem. §. gessisse, in fin. Si autem sponte fuit factus sindicus, tunc compellitur eas finire ut ff. de neg. gest. l. nam seruius. §. 1. Sed ad maiorem cautelam uniuersitas faciat sindicum, & ille faciat procuratorē
23 eundem sindicum. Sed † nunquid nomina decurionum debent esse scripta in instrumento sindicatus, dic quod sic ut C. de uenden. reb. ciuit. l. 3. lib. 11. & de prædi. curial. l. fin. & ff. de albo scrib. l. 2. & 3. & extra de procurat. c. ult. & extra de hijs quæ fiunt à prælatis. c. quanto. licet quidam dicunt, quod sufficiat pulsatio campanæ & consilium debeat coadunari, & cōsueuit per sonum campanæ, ut extra de elect.
24 c. in causis. Sed † nunquid uniuersitas uel collegium potest facere sindicum sine consensu sui rectoris, ad quod uidetur quod sic ut ff. de decret. ab ordin. fac. l. 1. arg. contra si magistratus adest, ut ff. de tut. & curat. dat. ab ijs. l. ubi & ff. quan. appel. sit l. 1. §. solet & C. de hijs qui ad eccles. confug. l. presenti. in uer. si quidem. Sed dic ubi negotia sunt connexa capituli & prælati, quod non potest, secus & alioquin sic ut extra de rescr. c. edoceri & extra ne sed. uacan. c. fin. & extra de iudic. c. causam.
25 Sed † pone quæstionem de facto. Domina abbatissa sancti Pauli constituit cum capitulo dicti monasterij sindicum, & decessit, nunquid dictus sindicus poterit agere pro dicto monasterio, & dic quod causas inchoatas poterit finire, sed non de nouo inchoare ut ff. de neg. gest. l. nam & seruius. §. si uiuo. Sed capitulum uacante monasterio, faciet sindicum, ut extra de in integ. restit. c. 2. licet quidam dicant con
26 tra, ut extra, ut sed. uacan. c. fin. Sed † pone quæstionem de facto, continebatur in quodam instrumento, quod omnes in consilio par mensi congregati ad uocem præconis & ad sonum campanæ more solito facerent talem sindicum, nunquid ualet, & uidetur quod non, cum nomina consiliariorum debeant esse scripta, ut supra in tertia quæstione, econtra quod sic, quia in instrumento continetur, quod omnes &c. & instrumento credendum est quousque probatur contrarium ut C. de probat. l. cū precibus & C. de contrah. & com. stip. l. optimam. in fi. & qui omne dicit nihil excludit ut extra de maior. & obed. c. solite & l. a procuratore. C. mand. & ita de facto fuit pronunciatū, sed quod primo dixi uidetur uerius. Sed si dixisset quod duæ partes fuerunt presentes, tunc sine dubio debent esse scripta, quia differentia est inter uniuersalem additionem & specialem ut ff. de euict. l. serui uenditor & ff. de nou.
27 op. nunt. l. de pupillo. §. qui nuntiat. Sed † nunquid sindicus uillæ uel castri petat restitutionem in integrum, & notat Accurs. quod non,

C. ex qui. cau. maior. l. res publica & ff. ad macedon. l. nihil interest, sententia Alber. Pspiēest quod sic ut ibi not. Pone quæstionem de facto, minor pars hominum de Terano constituerunt sindicum, & promiserunt nomine uniuersitatis, quod uniuersitas habebit ratum, & ipse sindicus condemnatus est, & cum non esset legitime constitutus, sententia cassata est, quæritur an præsentes teneantur, & uidetur quod sic ut ff. de magistr. conuen. l. 1. in prin.
28 Quæ † possint obijci sindico, & dic, q' potest obijci quod non est constitutus à maiori parte duarum partium ibidem præsentium, & quod duæ partes non fuerunt ibi præsentes, ut ff. quod cuiusq. uniu. l. nullius & ff. de decr. ab ordi. facien. l. 2. & penul. & C. de decurion. l. nominationum. Item obijcit, si nomina absentium non sunt scripta ibi ut extra de hijs quæ fiunt, à prælar. c. quanto in fin. Item obijcitur si in loco publico constitutus non est, ut C. de decur. l. 2. lib. 10. Item si unus consentiat hodie alius cras. ut C. de legation. l. pen. in fi. lib. 10. & in præd. l. 3. C. de decuri. Item quod est excommunicatus ut extra de cæssion. c. post cæssionem. Item quod reuocatum est mādatum, ut ff. quod cuiusq. uniuer. l. item eorū. §. pe. Item quod est talis persona quæ non potest esse sindicus, puta, minor, & miles, & mulier ut ff. de procur. l. minor. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas quomodo constituat Actorem.*
2 *Sindicus & Actor quomodo differant.*
3 *Actori uniuersitatis quæ obijci possint.*

De actore constituto ab uniuersitate, & forma constituendi ipsum.
Cap. VI.

Qualiter constituatur Actor ab uniuersitate, dic ut not. Accur. ff. quod cuiusq. uniuers. l. 1. §. quibus. Et †
1 quomodo uniuersitas constituat Actorem. Dic ut ff. de neg. gest. l. cum alieno
2 & ff. ad trebel. l. ita tamen in prin. † Quæ sit differentia inter sindicum & Actorem. Dic ut not. Accurs. ff. quod cuiusq. uniuers. l. item eo-
3 rum. §. si decuriones. Quæ possint obijci Actori uniuersitatis, dic ea omnia quæ supra in sindico dixi.

SVMMARIVM.

1 *Actor quando constituatur ab Tutore, uel curatore.*
2 *Actor uniuersitatis, & Actor Tutoris in quo differant.*

3 Index

3 *Iudex an constituat Actorem cum decreto periculo tutoris, an constituat eum tutor suo periculo.*

4 *Actori tutoris quid possit obijci.*

De Actore constituto à tutore uel curatore. Cap. VII.

QVando Actor constituatur à tutore
1 uel curatore † dic quod in duobus casibus, scilicet, quando pupillus est absens, uel fari non potest,
& tutor ualetudine impeditur, uel negotia
sunt diffusa, ut not. Accurs. ff. de admin. tut. l.
decreto & instit. de curat. §. fin. & C. de procu.
l. neque & C. de auth. tut. uel curat. l. 1. Quæ
2 † sit differentia inter Actorem uniuersitatis,
& Actorem tutoris, dic ut not. Accurs. ff. rem
3 rat. hab. l. Actor. An † iudex constituat Actorē
cum decreto periculo tutoris, uel constituit
tutor suo periculo, & dic quod patet eum constitui à iudice suo periculo ut Azo notat in
summa. C. de procurat. §. constituitur. Potest
4 † obijci Actori si pupillus sit præsens, & fari
potest, ut instit. de curat. §. fin. Item obijcitur
si periculo tutoris non est constitutus ut C. de
auth. tut. uel curat. l. 1. &c.

SVMMARIVM.

1 *Curator quando & quibus casibus detur bonis, & an in ultima uoluntate.*

2 *Curator potest dari bonis presentis quando debitor cessit bonis.*

3 *Curator inuitus dari non potest.*

4 *Curator datus bonis an & quando debeat satisdare.*

5 *Mulieres possunt esse curatrices, quando testator legat filio ne ad patrem perueniat usufructus.*

6 *Curator datus bonis, & alij curatores quo modo differant.*

7 *Curator bonis datus facit inuentarium.*

8 *Curator bonis datus an intentabit tantum actiones tempore perituras, uel omnes.*

9 *Beneficium epistolæ an habeat locum inter plures curatores.*

10 *Curator datus bonis iurat de calumnia.*

11 *Curatori bonis dato quæ obijci possint.*

12 *Curator bonis datus si non fecit inuentariū, uel non satisdedit reijcitur.*

De curatore bonis dando, quando, quo modo, & quibus casibus de cur. Cap. VIII.

QVando curator detur bonis, & in
1 quibus casibus dic ut notat Accur.
ff. de curat. bon. dan. in Rubr. & ff.
de muner. & hon. l. t. §. fin. & ff. de
hær. instit. l. si quis hæres instituitur & C. de
1 postlim reuer. l. 2. Sed † an in ultima uoluntate detur curator bonis, dic quod sic ut in auth.
2 ut lic. mat. & au. §. 1. col. 7. Sed † an in bonis
præsentis possit dari curator, dic quod sic, quādo bonis debitor cessit, ut ff. de cur. bon. dan.
l. fin. Item quando delata est hæreditas filiofamilias ex aduentitia causa, & pater repudiat
usumfructum, ut C. de bon. quæ lib. l. cum non
3 solum. §. ubi. Sed † an inuitus possit dari curator. Dic quod non ut in aut. ut lic. mat. &
au. §. 1. & ff. de curat. bon. dan. l. 2. §. quæritur.
4 Sed † an curator bonis datus debeat satisdare.
Dic, aut cum inquisitione fuit datus, & tunc
non satisdat, aut sine inquisitione, & tunc satisdat, ut in auth. ut lic. mat. & aui. in prin. &
ff. de curat. bon. dan. l. bonorum & ff. de uent.
5 in pos. mit. l. 1. §. quoties. † Sed nunquid mulieres possint esse curatrices, dic quod sic in
casu quando testator legat filio ne ad patrem
perueniat usufructus, ut in auth. ut lic. mat.
6 & au. in prin. † Sed quæ est differentia inter
curatorem bonis datum & alios curatores dic
ut not. Accurs. ff. de curat. bon. dan. l. 1. primo
respon. & ff. de admin. tut. l. inter bonorum.
7 † Sed an curator bonis datus faciat inuentariū
dic quod sic, ut ff. de uent. in pos. mit. l. t. §. fi.
8 † Sed nunquid curator datus bonis intentabit
actiones tantum tempore perituras, uel omnes, & dicit Accurs. quod tantum tempore perituras, ut not. Accur. ff. de bon. aut. iu. pos. l.
creditore. Alij dicunt, quod omnes intentabit, & tempore perituras & alias per l. 2. primo resp. ff. de curat. bon. dan. Tertij dicunt,
quod datur curator ad commodum creditorū,
ut satisfaciat eis, quod tunc intentabit omnes
actiones, alias non nisi tempore perituras, ut
præd. l. 2. ff. de curat. bon. dan. quod interdum
contingit quod datur curator bonis ut satisfaciat creditoribus ut ff. ex quib. cau. in pos. eat.
l. Fulcinius. §. adeo & l. si duo. & ff. de curat.
furio. l. curator bonis, & hoc puto uerius. Sed
9 † pone quod plures curatores dati sunt, nunquid habet locum beneficium epistolæ inter
eos, dic quod non, ut notat Accurs. ff. de curat.
10 bon. dan. l. 3. §. fin. Pone † quod datus est bonis curator, nunquid iurabit de calumnia, &
dic quòd sic, ut not. Accurs. C. de iureiu. prop.
11 calum. l. 2. §. 1. Quæ † possint obijci curatori
bonis dato. Et dic quòd potest obijci, si datus
est uentri, quod non est de illis personis quæ
curatores dari possunt, ut ff. de uent. in pos.
mit. l. 1. §. eleganter. Item si est curator datus
bonis ad petitionē creditoris, obijcitur quod

non est constitutus ex consensu maioris partis creditorum ut ff.de curat.bon.dan.l. 2. & ff.de bon.auth.iudi.pos.l.fin. Item obijcitur secundum Azonem quod non intentat actionē seu actiones nisi tempore perituras, nisi nominatim in eius constitutione hoc est dictum, ut not.in præd.ll supra proxime allegatis. Item
12 † obijcitur si non fecit inuentarium, ut ff. de uent.in pos. mit.l.1.§.fin. & penult. Item obijcitur si non satisdedit, cum sine satisdatione in constitutione datus sit, alioquin si eum inquisitione, non tenetur satisdare, ut ff.de curator.furi.l.liberorum & ff.de uēt.in pos. mit. l.1.§.quoties.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius electus à testatore ad bona & legata distribuenda pro anima, potest cogi ut distribuat.*

2 *Commissarius an possit agere licet nullum sentiat commodum.*

3 *Commissarius an debeat satisdare de uoluntate testatoris adimplenda.*

4 *Commissarius debet iurare quod bona fide faciet.*

Hæres an possit esse præsens distributioni cōmissarij, si commissarius contradicat, & ipse dicat se uelle. eo.

5 *Legatarius cui est relictum legatum proeundo ultra mare, si non audet ire, illud habebit si uadit ad similem locum.*

6 *Commissario moriente, ad quem spectet dispositio relictorum à testare.*

7 *Commissarius finita commissaria, si habet aliquid in manibus, an possit retinere pro soluendis usuris & male ablatis.*

8 *Commissarius ordinatus ad distribuenda legata infra quod tempus debeat complere officium.*

9 *Commissarius testamentarius an possit ante litem contestatam facere procuratorem contra hæredem, & debitores hæreditatis.*

10 *Procurator qui uendidit uel stipulatus est suo nomine habet actionem pro procuratore.*

11 *Commissarij testamentarij sunt loco hæredū.*

De commissarijs testamento datis, eorumq; officio. Cap. IX.

SEd an commissarius qui electus est a testatore ad distribuenda legata pro anima defuncti possit cogi ut distribuat,
1 † dic quod sic, ut not. Accur. C.de episc. & cler. l.nulli. & ff.de religio.& sump.fun.l.si quis.§.funus.& extra de testamen.c.penulti.
2 & c.tua nobis.&c. Sed † nunquid potest agere licet nullum sentiat commodum, dic quod sic quando debet distribuere pro anima uel pro alimentis, alias non ut ff.ad Trebel l.Lucius.§.1.& ff.de alim.& cib lega.l. alio. Sed
3 † nunquid debet satisdare de uoluntate testatoris adimplenda, dic quod non, ut ff. si cui plus quam per leg.falc l.Diuus. Quidam contra distingunt, aut est suspecta persona, aut non, ut ff.de petit.hære.l.penult. sed primum
4 uerius. Sed † nunquid debet iurare quod bona fide faciet, dic quod sic, ut. C.de donat.l.si quis pro redemptione. Sed nunquid pauperes habent actionem, dic quod sic, ut C.de episc.& cler.l.nulli.& ibi not. Accurs. Sed pone quod hæres dicat se uelle esse præsentem distributioni, & commissarius contradicat, quid iuris est, & uidetur quod sic posit esse, ut.ff.de usufr.re.legat.l.legatum. Sed contra, ut per.l.nulli.C. de episco. & cler. & per l.si
5 quis pro re.C.de donat. † Sed pone quod legauit alicui quod uadat ultra mare, & modo aliquis ire non audet, nunquid habebit, dic quod sic, si uadit ad similem locum. ut ff.de
6 usufr.lega.l.legatum. Sed † quid si re non integra mortuus est commissarius, nunquid hæres disponit, & uidetur quod sic, ut ff.pro socio.l.hæres socij. & ff.de fideiuss. & nomi. & hær.tut.l.1. Sed dic quod non, ut ff.de adim. legat.l.liberto.§.fin. Sed si re integra moriatur, episcopus disponet, ut in Auth.de eccl. tit.§.sin autem. & compellitur hæres soluere penes quem remanēt legata cum suo onere, ut C.de caduc.tol.l.1.§.in primo, & §. in secundo. & ff.de lega.2.l.si quis Titio.§.fin. Po-
7 ne † Quæstionem de facto, quædam mulier erat tutrix & commissaria, finita tutella habet quinquaginta penes se, & uolebat modo retinere ut solueret pro usuris, & male ablatis, quæritur an possit, & distingue, aut constat quod usuræ debentur, aut non, aut dubitatur, in primo casu retinet, quia cui datur actio &c. ut ff.de superfi.l.1 §.fin. in secundo casu non: in tertio constituatur certum tempus, intra quod cognoscatur, an debeatur, & eo elapso restituat, & ad hoc ff. de petit.hær.
8 l.si quis libertatem.§.fin. † Commissarius ordinatus ad distribuenda legata infra quod tēpus debet complere officium, & credo quod infra annum, & si non impleuerit infra dictū tempus, deuoluitur ad episcopum, ut extra de
9 testam.c.tua nos. Pone quæstionem † de facto, quidam fecit testamentum, & instituit hæredem, & centum pro anima legauit in dispositione Titij, cui dedit potestatem recuperandi de bonis suis, & exigendi, uendendi. &c. ille commissarius ante litem contestatam procuratorem facere uult contra hæredem, & possessores, & debitores, nunquid potest, uidetur quod sic, quia habet condictionem ex lege suo nomine, ut.C.de episc.& cler.l.nulli.nam

alius

alias commissarius in duobus casibus agit, quando ad pias causas,& quando ad alimenta factus est,ut.ff.de alim. & cibar. lega.l.alio.
10 nam † procurator qui uendidit uel stipulatus est suo nomine, habet actionem pro procuratore facit.ut ff.mand.l.si procurator.§.fin.in fin.& ff de acq.pos.l.possessio quoque.§.fin. & l.1.§.per procuratorem. Econtra uidetur quod non,cum non sit habiturus commodũ, cum propria causa merito dici non possit, ut ff.de lega.2.l.si quis.& ff.quan. appel. sit.l.1. §.in propria causa,nam habetur loco tutoris, & tutores ante litem cõtestatam non possunt procuratorem facere, ut C de procurato.l.neque. Sol. uidetur uerius quod procuratorem
11 facere possit,nam † tales commissarii sunt loco hæredum,ut C.de episc. & cler.l.si quis ad declinandam.§.licentia. nam si procurator priuati stipulatus sit sibi dari nomine domini habet actionem.& dominum facit procuratorem.ut ff.mand.l.si procurator.§.fi. & tamen habet actionis commodum.&c.

ADDITIO.

a De testam.c.penu.Sed illud capit.Intelligitur postquam suscepit mandatum,sic intelligitur eo.tit.c.si hæredes. Idem tenet Goffr ut refert Spec.in tit.de instrum.ædit.§.nota uero aliqua, ubi hoc etiam quærit, & ibi dicit Io. And.quod idem tenet Iacob.de Arena,& Iac. de Beluis.& quod Nicol.de Matar.dicit,quod homo bonus tenet hanc partem, ulterius dicit Ioan. And.ibidem.quod Iac.de Arena consuluit filium datum exequutorem testamenti paterni & exequutionem facientem posse agere de inofficioso,quia excusatur ratione officij,facit extra de elect.c. cum non deceat.lib. 6.C.de administ.tut.l. cum quædam.ff.famil. hercis.l.si pignori.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Citatio dicitur illa quæ fiebat per edicta.*
2 *Citatio qualiter fiat & quis sit citandus.*
3 *Citatio non fit extra prouinciam.*
4 *Iudices ordinarij & delegati à principe possunt citare per edictum.*
5 *Iudices qui non sunt ordinarij,uel delegati,a Principe, qualiter citabunt.*
6 *Citatio facta ad domum sufficit in ciuilibus.*
7 *Citatio facta ad domum in criminalibus,an sufficiat.*
Citationes ex quibus causis reprobentur.eo.
8 *Exequutori soli dicenti se aliquem citasse,an sit credendum.*
9 *Probatio admittitur contra citationem.*
10 *Citatus non ueniens in primo termino. sed in secundo uel tertio,an teneatur exbursare expensas factas in primis.*
Contumax condemnatur in expensis. eo.

De citationibus,earum origine, forma,ui, & ualore. Cap. X.

1 QVæ † dicatur citatio,dic quod dicitur illa quæ fiebat per edicta,ut notat Accurs.C.de iudic.l. sancimus. in fin. & ff.de iudic.l. & post ædi-
2 ctum,qualiter † fiat citatio, & quis sit citandus,dic ut plene dicitur in fæud. de mil.uasal. qui contu.est.§.1.& extra de dolo & coutum.
3 ca.causam quæ. Sed † nunquid extra prouinciam fiat citatio, uidetur quod non,ut no.extra de dolo & contuma.c.cum olim.§.fin.
4 † Qui iudices citare possint per ædicta, dic, ordinarij,& delegati,a Principe, ut C.quom. & quan.iudex.l.consentaneum,& in Authen.
5 qui semel. Qualiter † citabunt alij iudices & dic quod per nuntium uel litteras ut.ff.de recep.l.si interpelletur. §.1.licet quidam dicant quod per se,ut.ff.ne quis eum qui.l.1.§. uocatum.alias.§.si quis uocatum. quod non est uerum, quia litigator debet accedere ad iudicem,non econtra.ut.C. de episc.& cler.l. iubemus.in fin.& ff.quis or. in bon.pos.seru.
6 l.2.§.pen. Sed † an sufficiat citatio facta ad domum,& dic quod sic.ut not.Accur.ff.de iudic.l.& post ædictum.in gl.quæ incipit,scilicet post.in fin.& C.de anna.except.l.ut perfe
7 ctius. Sed † nunquid citatio facta ad domum in criminalibus sufficiat, quibusdam uidetur quod sic,quia sit citatio in criminalibus sicut & in ciuilibus, ut in præallegata.l.ut perfectius.& d.l.& post ædictum. Alij dixerunt cõtra,quia citatio debet peruenire in notitiam citati,uel nisi citatus maliciose se subtrahat, ut citatio in eius notitiam non perueniat, ut ff.quod ui aut clam.l.nihil.§. sed Aristo. & ff. de uict.l.si ædictum.& hoc uerius.Ea quibus causis reprobantur citationes. Dic ut notat
8 Azo in sum.de in ius uocando. Sed † nunquid credatur, & sit adhibenda fides soli exequutori si dicat se aliquem citasse,& uidetur quod sic. ut.ff.de reb.eor.l. magis puto. §. illud. circa prin.& ff.de of præf.urb.l.1.§.quies quoque. & C.de exequt.l.apparitores.lib.10.nam notoria dicuntur, quæ per exequutores nunciantur,ut.ff.ad turpil.l.ab accusatione.§.nuntiatores.& C. de accusat.l. ea quidem.& præcipue cum iurant officium suum se fideliter exequuturos, nec est credendum ipsos esse immemores salutis eternæ,ut.C.ad leg.iul.repet.l. pen.& extra de præscrip cap. ad audientiam. Econtra quod non credatur uni soli,ut de recepc.arb.l.nec in arbitris.§.pen.& C. de dec. l.1.lib.12.& puto hoc uerius. Sed ad maiorẽ cautellam mittat duos, quia in ore duorum

&c.uel dic quod in paruis in quibus creditur uni testi, creditur ei, alias non. ut. C. de testib.
9 l. iurisiurandi. Sed † nunquid contra citationem potest quis probare, dic quod sic, ut C. de edict. l. 1. & C. de appel. l. quoniam. in fi. &
10 extra de testi. cap. cum a nobis. Sed † pone quod citatus non uenit in primo termino, sed uenit in secundo uel tertio, nunquid restituet expensas factas in prima uel in secunda citatione ante tertiam. Et uidetur quod sic. ut. C. de iudici. l. sancimus. & in decret. 11. q. 3. certum est. & non uidetur dolo carere &c. ut. ff. de reg. iur. l. non potest. Contra quod non, cum non fiunt citationes peremptoriæ, nec per tres uices. & sic non fuit contumax, & ille qui est contumax condemnatur in expensis. ut. ff. de re iu. l. contumacia. & extra de dolo & contuma. ca. cum dilect. & dicunt quidam quod nisi constet de manifesta contumacia, scilicet quia fuit personaliter inuentus, quod non tenetur, alioquin sic. ut ff. si quis ius dicen. non obtemp. l. 1. sed hodie aliter obseruatur, per c. Actor. extra de dolo. & contum. ubi plene de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Iudices alij sunt ordinarij, alij delegati.*
Ordinariam & delegatam iurisdictionem qui dent. eo.
2 *Furiosus, impubes, mutus, surdus, seruus, excommunicatus, & infamis non possunt esse iudices ordinarij.*
Iudex ordinarius in causa propria quis non potest esse, nec in causa filiorum, aut suorum. nu. 2. 3.
3 *Iudex quis esse non potest in causa criminali sibi attinentium, nec in alijs, ut.*
4 *Iudex multas patitur exceptiones, ut.*
5 *Iudici delegato quæ possint obijci.*
6 *Causæ criminales meri imperij non delegantur.*
Causæ mixti imperij quæ expediuntur iudicis officio, intercedente plenissima causæ cognitione, non delegantur. eo.
7 *Iudex ordinarius an possit recusari.*
8 *Causa recusationis aut suspitionis iudicis an debeat in libello proponi.*
Iudex in quem partes consenserint an ab una parte possit recusari. eo.
9 *Iudex delegatus non potest recusari, licet appelletur ab eo.*
10 *Causæ recusationis quæ sint.*
11 *Iudex delegatus cognoscet quando negatur delegantem iurisdictionem habere.*
12 *Delegatio in foro ciuili potest probari per testes, secundum canones autem per literas.*
13 *Iurisdictio delegati an sit finita, si delegans moriatur re integra, deponatur, uel excommunicetur.*
Delegans an possit reuocare delegationem post litem contestatam. eo.
14 *Iudex an possit recusari ab eo, qui ante litem contestatam opposuit aliquam exceptionẽ, & obtinuit.*
15 *Iudex delegatus potest recusari post litem contestatam, ex iusta causa superueniente.*
16 *Delegatus non potest mittere in possessionem ex primo decreto ante litem contestatam.*
17 *Delegatus an possit mandare sententiam executioni.*
18 *Fideiussor an possit esse iudex in causa Rei.*
19 *Iudex suspectus si ante recusationem alteri delegauit, an teneat delegatio.*
Exceptio quæ obstat uenditori obstat & emptori. eo.
20 *Sententia lata ab uno ex duobus iudicibus ordinarijs, altero absente, an ualeat.*
Delegati ad causam specialem omnes simul debent iudicare. eo.
21 *Iurisdictio qualiter prorogatur.*
Iurisdictio an prorogetur in causis meri, uel mixti imperij. eo.
22 *Ratihabitio iudicis ordinarij an confirmet sententiam eius qui iudicauit non praecedente delegatione.*
23 *Sententia duorum delegatorum an confirmetur si tertius absens ratum habeat.*
24 *Appellari non potest de iure à uicario episcopi ad episcopum.*
Processus factus coram iudice delegato, partibus scientibus delegationem non ualere, non tenet. eo.
Delegatio facta à iudice partibus scientibus de causa quam delegare non poterat an ualeat. eo.
25 *Actor habens plures iudices ordinarios, electo uno cui dedit libellum, an ante litem contestatam possit recedere, & aliũ eligere.*
26 *Consanguineus recusari potest.*
27 *Fideiussoris interest ut sit liberatus, etiam si debitor sit soluendo.*

De iudicibus ordinarijs, & quæ sit differentia inter iudices, & quę possint obijci delegatis. &c.
Cap. XI.

Quæ

Quæ sit diuisio iudicum, dic quod alij sunt ordinarij, alij delegati ut in sum. de iurisd.om. iud. in prin.
1 † Qui dent ordinariam iurisdictionem, dic ut not. Accurs. in præd. tit. Qui dent delegatam, dic ut not. Azo in præd. tit. §. delegatio. Quæ causæ possint delegari & quæ non, dic ut not. Accur. ff. de of. eius cui mand. est iurisd. l. 1. & not. Azo in summa de iurisd. om. iu. Qui possint esse iudices. Dic ut ff. de iudic. l.
2 cum prætor. §. 1. † Quæ obijci possint iudici ordinario, & dic quod obijcitur ei quod est talis persona quæ iudex esse non potest, puta, furiosus, impubes, mutus, surdus, seruus, excommunicatus, & infamis ut d. l. cum prætor. §. 1. & ff. de sen. l. 2. & ff. de postulan. l. 1. §. remouet. C. de of. præsi. l. si quos & C. de infam. per tot. lib. 10. & C. de dignit. l. 2. lib. 12. & C. ad leg. iul. repetun. l. ult. Item obijcitur si est causa propria, ut ff. de iudic. l. iulianus & C. ne
3 quis in sua cau. iud. l. unica. † Item obijcitur ne sit iudex in causa filiorum nec eorum quos secum habet ut ff. de iurisd. om. iud. l. qui iurisdictioni. Item ne sit iudex in causa criminali sobrinorum, nec in gradu proximiori attinentium, ut ff. de iniur. l. lex cornelia. Item obijcitur si est inimicus ut ff. de liber. cau. l. si patitur. Item obijcitur ne sit iudex in casibus illis in quibus recusatur in totum, ut C. si rect. pro uin. l. 1. & C. si quac. præd potest. l. 1. Item
4 † obijcitur quando causa non spectat ad eius iurisdictionem, puta quia fiscalis est ut ff. de of. proconf. l. nequicquam uel causa est spiritualis, puta decimarum uel matrimonij, ut extra de iudic. c. 2. & de arbitr. c. contingit. Item obijcitur si extra territorium suum ius dicere uellet, ut ff. de iurisd. om. iud. l. fin. Item obijcitur si fuit aduocatus, ut ff. de iurisd. om. iud. l. si prætor. Item si est assessor, ut C. de assess. l.
5 fin. Quæ † autem possunt obijci iudici delegato, & dic quod obijcitur in primis si est delegatus ab eo qui non habet iurisdictionem delegandi. Delegat enim ordinarius iudex, & delegatus, a Papa, uel à principe, ut C. ubi & apud quos in integ. rest. l. fin. & C. de iudic. l. a iudice & ff. de iudic. l. cum prætor. §. 1. Item delegatus ad uniuersitatem causarum, alias non quid quid dicatur ut ff. de offi. proconf. l. legatus & ff. de of. eius cui mand. est iurisd. l. fin. & ff. de iurisd. om. iud. l. prætor, & ff. quis & à quo appel. l. ult. Item obijcitur si est talis delegatus qui iudex esse non potest, ut supra diximus. Item obijcitur si est causa quæ non spectat ad iurisdictionem delegantis, ut C. qui pro sua iurisd. l. 1. Item obijcitur si est causa quæ delegari non potest, ut puta quia est liberalis cau-
6 sa, ut C. de pædan. iud. l. placet. Item † si est causa criminalis, quia quæ sunt meri imperij non deleganrur, ut ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 1. & ff. ad munic. l. ea quæ, Item non delegantur ea quæ sunt mixti imperij & expediuntur iudicis officio intercedente plenissima causæ cognitione, ut in interpositione decreti in alienatione prædij minoris, & in transactione alimentorum, ut ff. de offi. proconf. l. nequicquam. §. ubi decretū & ff. de of. eius cui mād. est iurisd. l. 2. & ff. de transact. l. cum hij. §. si prætor & ff ad municip. l. ea quæ. Item obijcitur si est suspectus, quia tunc recusatur ut C. de iudic. l. apertissimi. Quæ sit diuisio iudicij dic
7 ut supra proxime notaui in prin. tit. An † ordinatius possit recusari, dic quod differunt sapientes, sed uerius est secundum. l. quod non, nisi in casibus ut ff. de iurisd. om. iud. l. qui iurisdictioni & ff. de iniur. l. lex cornelia, sed alius assotietur, ut not. Accurs. C. de iudic. l. apertissimi. Sed secundum canones sic ut extra de
8 foro compet. c. licet. Sed † nunquid causa recusationis seu suspicionis debeat in libello proponi, & dic ut notatur in præd. l. apertissimi, sed secundum canones dic ut not. extra de offic. & potest. iud. deleg. c. suspicionis causa, & de appel. c. secundo requiris & c. cum speciali. Sed pone quod partes consenserunt in iudicē nunquid una pars poterit eum recusare, & dic quod si erat ordinatius, & non erant eius iurisdictioni suppositi quod ante litem contestatam quilibet potest recusare, alias, pœnitere ut ff. de iurisd. om. iud. l. si conuenerit. Si autē erant eius iurisdictioni suppositi, tunc nō possunt cum semel consenserunt, ut C. de pact. l. si quis in conscribendo & ff. de offi. proconf. l. 1.
9 & C. de assert. tol. l. 1. in fin. † Sin autem sit delegatus, licet appelletur ab eo ut ff. de appel. l. ex consensu, tamen non recusatur, ut C. de lit. contest. auth. offeratur ubi dicitur, nisi sit ille &c. & de cau. pos. & propr. c. cum olim. Quæ
10 † sunt causæ recusationis, secundum canones dic ut not. extra ut lit. non cont. c. 2. & extra de offi. & potest. iud. del. c. causam quæ & not.
11 in c. cum. R. canonicus. Sed † pone quod nego delegantem iurisdictionem habere, nunquid de hoc cognoscet delegatus, & dic quod sic, ut C. si contra ius uel util. pub. l. 2. & C. de decur. l. generali lib. 10. & ff. ad municip. l. de iu-
12 re. Sed † nunquid delegatio potest probari per testes, & dic quod sic in foro ciuili in auth. de litigios. §. ex præsenti, & in auth. ut litig. iur. §. quia uero, nec obstat. C. de mandat. princip. l. 1. quia ibi intelligitur cum mandat iuris aliquam administrationem, sed secundum canones uidetur quod tātum per litteras probetur, ut extra de offi. & potest. iud. deleg. c. cum in iure, & c. relatum & c. gratum. Sed
13 † si moriatur delegans re integra, uel deponatur, uel excommunicetur, nunquid est finita iurisdictio delegati, dic ut not. Accurs. ff. de iurisd. om. iud. l. more & l. seq. Sed an delegans possit reuocare delegationem post litem contestatam, dic quod sic, ut ff. de iudic. l. iudiciū soluitur, sed secundum canones, non si integra lite commisit ei uices suas, ut extra de offi. & potest. iud. deleg. c. uenerabili in fin. & c. super quæstionum. §. si uero in glo. patet ex isto.
14 §. &c. Sed † pone quod ante litem contestatā opposuit aliquam exceptionem, & obtinuit, & postea

postea uult iudicem recusare, nunquid potest, & uidetur quod sic, ut C. de iudic. l. apertissimi & ff. de iudic. l. non uidetur, econtra uidetur quod non ut ff. de iudic. l. si susceperit in prin. Sed dic quod si obtinuit, & sententia pro eo aliqua interloquutoria lata est, quod postea iudicem non recusabit, nam cuius obseruabit arbitrium &c. ut C. de sent. & interl. om. iud. l. cum Papinianus in fin. & not. de sen. & re iud. c. inter monasterium in gl. quæ incipit subeun
15 do iudicium quicunque &c. Sed † nunquid iudex delegatus potest recusari post litem contestatam, & dic quod sic ex iusta causa superueniente ut not. extra de offi. & potest. iud. de leg. c. insinuante & tam ab imperatore quam
16 ab alio, ut ibi not. Sed † nunquid delegatus potest mittere in possessionem ex primo decreto ante litem contestatam, & dic quod non ut in auth. de exhib. & intro reis. §. si uero. col lat. 5. nisi esset delegatus à principe, ut C. quo mo. & quan. iud. l. consentaneum & in auth.
17 qui semel ibi posita. † Sed nunquid delegatus potest mandare sententiam executioni, ad quod dic, quod in delegato à principe differũt sapientes, ut not. Accurs. ff. de re iudic. l. à diuo pio in prin. Alius deleg tus non. secundum canones autem potest delegatus à Papa infra annum ut extra de offi. & potest. iud. deleg. c. quæ
18 renti & c. significasti. Sed † nunquid fideiussor potest esse iudex in causa Rei, dicunt quidam quod sic, si est soluendo, Alij dicunt quod non, & est arg. pro eis. ff. de lega. 1. l. si cui in fin. & arg. ff. de furt. l. itaque fullo. §. fin. Sed
19 † pone quod iudex suspectus, ante recusationem alteri delegauit, nunquid tenet delegatio, & uidetur quod non, nam iurisdictio erat inefficax in delegante, & poterat remoueri, merito est inefficax in delegato, quia nihil interest an ipso iure, an per exceptionem &c. ut ff. de reg. iur. l. nihil interest & ff. de dolo l. delegater. §. seruus & ff. quib. ex cau. in pos. eat. l. sul cinius. §. si in diem. Item exceptio quæ obstat uenditori obstat & emptori, ut ff. commun. diuid. l. in hoc iudicio. §. si conueniat, & ff. de cõtrah. empt. l. dolia §. 1. econtra quia uidetur initium personale, & quod non egrediatur per sonam delegantis, ut ff de except. dol. l. apud. §. de auctoris & l. 2. in prin. & ff. de except. l. exceptiones quæ personæ. Sed dic quod tenet ut ff. de iurisd. om. iud. l. prætor. & eam notat
20 Goffr. extra de appel. c. postremo. Sed † pone quod sunt duo iudices ordinarij, & unus tulit sententiam altero absente, nunquid ualet, & uidetur quod non, ut in auth. ut iudic. non expedi, sacr. ius. Econtra quod ualeat, ut ff. de offi. consf. l. 1. Sed dic, aut sunt ordinarij, aut sunt delegati, si ordinarij, per se potest quilibet ferre sententiam, si quilibet per se cognouit, si simul cognouerunt, simul possunt ferre sententiam, & debẽt, nam si sunt delegati ad causam specialem, tunc omnes simul debent iudicare, ut not. Accurs. ff. de re iudic. l. Pomponius & ff. ad municip. l. municipes & ff. de appel. l. imperator & not. extra de offi. & potest. iud.
21 deleg. c. prudentiam in prima gl. † Sed qualiter prorogatur iurisdictio, dic ut not. Accur. C. de iurisd. om. iud. l. 1. & ff. de iudic. l. 2. §. 1. & extra de offi. iud. deleg. e. de causis. & melius cap. P. & G. Sed nunquid in causis meri uel mixti imperij fiat prorogatio, dic ut not. Accurs. ff. de iudic. l. prima C de iurisd. om. iud. L.
22 1. † Sed pone quod iudex tulit sententiam nõ præcedente delegatione, postea iudex ordinarius habuit ratum, nunquid per ratihabitionẽ confirmatur sententia, uidetur quod sic, ut ff. de iudic. l. licet & C. de iur. fis. l. 2. lib. 10. Sed uidetur contra, ut ibi not. Accurs. & notatur extra de offi. & potest. iudic. deleg. e. prudentiã.
23 in 1. gl. in fi. Sed † pone quod tres sunt iudices delegati, & duo absente tertio, tulerũt sniam, postmodũ absens ratum habet, nunquid cõfirmatur sententia, & uidetur quod sic. ut ff. de re iud l. duo & C. de iur. fis. l. 2. lib. 10. Sed dic
24 contra ut ibi not. Accurs. Sed pone † quæstionem de facto, quod à uicario episcopi ad dominum episcopum est appellatum, quod esse non potest nisi consuetudo contra obtineat, ut extra de appel. in deciet. innoc. c. Romana. Episcopus delegauit causam, partes sciẽtes delegationem non ualere litigauerunt coram delegato, nunquid ualet processus, & dic quod non ut ff. de appel. l. ex consensu. §. 1. & dic ut not. Accurs. C. de iurisd. om. iud. l. priuatorum & not. idem Accur. C. de præda. iud. l. 1. Pone quod iudex delegauit causam quam delegare non potest partibus scientibus, nunquid ualet, dic ut not. Accurs. C. de prædan. iu-
25 dic. l. 1. Sed pone † quæstionem de facto. Actor habebat plures iudices ordinarios, elegit unũ, & ipsi dedit libellum, ante litem contestatam pœnitet, & uult eligere alium iudicem, nunquid potest, & uidetur quod non, ut ff. de offi. consf. l. 1. in fi. Sed Accurs. uidetur notare quod sic. C. ne fil. pro patre, in consti. Frider. Habita. Sed dic quod illud habet locum in scholari-
26 bus qui conueniuntur. Pone † quæstionem de facto, Seius erat meus debitor in decem libris, & dedit mihi fideiussorem, & ipse Seius dicebat contractum esse factum in fraudem usurarum, & iudex super hoc fuit delegatus qui erat frater fideiussoris, ego recusabam iudicem, quia erat frater fideiussoris, quæritur an possit & uidetur quòd sic, quia consanguineus recusatur, ut extra de appel. c. postremo & uidetur quòd sit propria causa fideiussoris, ut ff. de ap-
27 pel. l. ab executore. Item † interest fideiussoris etiam si debitor sit soluendo ut sit liberatus ut ff. de lega. 1. l. si cui in fi. & l. seq. sed cõtra uidetur quod non, quia non uidetur propria causa fideiussoris, cum ad eum non spectet damnum uel emolumentum, ut ff. quan. appel. sit l. 1. §. in propria præterea fideiussor quod præstaret, recuperaret à debitore, ut ff. iudic. solu. l. iam tamen. §. in hac & hoc uidetur uerius, quod non recusetur, quia non est frater principalis.

SVM

SVMMARIVM.

1 Arbitrium quid sit, quis possit esse arbiter, qui possint compromittere, & in qua causa possit esse arbiter.

Pupillus, furiosus, seruus, mulier non possunt esse arbitri. eo.

Iudex non potest cognoscere tanquam arbiter de ea re de qua est iudex. eo.

2 Causa criminalis, uel liberalis non potest cõpromitti, & matrimonialis.

Causa restitutionis in integrum non potest cõpromitti. eo.

Causa spiritualis, uel monachatus non potest compromitti in laicum. eo.

3 Pupillus sine tutoris authoritate non potest compromittere.

4 Arbitri potestas dependet ex compromisso, & nihil extra arbitrium facere potest.

5 Actio iudicati an oriatur ex sententia arbitri.

6 Causa alimentorum potest compromitti.

Arbiter an incidenter possit dare restitutionem. eo.

7 Compromissum an possit fieri de famoso libello uel delicto.

Arbiter an possit esse de causa monachationis, uel matrimonij. eod.

8 Compromissum factum in mulierem etiam cum iuramento non ualet.

Reconuentioni coram arbitro non est locus cum compromissum est factum de re certa. eo.

9 Arbitrij & compromissi differentiæ.

Sententia duorum arbitrorum an preualeat sententiæ tertij coarbitri condemnantis in minori summa. eo.

10 Sententia arbitri an possit dici iniqua, cum actum sit in compromisso quod partes non possent dicere sententiam iniquam.

11 Dolo futuro renuntiari non potest.

12 Renuntiare quis potest ijs quæ pro se introducta sunt.

13 Pœna non comparentis coram arbitro qualis & quomodo committatur.

14 Compromissum de omnibus litibus præsentibus & futuris ualet.

15 Arbiter non potest mittere in possessionem, quia hoc est mixti imperij.

Arbiter non habet iurisdictionem, sed notionem, & potest pronuntiare missionem in possessionem faciendam, non autem mittere. eo.

16 Compromissum factum in plures arbitros ualet.

17 Pactum perimi iniquum est de quo non docetur cogitatum.

18 Compromissum a pluribus hinc inde factum non habita mentione hæredum, mortuo uno ex compromittentibus expirat nu. 19.

18 Societas est finita morte unius ex socijs.

Vsusfructus non finitur morte unius fructuarij. eodem.

20 Sententia eius in quem compromissum est ut in Arbitrum & Arbitratorem, an possit peti reduci ad Arbitrium.

21 Arbiter an Arbitrator quis fuerit, ex actis præsumitur.

22 Compromissum factum hincinde pro se & uxore sua, non facta mentione hæredum, an expiret morte uxoris unius ex compromittentibus.

23 Arbitro opponi possunt inimicitiæ, etiamsi compromittens probabiliter ignorabat inimicitias quæ prius erant.

24 Litigator offendens Arbitrum per quod factus est inimicus non potest eum recusare.

25 Arbitro obijcitur quod tulit sententiam contra iura.

26 Arbiter non potest pronunciare secundum statuta, saltim iuri contraria, si in compromisso dictum sit, quod pronunciaretur secundum iura.

27 Laudum dicens iniquum hoc habet probare, nam intrinseca solemnitas præsumitur.

28 Obligatio pœnalis, si non fuerit obseruatum pactum compromissi quo casu ualeat.

29 Causam iustam litigandi habens non condemnatur in expensis.

30 Iuramentum præstitum contra publicum bonum non est obligatorium.

31 Arbiter an teneatur partes citare, si dicatur in compromisso, quod laudum feratur partibus præsentibus siue absentibus.

32 Pœna non committitur nisi secunda uice, si in compromisso dictum sit, quod Arbiter possit cognoscere semel & iterum.

De arbitris, in quo arbitrorum materia lucidissime, & amplissime tractatur. Cap. XII.

Quid

Quid sit arbitrium, dic ut in summa
Azonis.eo.titu.primo respon.Quis
possit esse arbiter, & qui possint
cōpromittere, dic ut in summa ea.
§.1 & 3.in qua causa possit esse arbiter,dic ut
1 notatur in ea.summa.§.1.† Quæ possint obji
a ci Arbitrio, a & dic quod potest obijci, quod
est talis persona quæ arbiter esse non potest,
puta, pupillus,furiosus, seruus, mulier.ut.ff.
eo.l.Pedius.& l.sed si in seruum.§.pen.& C.
eo.l.fin.Item obijcitur,si compromittatur in
iudicem de ea re de qua iudex est, ut cogno-
scat tanquam arbiter,secus si tanquam in ami
cabilem compositorem compromittatur, ut
not.Accurs.ff.eo.l.sed si in seruum.§.1. Item
2 † obijcitur quando talis est causa de qua com-
promitti non potest, puta, quia est causa cri
minalis,uel liberalis, ut.ff.eo.l.non distingue
mus. §.de liberali. & §.de famoso. uel quod
est matrimonialis, ut extra de transact.c.fin.
& extra de in integrum rest.c.penult.licet sit
argu.contra, in auth.ut lic.mat.& au.§.si. Itē
nec de causa in integrum restitutionis, ut in
præd.decre.& not.Azo in summa.eo.tit. §.1.
Item nec de causa spirituali in laicum com-
promitti potest, ut extra eod.tit.c.contingit.
nec de causa monachationis,uel conuersionis
3 seu conuersationis. Item † obijcitur si est ta-
lis qui compromittere non potest, puta pu-
pillus sine tutoris authoritate, ut.ff.eo.l.diē.
§.pen. uel seruus.ut.ff. eod.l. non distingue-
4 mus.§.si seruus. Item † notandum est, quod
omnis potestas arbitri dependet ex compro-
misso, & nihil extra arbitrium facere potest,
ut.ff.eo.l.non distinguemus. §.de officio.seu,
nunc de officio. & §.fin.& l.seq.& extra eo.c.
dilectus.& dic ut ibi.& propterea diligens Ad
uocatus uideat diligenter tenorem compro-
5 missi.† Sed an iudicati actio hodie oriatur ex
sententia, not.Azo in summa eo.tit. §.penul.
quod non, quando pœna est apposita in com
promisso, alioquin si nudo pacto sit factum,
sicut quando taciturnitate decem dierum est
emologatum, uel partes subscripserunt, ut
C.eo.l.1.& l pen.& not. Accurs.ff.eo.l.3.& ff.
de re iud.l.a Diuo Pio.in prin.Sed Accur.not.
cōtra.ff.de re iud.l.ait prætor. in gl quæ inci-
pit, quales sunt delegati, sed primū puto re
6 tius, sed † an in causa alimentorum possit
compromitti, & dic quod sic, cum non repe-
ritur prohibitum, ut.ff ex quib.cau. maior.l.
nec non.§.2.Sed nunquid arbiter incidenter
potest dare restitutionē, dicūt quidam quod
non,per l.fin.in fin. C.ubi, & apud quos.sed
Azo contra, ut notat in summa. C.eo.§.pe-
7 nult. & extra de integr.restit.c.penul. Sed†
an de famoso libello uel delicto quis possit es
se arbiter, dic ut notat. Accurs.ff.eo.l.non di
stinguemus. §.fin.& §.item. si per errorem.
Sed an de causa monachationis uel conuer-
sationis & matrimonij possit esse arbiter. Dic
ut.ff.eo.l.non distinguemus.§.de liberali.Sed
8 † quid si partes compromiserunt in mulie-
rem,& iurauerunt nō uenire contra, nunquid
ualet compromissum,& dic quod non,ut.C.de
legi.& constit. l.non dubium, & extra eo.tit.
c.cum dilectus. Sed nunquid coram arbitro
est locus reconuentioni cum compromissum
est factum de re certa, dic quod non, quia ar
biter nihil extra compromissum, &c ut.ff.eo.
l.arbiter. & extra eod.c. cum dilectus. Quæ
9 † sit differentia inter arbitrium & compro-
missum, dic ut not.Accurs.ff.eo.l.1.Sed pone
quæstionem de facto. Duo compromiserunt
in tres arbitros unus cōdēnauit in uiginti,sed
duo in libris quinquaginta, & protestati fue-
runt quod non consentiebant in uiginti. sed
& quod eum absoluebant a uiginti. Sed nun-
quid præualet sententia duorum, uidetur
quod non. ut. ff. eod. l.diem. §. si tres. Alij
contra,per l.ex facto.§.1.ff.de uul.subst.quod
10 est uerius. Sed † pone quod duo compromi-
serunt in arbitratorem & arbitrum, & actum
fuit in compromisso, quod non dicerent sen-
tentiam nullam uel iniquam,uel redigendam
ad arbitrium boni uiri, & arbitrator ille pro-
nunciauit, unus dicit sententiam iniquam,&
redigendam ad arbitrium boni uiri, nunquid
b potest,& uidetur quod sic, b quia † dolo fu-
11 turo renunciari non potest. ut.ff.de pact.l.si
unus. §.illud.nam ita datur materia male
indicandi,ut.ff.de pact.dotal. l.2.nam & taci-
ta conditio intelligitur. ut.ff.de oper.libert.
l.si libertus.& ff. loc. & conduc. l. si in lege.
in princip. econtra uidetur quod non, quia
12 † potest quis renunciare ijs quæ pro se intro-
ducta sunt, ut C.de pact. l.si quis in conscri-
bendo, & ff.de pact.l.pactum inter hæredem.
nam appellationi quis renuntiare potest, ut
ff.quib.appell.non lic.l.1.& hæc reuocatio ob
tinet speciem appellationis,ut.ff.de recep.ar-
bitr. l.non distinguemus. §.cum quidam, sed
primum uerius,uel dic ut not.secundum glo.
13 C.de episc.aud.l.si qui. Pone † quæstionem
de facto. duo compromiserunt in arbitrum
c sub pœna mille marcarum, c arbiter iussit
partes adesse,sub pœna.xxv.marcarum certa
die,at una pars non fuit præsens, modo quæ-
ritur,an committatur pœna mille marcarum,
an pœna.xxv.librarum, uel secundum ius de
14 hoc quæro. Sed † pone, factum est compro-
missum de omnibus litibus præsentibus, & fu
turis,nunquid ualet, dicunt quidam quod sic,
quia non inuenitur prohibitum,ut.ff.ex qui-
bus cau.maio. l.nec non. §.2 & ff.de probat.
l.ab ea parte.quod est uerius.sed quomodo re
spondebimus illi legi de his rebus & concor.
15 Sed † pone quod duo compromiserunt in ar
bitrum de fundo,reus citatus non uenit, nun
quid iudex seu arbiter posset mittere in pos-
sessionem.dic quod non, quia hoc mixti im-
perij est, ut.ff.de iur.om.iud. l.iubere. & ff.
ad municip.l ea quæ. & Arbiter non iurisdi-
ctionem,sed notionem habet,ut.ff.de re iudi.
l.ait prætor.in prin. Sed dic secundum Vbet.
de Bobio, quod pronunciare potest missio-
nem

d nem faciendam, sed mittere non potest. d
16 Sed † pone quòd in plures arbitros est compromissum factum, nunquid ualet, dic quod sic, licet quidam dicunt contra, ut not. Accu.
17 ff. eo. l. item si unus. §. si plures. Sed † pone quæstionem de facto. Titius erat debitor Sempronij, in suo testamento dedit eum tutorem filio suo, finita tutela conuentus fuit tutor actione tutelæ, generaliter compromiserunt in arbitrum, arbiter condemnauit eum de male gestis, & de ommisis. conuenit eum pupillus actione ex stipulatu pro debito paterno ille opponit quod est condẽnatus in xxx. & ab illis petitionibus absoluitur, quæritur an possit conueniri, & uidetur quod possit, quia iniquum est perimi pactum de quo cogitatum non docetur, ut. ff. de transact. l. qui cum tutoribus. §. fin. & l. cum aquiliana. nam istud habuit propriam petitionem, ut. ff. de admin. tut. l. quoties. & ff. de fideiuss. l. tutor, imo dicunt quidam esse casum legis. C. de iudic. l. licet. Econtra quod non possit uidetur, quia prima actio deducta est in actionem tutelæ, seu deuoluta fuit, & debuit a se exigere, ut ff. de neg. gest. l. diuortio. §. fin. & merito si generalis fuit petitio omne suum ius in iudicium deduxit, ut. ff. de iudic. l. solemus. & C. de appel. l. ult. bene si generalis fuit absolutio non potest conueniri, ut in d. ll. continetur. nec ob. illa l. licet. quia ibi generalis petitio
e atque hic sententia specialis, e sed dico quod non potest, quia aliud in iudicijs, aliud in compromissis, ut not. Accur. C. de transact. l.
18 sub prætextu specierum. Sed † pone quod erant plures a qualibet parte qui compromiserunt in arbitrum, & non fuit facta mentio hæredum in compromisso, unus est mortuus, nunquid finitum est compromissum, & uidetur quod sic, quia morte unius ex socijs societas est finita, ut. ff. pro socio. l. actione. §. morte unius. Et sic & unius arbitri. ut not Accur. ff. de arbitr. l. item si unus. §. si plures. sed contra quod non. ut C. si reus uel Accurs. mort. fuer. l. 1. nam morte unius fructuarij non finitur ususfructus, ut. ff. de usufr. accresc. per tot.
19 Sed † dic si quilibet litigabat de parte, & nõ erat diuidua, dic quòd non sit finitum, quia tot uidentur compromissa quot sunt personæ & quot sunt partes, & ad hoc. ff. de uetb. obli. l. sciendum. & ff. de iniur. l. si plures. & ad hoc facit optime. C. com. diuid. l. ad diuisionem. ubi dicit aduersus singulares, &c. si erat indiuiduum, tunc uidetur finitum, quia unum compromissum est cum unum factum sit, ut in seruitutibus, & ad hoc fam. hærcis. l. hæres. §. an ex ea. & ff. si seru. uind. l. loci corpus. §.
20 fin. Sed † pone quod compromissum factum est tanquam in arbitrum, & arbitratorem, tu l it sententiam, peto eam reduci ad arbitriũ boni uiri, nunquid possum & dic si cognouit tanquam arbiter quod non. ut. ff. eo. l. diem. §. statim. si tanquam arbitrator sic, ut. ff. pro socio. l. si societatem. in gl. magna ibi posita.
21 Et † si dubitetur, an tanquam Arbiter cognouit, an tanquam arbitrator, id præsumam ex actis, ad hoc. ff. de testamen. l. hæredes. §. 1. & ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. § fin. & C. de testamen. l. nõ codicillum. si nulla appareant, præsumam ut res potius ualeat quam pereat. ut. ff. de rebus dub l. quoties. Sed pone quæ-
22 stionem de facto † Titius compromiserat pro se & uxore sua ex una parte, & Gaius pro se & uxore sua ex altera parte, pro qualibet de rato promiserunt, & non fuit facta mentio hæredũ in cõpromisso, mortua est uxor Titij, nũquid finitũ est cõpromissum, & uidetur quod sic. ut. ff. eo. l. in compromisso. & l diē. §. 1. & l. sed si interpellatur. §. fin. & ad hoc. ff. pro socio. l. actione. §. morte. ecõtra uidetur quod nõ, quia contra eam sententia non põt mandari exequutioni, sed tamen tenetur ille qui compromisit. ut l. in compromissis. ff. eo. & l. si procurator. & l. Plantius. ff. pro socio. de procur. & hoc uidetur uerius. &c.

ADDITIO.

a Arbitro. Item obijcitur quod inimicitiæ capitales nel infamia facti arbitro superueniant. ut l. licet. & l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitr. specul. eo. tit. §. finitur. uers. si capitales. & ibi Ioan. And. addit. quod idem
23 si † inimicitias quæ prius erant probabiliter ignorabat, ut d. l. non distinguemus. facit extra de elect. c. nulll. lib 6. & dixit Gui. de Suza-
24 zar. quod † si litigator offendat arbitrum, per quod factus est inimicus, quod non poterit recusare, facit, quia culpa sua &c. decret. 5. de donat. inter uir. & uxo. quæ incip. & si neces-
25 se. Ioan. And. ubi supra. Item † obijcitur quod tulit contra ius. extra de elect. c. causam quæ. ubi de hoc. & in authen. ut in med. lit. non fiant, &c. §. & hoc dicimus. collat. 8. Specul. eo. tit. §. excipitur. uers. itẽ quod tulit, &c. Ioã. And. ibi, in addit. refert Guid de Suz. dixisse,
26 iudicatũ fuisse, quod † si in compromisso dictũ fuit, quod pronũciaretur secundũ iura, non potest pronunciari secundum statuta saltem iuri contraria. ut C. de iudic. l. tem non nouam. instit. de iur. natur. §. 2. in fin. si dictum fuit cognoscere, & pronunciare non potest, si dictum fuit, pronunciare tantum, poterit & cognoscere. licet nõ terminare. Ioan. And. ubi supra.
6 Et uidetur quod sic. hanc opinionem Alberti tenet Specul. in titu. de arbitr. § sequitur de quibusdam. uers. Itẽ quid si compromissum. & allegat. extra de iureiu. c. quemadmodum. & c. ad nostram. il secondo. & extra de foro comp. c. si diligenti. in fin. ut ibi per eum late. & ibi Ioan And. in add. dicit. hoc plus placet Alberto Galleotto. eo. tit. uers. sed quod duo.
c Marcarñ. Dyn. in reg. scienti. de reg. iu. lib. sexto, tractat de pœna promissa &c. uide per eum ibidem. scire tamen debes, quod ipse Dynus consuluit, quod licet tales petendo redu-

ci non incidant in pœnam, si tamen succum-
bit in petitione poterit ex post facto pœna pe
27 ti. & quod ille † qui dicit laudum iniquum hoc
habet probare. ff. de probat. l. ab ea parte. ma-
xime cum intrinseca solemnitas præsumatur.
ut instit. de fideiuss. §. fin. & de inutil. stipul. §.
quod si scriptum. Tenet etiam ibi, quod obli-
28 gatio † pœnalis ualet in isto casu, quando
duo extra compromittentes promittunt pœ-
nam si non fuerit obseruatum pactum, etiam
si eorum non intersit, in stipulatione enim
pœnæ non est necesse quod intersit. ff. de uer.
obligat. l. quidam cum filium. & l. stipulatio
ista §. alteri. ff. iud. sol. nouissima. ff. de uerb.
signi. l. hæc uerba, & hoc etiam siue laudum
sortiatur effectum, siue non primum dictum
huius consilij procedit secundum Guid. de
Suz. quando petens non habet iustam cau-
sam petendi, & si iuste credere potuit senten-
tiam iniquam, tunc nō incidit in pœnam, per
l. si quis forte. ff. de pœnis. & ff. de petit. hær.
l. si debitor. conuenit cum materia de con-
29 demnatione expensarum. quia † si habuit iu-
stam litigandi causam &c. ut l. qui solidum. §.
etiam. ff. de lega. 2. & ibi gloss. & C. de iudic. l.
properandum. §. sin autem. clarius sic forma-
bitur ista clausula, quod partes per pactum
remittant & renuntient reductioni ad arbi-
trium boni uiri; & actioni pro illa petenda cō-
petiture, quantumcunque arbitraturus fue-
rit, & quantumcunque præiudicium enorme
per illud alteri partium inferratur. Sed fuit
disputando terminatum, quod hoc casu sic ex
presso, quantumcunque damnum uel læsio-
nem re ipsa laudum contineat, non erit locus
reductioni. ad hoc. l. si libertus. ff. de oper. li-
bert. si autem generalis esset renuntiatio, &
magna est læsio, non impediret reductionem,
si parua, tunc non reduceretur iuramentum.
ff. de usur. l. si stipulatus. ff. de damn. infec. l. 4.
§. hoc autem. ff. de uerb. obliga. l. 5. §. conuen-
tionales. ad secundum. l. si de meis. eod. tit. §.
recepisse. extra de restit. in integ. c. 1. Adopti-
uus meus disputauit quantum ad iuramentū,
hanc quæstionem, dicens, quod si laudum nō
est iniquum, impeditur reductio, & Hostien.
in c. Quintaualis. extra de iureiur. ita uoluit.
in arbitramento autem iniquo aliud, concor
dat ei quod dixi supra primo membro de lau-
do. quod solum re ipsa est iniquum, dicens re-
ductionem impediri per tale sic expressum iu-
ramentum, & quod illud petens est periurus,
cum solum de suo præiudicio hic agatur, ex-
tra de pact. c. quamuis. lib. 6. cum simil. subdit
tamen Hostien. quod iudex de æquitate debet
occurrere iniquitati, extra de iureiur. cap. ad
nostram. il secundo. si uero laudum est ini-
quum ut dixi secundo membro. uers. si. de læ-
sione. concordans hiis quæ ibi dixi, tenet iura
mentum &c. sed si iurasset expresse de huius-
30 modi dolo futuro, non esset, † iuramentum
obligatorium, cum contra publicum bonum
&c. fuisset præstitum. extra de reg. iur. c. non
est obligatorium. lib. 6. &c. ut late ad Specul.
tit. de arbitr. super. §. sequitur de quibusdam.
uers. Item quid si compromissum. in addit. in-
cip. uiri, clarius sic formatur &c.

d Mittere non potest. Sed pone quod sit actum,
31 quod † partibus præsentibus feratur laudum
siue sententia, uel partibus absentibus, nun-
quid tenetur Arbiter partes citare, & Specul.
dicit credo, quod sic. in tit. de arbitro. §. exci-
piunt. in fi. §. in uer. sed pone quod sit actum,
& allegat. C. de iudic. l. properandum. §. & si
quidem. & C. de temp. & rep. appel. l. cum an-
terioribus. §. illud. ut per ipsum Specu. ubi su-
pra. & in loco ad quem ibi se remittit.

e Et merito, & ibi sententia specialis &c. Ioan.
And. in addit. Specul. tit. de arbitro. super uer.
sed pone. in Add. quæ incipiunt. hæc quæstio
ad litteram fuit Alberti Galleoti. & specia-
lis, suspicor. cum alia seq. refert, quod Rofr. in
sua disput. 41. dicit & tenet, quod illud quod
debebatur ante tutellam non uenit in actio-
nem tutellæ. l. qui cum tutoribus. ff. de tran-
sac. l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebel. & l. in
commissaria. eo. tit. & l. is qui. ff. de act. & obli.
item quia tutor debuit se excusare, & sic pœ-
nam pati debet, & non præmium consequi, &
contra eum fieri debet interpretatio Regulæ,
& sic placet Ioan. And. eo. tit. §. ut autem. cir.
32 princip. quod si in compromisso sit dictum †
Quod arbiter possit cognoscere semel & ite-
rum, quia pœnalis res est, quod pœna non
committitur nisi secunda uice, per l. fideicom
missa. §. si quis decem. ff. de lega. 3. & l. ueluti.
ff. de eden. §. hæc uox. loquitur in non pœnali
bus. secundum ipsum Ioan. And. ubi supra. in
Addit. quæ incipit, pluries si dicam.

SVMMARIVM.

1 *Libellum offerens an possit mutare actionē si uult.*
Actio cumulari potest in libello, nisi per ueterem in qua habebat persistere, obstaret exceptio in noua. eo.
2 *Actionem ineptam proponens succumbit.*
Actionem aptam proponenti, licet in inepte proposita succubuerit, non obstat exceptio rei iudicatæ. eo.
3 *Libellus an possit remitti consensu partis.*
4 *Libellus hoc modo conceptus an ualeat. Peto à te ut emendes damnum quod dedisti in arboribus meis, & si fueris inficiatus, peto duplum.*
5 *Libellus potest alternatiue concipi, ubicunque alternatio admittitur, a lege uel pacto, uel ex conuentione.*
Libellus iste ualet. Peto à te ut reddas mihi rem quam tibi uendidi, uel suppleas quod deest.

10 quor. leg. l. ult. Sed † pone quod fideiussor interce ssit & promissionem fecit de iudicio sisti, nunquid lata sententia tenetur, dic quod non ut. ff. eo. l. grege. §. 2. Sed qualiter Actori succurritur, dic quod Reus satisdabit de eo soluendo in quo fuerit condemnatus, ut. ff de iu dic. l. si debitori. & instit. de of. iud. Sed nunquid exceptiones quæ competunt Reo competant fideiussoribus, dic quod sic, nisi in casibus, ut not. Accur. ff. de except. l. exceptiones
11 quæ. Sed † nunquid si iniuria facta est fideiussori nocet debitori, dicunt quidam quod sic, alij contra, quod est uerius, & dic ut not. Accu. ff. eo. l. exceptiones. la prima. in fin. Sed pone quod fideiussor ommisit opponere exceptionem perpetuam, & peremptoriam, nunquid potest conuenire mandatorem seu debitorem, dic ut not. Accur. ff. manda. l. si fideiuss-
12 sor. §. si quadam. Sed † nunquid fideiussor tenetur appellare, & dic quod sic, ut not. Accu. ff. mand. l. si procurator. §. si ignorantes in fi. Sed pone quod fideiussor soluit usuras credi-
13 tori nunquid recuperabit eas a debitore, & uidetur quod non † quia usuræ de iure canonico sunt prohibitæ. ut extra de usur. per tot. & qui sciens soluit, indebitum, non repetit, ut. ff. mand. l. si procurator. §. ignorantes in fin. Sed dic quod si iurauit se soluturum usuras quod tunc a debitore repetit, quia peperit pudori suo, ut. ff. mand. l. Quintus. in fin. & dic ut not. extra de iureiur. c. debitores. &
14 extra eo. c. 1. Sed † pone quod debitor promisit soluere hinc ad certum diem, & dedit fideiussorem, postea protogauit creditor terminum, nunquid tenetur fideiussor, & dic quod non, nisi consensit, ut. ff. de recept. l. La beo. & ff. loca & cond. l. item quæritur. §. qui impleto. & C. loca. l. si cum Hermes. & not. hoc in glo. extra de fideiuss. c. cum constitutus. Sed uidetur quod de præterito tempore teneatur & non de futuro, ut. ff. mand. l. Quintus. §. non ideo. & not. Accur. in præd. l. si cũ Hermes, sed quod debitor ex nouo contractu factus est debitor & pristina obligatio remansit, quare fideiussor tenetur de præterito, quod si eandem obligationem prorogauit, tũc exceptione tutus est, ut. ff. de prætor. stip. l. pen. & dic ut not. Accur. ff. eo. l. si fideiussor, creditori. & ff. de const. pecun. l. utrum. Sed
15 pone † quod fideiussor denunciauit creditori ut non numeraret pecuniam debitori, nunquid si postea numerauit, obstat ei exceptio, & est quæstio Pyl. & dic quod si obligatus erat ad numerandum, quod non, alioquin sic, & dic ut not. Accur. ff. eo. l. si fideiussor credi-
16 tori, & ff de constit. pecun. l. utrum. Sed † pone quod fideiussor antequam fideiuberet dixit se nolle teneri si fideiuberet, & creditor consensit, & postea fideiussit, nunquid tenetur, & dic quod est quæstio Pyl. & dicit quod tenetur nisi dixit, non obstante eo quod dictum fuit. ut. ff. de lega. 1. l. si cui. & ff. de lega. 3. l. si quis in principio. Sed pone quæstionem de fa-
17 cto. † Quidam fideiussit pro Titio in centũ, decessit Titius, & fideiussorem sibi hæredem instituit, fideiussor fecit inuentarium, hæreditas soluendo non est, conuenitur modo fideiussor, nunquid tenetur, uidetur quod nõ,
18 nam diceret fideiussor obligationem † extinctam per aditionem hæreditatis, & ita non teneri ultra uires hæreditarias, ut. ff. de fideiuss. l. generaliter. & obligatio semel extincta &c. ut. ff. de solut. l. qui res. §. aream. econ-
19 tra uidetur quod teneatur, nam † beneficiũ inuentarij concessum hæredi in alterius iniuriam non porrigitur, ut C. de emancip. l. nec auus. Sol. dic quod tenetur, quia non debet creditori obesse, quod sibi diligenter prospexit,

xit ut. ff. de separat. l. debitor. in fin. Sed pone quæstionem. Titius fuit condemnatus Sempronio in decem pro fideiussione quàm fecit pro Seio. conuenit modo Sempronius Titiũ actione iudicati in x. ille modo opponit exceptionem cedendarum quod potest. ut. ff. de fideiuss. l. fideiussores. §. fin. & dicit fideiussor, ostende instrumentum debiti, scilicet illum Titium tuum debitorem esse, nunquid debeat, & dic quod sic, ut. ff. de hær. & act. uend. l. si nomen. & ff. de euict. l. si plures. §. 1. & ff.
20 de fideiuss. l. si stipulatus. Sed † pone quod uenditor post uenditionem & traditionem acquisiuit aliquam exceptionem, nunquid sine cæssione potest ea uti emptor, quidam dicunt quod non. ut not. Accur. ff. de hær. uel act. uen. l. emptori, sed illud in actione habet locum, sed in exceptione dic quod sic, ut ff. de reb. eor. l. illicite. & de hoc notat Accur. ff. de petit hær. l. nec ullam. §. pen. in glo. quæ
21 incipit. nota distinctionem. in fi. Sed † pone quod creditor uenditioni pignoris consensit, nunquid est acquisita exceptio cedendarum actionum fideiussori. dic ut supra de procuratore in rem suam, in uer. sed pone quæstio-
22 nem de facto, ubi est quæstio. Sed † nunquid tempore feriarum possit cognosci de causa decimarum, uidetur quod sic, quia de tributis cognoscitur in diebus feriatis, ut C. de feri. l. publicas. & decimæ sunt tributa egentiũ animarum, ut in decret. 16. q. 1. c. decimæ. Econtra quod non, nam non debet cogi quis diebus feriatis nisi quando necessitas urget, & pietas suadet, ut extra de fer. c. fi. sed quod
23 primo dixi uerius uidetur. Sed pone † quæstionem de facto, habebam debitorem in decem obligauerat mihi bona, & dedit fideiussorem fundus debitoris fuit datus mihi in solutum a iudice. postea euictus est a me debitor non est soluendo, conuenio fideiussorem nunquid possum, & dicunt quidam quod nõ, quia per dationem in solutum extincta est principalis obligatio, & agendum est actionis exceptione contra debitorem. ut. ff. de pignorat act. l. eleganter. & ff. de solut. l. si aliã. & C. de sent. & interl. om. iud. l. libera. & C. de euict. l. si prædium. & ff. de euict. l. si plus. §. 1. & obligatio semel extincta &c. ut. ff. de solut. l. qui res. §. aream. Alij contra, quod conueniatur fideiussor utili pristina actione, nec uideatur liberatus. ut ff. de iure fis. l. Titius. & ff. de solut. l. si creditor. & l. qui res. in princ. & ff. de lega. 1. l. nõ quicunque. & ff. de excep. rei iud. l. pen. §. Latinus. & ff. ad Trebel. l. debi
24 tor. quod est uerius. Sed † pone quæstionem de facto, Titius erat collector cuiusdam ciuitatis & collegit totam collectam & uolebat deportare præsidi prouinciæ, Mariscalcus cõpulit ipsum collectorem, ut sibi daret istam pecuniam, iste collector soluit ei, præses postea petit ab isto collectam, quæritur utrum iste teneatur, respondetur quod non, quamuis ei non fuerit adhibitus metus qui cadere in constantem uirum, timebat tantum uincula, & ita dicebat ipsum liberari, per l. prohibere. ff. quod ui aut clam. & ff. quod met. cau. l. nec timore. inducuntur tamẽ optime leges quod non liberetur, quia ipse erat debitor in genere, & genus non potest perire, ut. ff. ad leg. falc. l. in ratione. & C. si cert. pet. l. incendium. Sed tamen posset hoc modo liberari, si collector habet istam pecuniam in sacculo signatam, sicut sæpe faciunt collectores, & ita debitum tanquam in specie peribit, ut probatur. ff. de lega. 1. l. si seruus. §. qui quinque. & l. plane.

SVMMARIVM.

1 *Rei duo debendi qualiter constituantur, & conueniantur.*

Rei tres debendi quilibet in solidum obligatus si conueniatur in uno libello, an cuilibet per se petenti debeat dari. eod.

2 *Rei duo debendi an uideantur ad inuicem fide iubere.*

3 *Solutum in solidum uni ex Reis stipulandi an debeat cum altero pro medietate diuidi.*

4 *Reis tribus debendi in solidum obligatis, an uno conuento, si cedantur ei iura cõtra alios pro uiginti, possit unum pro uiginti conuenire.*

5 *Inopia unius ex Reis debendi an diuidatur inter eos qui sunt soluendo.*

De duobus Reis debendi, & qualiter constituantur & conueniantur. Cap. XXIII.

Qualiter duo Rei debendi constituantur, dic duobus modis, ut not. Azo in summa. eo. tit. & not. Accu. C. si cer. pet. l. si non singuli. Qualiter conueniantur, dic ut not. C. eo. tit. auth. hoc ita. & not. Accur. ibi. utrum res sit diuidua uel indiuidua, & not. Azo in sum. eo. tit.
1 Sed † pone quæstionem de facto. Tres erant Rei debendi, & quilibet erat in solidum obligatus, conueniebantur omnes in uno libello quilibet per se petebat libellum, an debeat cuilibet dari, & uidetur quod sic, ut C. commun. diuid. l. ad officium. Econtra quod non sed omnibus simul. ut. ff. de iudic. sol. l. iam tamen §. penul. cum suis concord. Sol. dicit. R. quod cuilibet est offerendus libellus per l. præd. & ff. de solut. l. si duo. Alij contra per literam auth. de duob. reis. §. fin autem ijsdẽ. coll. 8. ubi dicit, communiter examinari, & c. quod uidetur uerius quod omnibus simul offeratur

ferratur, sed quilibet potest uti suis defen-
2 sionibus. Sed † quid si sunt duo Rei debendi
nũquid uidentur ad inuicẽ fideiubere, dic ut
not. Accur. ff. ad Vell. l. utrũ. §. fi. & not. Azo in
3 sum. eo. tit. §. fiu. † Sed nunquid si uni ex Reis
stipulandi est in solidum solutum tenebitur
dare alteri correo medietatem, dic quod non
nisi erant socij, ut ff. ad leg falci. l. in lege fal
cidia. Sed nunquid cæduntur iura contra aliũ,
dic quod sic pro parte, ut not. Accu. C. eo. l. 1.
4 Sed pone † quod tres erant Rei debendi, &
erant obligati in triginta, quilibet in solidũ,
conueni unum, & cessi ei iura contra quemli
bet ex alijs in uiginti agit iure cesso contra
unum in uiginti, nunquid potest, dic quod sic
5 ut not. Accur. C. eo. l. 2. in fi. Sed † pone quod
unus eorum est inops, nunquid inter eos qui
sunt soluendo diuiditur periculum, dic quod
sic, nisi in casu, ut C. eo. in auth. si hoc ita. &
ff. de fideiuss. l. si dubitet. & ff. de tutel. & rat.
distr. l. 1. §. nunc ita. & facit. ff. pro socio. l. si
unus. §. primo. &c.

SVMMARIVM.

1 *Sentẽtia lata ab eo qui nõ potuit esse iudex, & ab eo qui postea fuit infamis, & ab eo qui cognouit de causa de qua cognoscere non potuit, non ualet.*
Sententia lata inter non subditos non ualet. eodem.
2 *Sententia lata partibus absentibus, uel una absente & non citata, ualet.*
3 *Sententia lata diebus fariatis, item in loco ubi iura reddi non consuerunt, non ualet.*
4 *Sententia lata a iudice incedente & non sedente pro tribunali non ualet.*
5 *Sententia non continens absolutionem uel condemnationem, uel æquipollens, non ualet.*
Sententia lata sine causa cognitione non ualet. eodem.
6 *Sententia lata sine certa quantitate, non ualet.*
Sententia lata contra res prius iudicatas non ualet. eod.
Sententia lata sine scriptis non ualet. eod.
Sententia continens impossibile non ualet. eodem.
Sententia iudicis lata super alia re quam super ea de qua cognouit, non ualet. eo.
Sententia per falsos testes & instrumenta non ualet. eo.
Sententia uenalis non ualet. eo.
7 *Læsus restituitur in integrum in sententia lata per gratiam.*
7 *Sententia lata cum falso procuratore, uel cũ curatore qui non satisdedit, non ualet.*
8 *Sententia lata contra non habentem legitimam personam standi in iudicio non ualet.*
Sententia lata a iudice publice excommunicato non ualet. eod.
Error calculi uitiat sententiam. eod.
Sententia quibus modis dicatur nulla, quid sit, & quot modis dicatur. eo.
9 *Sententia & res iudicata an differant.*
10 *Sententia diffinitiua an possit ferri ante litem contestatam.*
11 *Sententia debet ferri utraque parte presente, uel altera absente sed legitime citata.*
Sententia lata in nocte ad lumen candelæ an ualeat. eod.
12 *Sententia debet continere diem qua datur.*
13 *Actor (absente Reo) potest petere ut in se transferatur onus probationis, ut sententia diffinitiua feratur.*
14 *Sententia lata in scriptis ualet, licet iudex in ea non dicat, talem in scriptis fero.*
15 *Actor contestans litem Reo absente an possit, si uelit, in se transferri probationem.*
16 *Sententia interloquutoria potest ferri una parte presente, & altera absente.*
Citatio ad sententiam, qualiter fieri debeat. eo.
Peremptorium an debeat imponi ut sententia feratur. eod.
17 *Peremptorium non refert quod ueniat in notitiam citati, sed sufficit citatio facta ad domum.*
18 *Sententia in quibus casibus potest ferri sine scriptis.*
Sententia in causa matrimonij an possit ferri sine scriptis. eo.
19 *Iudex non cogitur in sententia apponere causam quare condemnat uel absoluit, sed si uult, potest.*
20 *Sententia nulla an per appellationem consumatur.*
21 *Sententia quæ ipso iure non ualet an per consensum partium confirmetur.*
22 *Sententia sine certa quantitate an ualeat.*
Iudex idem an poterit iterum iudicare, si sententia sua ipso iure non ualet.
23 *Iudex si tulit sententiam qua ipso iure non ualet, an debeat ex integro cognoscere, uel*

uel pronunciabit secundum priora acta.

24 *Sententia lata a iudice incompetente an teneat.*

25 *Sententia hoc modo lata, condemno te in decem, & in expensis, an ualeat.*

26 *Cognitio causa & pronunciatio facta ab uno ex duobus magistratibus unius municipij, an ualeat.*

27 *Imperator iure ordinario non potest ferre sententiam una parte presente, & altera absente non citata.*

28 *Præsumptio an sit pro sententia, in qua dicitur, usis petitionibus, confessionibus, & testibus.*

29 *Iudex secundum quam consuetudinem iudicabit, si extent, consuetudo sua Actoris, & Rei.*

30 *Sententia lata pro bannito ualet.*

31 *Decimarum causa an possit cognosci tempore feriatum.*

32 *Præceptum iudicis ne partes se intromittant in tali fundo sub certa pœna usque ad sententiam tenet.*

33 *Iudex an post decem dies possit reuocare sententiam interloquutoriam.*

34 *Pronunciatio an fiat super incidenti uel emergenti. num. 35.*

36 *Sentẽtia an debet ferri in die peremptorij.*

De sententijs, & ijs quæ circa ipsas occurrunt tam ad ualidandum quam ad impugnandum. Cap. XXIIII.

Quæ possunt obijci sententijs, dic, quod si sententia est lata ab eo qui non potuit esse iudex, Et qui non possunt esse iudices, not. ff. de iudici. l. cum prætor. §. fin. Item si postea fuit in
1 famis, ut C. de decuri. l. infamia. Item † si cognouit de causa de qua non potuit cognoscere, puta, quia spiritualis uel alia, ut extra de arbitr. c. cum contingit, & extra de iudic. c. 2. & de ord. cognit. c. fin. & not. C. si a non comp. iud. l. 1. & 2. Item si iudex pronunciauit inter non subditos, quia errauerunt ambo uel alter eorũ ut ff. de iurisd. om. iud. l. si per errorem, &
2 ff. de iudic. l. 2. Item † si lata fuit sententia partibus absentibus, uel una absente & non citata, ut ff. de arbitr. l. diem. §. litigatorum & C. quom. & quan. iud. l. ea quæ. Item si fuit lata
3 diebus feriatis, ut ff. de feri. l. 1. Item † si non in publico loco, sed in secreto, ut C. de sent. & interl. om. iud. l. sententia & intellige publicũ locum in quo iura reddi consueuerunt, ut ff. de iust. & iur. l. pen. & ff. de arbitr. l. si cũ dies.
4 § pen & de inter. act. l. 4. Item † si lata fuit a iudice procedente & non sedente pro tribunali, ut C. de dilat. l. a procedente, ut ff. quis or. in bon. pos. seru. l. 1. §. 2. & i auth. ut ab illustr. & qui sup. eos. § suum & ff. ad Tertul. l. siue in-
5 genua. §. pen. Item † opponitur si sententia non continet absolutionem uel condemnationem, uel æquipollens ut C. de sent. & interl. om. iud. l. præses. & ff. de re iudic. l. in summa. & ff. de arbitr. l. quid tantum. §. fin. Item si fuit lata sine causæ cognitione, ut C. de sent. & in
6 terl. om. iudi. l. prolatam. Item † si sine certa quantitate lata est ut instit. de act. §. curare. & C. de sent. quæ sin. cer. quant. l pen. & ulti. Item si est lata contra res prius iudicatas, ut C. quan. prouoc. non est neces. l. 1. Item si sine scriptis nisi in casibus not. C. de sent. ex breui. recit. l. 2. Item si contineat impossibile, ut ff. quæ senten. appel. l. fin. Item si de alia re pronuntiauit quam de qua cognouit, ut ff. commu. diuid. l. fundus. Item si de alia re pronuntiauit quam de ea super qua datus fuit libellus, & quam de ea super qua datus fuit iudex, ut C. si à non comp. iud. l. 1. Item si per falsos testes & falsa instrumenta sententia est lata, ut C si ex fals. instrum. per totum. Item si sententia est uenalis, ut C. quando prouoc. non est
7 nec l. uenalem. † Item si per gratiam, & tunc per in integrum restitutionem auditur læsus, ut ff. de indic. l. si prætor & ff. ad Trebel. l. seruo inuito. §. cum prætor. Item si falsus procurator interuenit, ut C. de procur. l. licet. Item si tutor uel curator non satisdedit uel inuentarium non fecit, ut C. de tut. & curat. qui satisd. non deb. l fin. & pen. & C. in quib. cas. restit. in integ. non est neces. l si tutor. Item si ille qui fuit in iudicio nomine alieno non erat legitime constitutus, ut in præd. ll. & ff. de collus. deteg. l. cum non iusto & ff. de appel. l. si cõ
8 stat. Item † si non habuit ille contra quem lata est sententia legitimam personam standi in iudicio, ut C. si aduer. rem iud. l. cum & nos. & ff. de re iudic. l. acta. §. fin. & l. contra pupillum. & C. qui legit. perso. l. 1. Item si lata est sententia, a iudice publice excommunicato, ut extra de sent. & re iud. c. ancep. Item si erratum est in calculo, ut ff. quę sent. sin. ap. l. 2. §. 1. Quibus modis dicatur sententia nulla, dic ut not. Azo in sum De sent. ex breuic. recit. Quid sit sententia, & quot modis dicatur, dic ut not. Azo in sum. quo. & quan. iud. in prin. Quæ
9 † sit differentia inter sententiam & rem iudi. dic quod nulla, licet quidam contradicant, sed dic ut not. Accurs ff. de re iud. l. 1. & C. de ap-
10 pel. l. litigatoribus. Sed † an sententia diffinitiua possit ferri ante litem contestatã, dic quod non, ad hoc facit in auth. de test. §. & quoniã, uers. & a prouincia in prouinciam iux. fi. §. licet quidam contradicant, nisi aliud, ut in casibus, & dic ut not. Accurs. C. de ijs qui ad eccl. confug. l. presenti & C. ubi de crim. agi opor. l.
11 1. & auth. qua in prouincia. Sed † qualiter de-

bet fieri, dic quod utraque parte præsente, uel
altera absente sed legitime citata, & dic ut no.
iu sum. de iudic. §. in constitutis. & not. Ac-
cur. C. quom. & quando ind. l. consentaneum.
super uer. incumbit. Sed pone quod fuit lata
sententia ad lumen candelæ in nocte nunquid
ualet, dic ut not. C. de transact. l. non minore,
& extra de offi. & pot. iud. deleg. c. consuluit
12 in fin. † Sed nunquid debet poni in senten-
tia dies quo datur, dic quod sic, ut extra de in
integ. restit. c. cum ex litteris. §. prospeximus.
13 Sed † pone quod Reus ante litem contesta-
tam est absens, & Actor uult in se transferri
onus probationis, ut sententia diffinitiua fe-
ratur, an possit, & dic quod sic, ut not. Accur.
C. quom. & quan. ind. l. consentaneum & in
auth. qui semel super uer. quod locum habet
sed secundum can. uidetur quod non, ut extra
de offi. & pot. iud. deleg. c. consultationibus.
14 Sed † pone quod iudex tulit sententiam scri-
ptam, sed non continebatur in ea, talem in
scriptis fero; nunquid ualet, dicunt quod non,
& inducunt. C. de sent. ex breui. recit. l. pen. &
fin. Sed dic quod sic, ut arg. C. de testam. l. cum
antiquitas. §. fin. et arg. ff. de uent. in pos. mit.
15 l. 1. cir. fi. Sed † pone quod Actor lite contestata
Reo absente, & non est liquidum de causa,
uult in se probationem transferri, an potest.
dic quod non, ut not. in sum. de iudic. §. quod
16 autem. Sed † nunquid sententia interloqu-
toria potest fieri una parte præsente & altera
absente, & dic quod sic, ut ff. de arbitr. l. diem
& not. ibi in glo. secus in dilatione, ut C. de di-
lat. l. a procedente. Qualiter partes debeant ci-
tari ut ueniant ad sententiam audiendam, dic
ut not. Azo de iudici. & quom. & quan. ind. in
sum. Sed nunquid peremptorium debet impo-
ni ut sententia ualeat, dic ut not. extra de of.
& potes. ind. deleg. c. consuluit. §. si autem ex
17 piret. Sed † nunquid peremptorium in noti-
tiam citati debet uenire, dic quod non, sed
sufficit citatio facta ad domum, & dic ut C.
quom. & quan. iud. l. ab eo. & ff. de dam. inf. l.
4. §. abesse & dic ut not. Accur. ff. de iudici. l. &
post edictum super uer. debet. & dic ut not. ff.
quæ sent. sine appel. rescin. l. 1. §. inter & not.
Accur. quod sufficiat citatio facta ad domum.
18 C. de annal. excep. l. ut perfectius. In † quibus
casibus sententia potest feri sine scriptis, dic
ut not. Azo in summa de sent. ex breuic. re-
cit. & not. Accur. C. eo. super l. ulti. illius tit.
Sed an in causa matrimonij sententia possit fe
ri sine scriptis, dic quod sic, ut not. extra de te-
sti. c. Albericus. Sed pone quod nolo probare
per testes sententiam latam fore dum oppo-
no exceptionem rei iudicatæ, nunquid possum
dicunt quidam quod non, per l. testium. C. de
testi. Sed dic quod sic, ut extra de sent. & re in
19 dic. c. si à nobis. Sed † nunquid iudex debet in
sententia apponere causam, quare condem-
nat uel absoluit, dic quod non, quia satis est si
dicat, condemno uel absoluo, ut ff. de re iud. l.
in summa. sed si uult causam opponere, potest

ut ff. de susp. tut. l. hoc enim. & ff. de euict. l.
hoc iure & l. seq. nisi in casu quando iudex ab
soluit ab instantia iudicij propter cursum trien
nij, ut C. de iudici. l. properandum. §. illo & dic
ut extra de sent. & re iud. c. sicut à nobis in gl.
& quando ab inepta petitione absoluitur, quia
si agat postea uera & competenti actione, non
obstat exceptio rei iudicatæ, ut ff. de euict. l. mi
nor. §. 1. & ff. de pignor. l. grege. §. penul. Sed
20 † nunquid sententia quæ nulla est per appel-
lationem consumatur, dic quod non, nisi in
casibus ut ff. de appel. l. si expressim & est
primus casus, quando sententia lata est contra
falsum procuratorem ut ff. rem rat. hab. l. cum
minoris. §. fin. Alius casus est. C. de filiofam. &
21 quemadm. pat. ten. l. 2. li. 10. Sed † pone quod
sententia quæ lata est ipso iure non ualet, nun
quid per consensum partium confirmatur, dic
quod sic si non est contra legem, ut C. com-
mu. utri. iudi. l. 2. & ad hoc C. de arbit. l. ne in ar
bitris. Sed si est contra legem non confirma-
tur. ut ff. fam. hercis. l. quidam. & ff. de iure pa-
tron. l. camelia pia. Sed nunquid sententia si-
ne certa quantitate ualet, dic ut not. Azo in
sum. de sent. quæ sine cer. quant. & no. Accur.
22 in l. 2. illius tit. C. Sed † pone quod sententia
ipso iure non ualet, nunquid idem iudex pote-
rit iterum iudicare, dic quod sic, si est ordina-
rius ut C. quom. & quan. iud. l. si præses & C.
de accusat. l. 4. secus si est delegatus ut C. de
re iudic. l. iudex. et C. quom. & quan. iud.
23 l. si ut proponis. Sed pone† quod iudex tu-
lit sententiam quæ ipso iure non ualet,
nunquid ex integro debebit iudex cogno-
scere, uel nunquid pronunciabit secundum
priora acta, & uidetur quod ex integro cogno
scat ut ff. de re iudic. l. in summa & C. de accus.
l. 4. Econtra quod non. ff. de iudic. l. mortuo.
Sed uerius est, scilicet quod pronunciet secun-
dum priora acta si est competens iudex, & acta
quæ non ualent denuo fient, & dic ut not. Ac-
curs. ff. de appel. l. si expressim. in fi. Sed pone
24 † quod iudex non competens tulit senten
tiam, nunquid tenet, dic quod non, si aliqua
partium ignoret eum non competentem iu-
dicem esse, secus si sciat eum non cumpetentē
iudicem esse, ut C. si à non comp. iud. per tot.
25 & C. de excep. l. fin. Sed † pone quod iudex di-
xit condemno te in decem, & in expensis, nun
quid ualet, & uidetur quod non, quia sine cer-
ta quantitate &c. & res iudicata non debet pro
parte ualere &c. ut ff. fam. herc. l. in hoc iudi-
cio. Econtra uidetur quod ualeat, quia inutile
&c. ut ff. si cert. pet. l. certi condictio. §. 1. dic
quod ualet, ut C. de fruct. & lit. expen. l. termi-
nato & extra de procur. c. auditis in quibus ca
sibus fiat ius ex sententia, dic ut not. Azo in
sum. quib. res iud. non noc. Sed pone quod duo
iudices diuersas sententias dederunt, quæ sen-
tentia ualet, & dic quod aut erant delegati aut
ordinarij, ut not. Accur. ff. de re iudic. l. duo.
26 & l. inter pares in glo. Sed † pone quæstionem
de facto, duo erant magistratus unius munici-

pij, unus de cauſa cognouit & pronuntiauit ſi
ne altero, nunquid ualet, dic quod ſic, ſi per ſe
cognouit ſecus ſi ſimul, ut in auth. ut iud. non
expec. ſacr. ius & ff. de offi. conſ. l. 1. & dic ut
not. Accur. ff. de re iudic. l. Pomponius. Sed
27 † pone quod imperator ordinario iure co-
gnouit de cauſa, & tulit ſententiam ſuam par
te præſente una, & altera abſente non citata,
nunquid ualet, & dic quod non, niſi imperator
hoc uoluerit de plenitudine poteſtatis, & dic
ut in quæſtione Pylei, & dic ut not. Accur. C.
28 de legib. & conſt. l. fin. Sed † pone quod in
ſententia continetur, uiſis petitionibus, & con
feſsionibus, & teſtibus nunquid pro ſententia
eſt præſumendum, dic, aut iudex ante ſenten-
tiam dicit aliquid eſſe confeſſatum uel actum,
& ſic non ei credendum niſi quatenus reperi-
tur in actis ſcriptum, ut extra de proba. c. quo
niam contra falſam & C. de arbitr. l. ne in ar-
bitris, ſin autem in ſententia dicat, præſumitur
pro ea, propter iudicis authoritatem, ut not.
extra de renunt. c. in præſentia & extra de ſen
ten. & re iud. c. ſicut à nobis & ad hoc. C. de iu
dic. l. properandum. §. illo. Vel diſtingue, aut
eſt lata ſententia a iudice perito, aut non. pri-
mo caſu præſumitur pro ſententia, per d. c.
quoniam cōtra falſam & ff. de offi. præſi. l. 1. in
ſecundo caſu, non quia ad hoc extra de procu.
29 c. noſtram. Sed pone † quod Actor habet ſuā
conſuetudinem & Reus ſuam, & iudex habet
ſuam, ſecundum quam iudicabit, & dicunt qui
dam quod ſeruabit conſuetudinem Rei, quia
fauorabiliores &c. ut ff. de reg. iur. l. fauorabi-
liores, & quia Actor ſequitur forum Rei, ut C.
de iur. om. iud. l. 2. cum ſuis ſimil. Alij dicunt
quod ſeruabit conſuetudinem Actoris, quia iu
dicium metimur ex perſona Actoris, ut ff. de
iudici. l. ſolemus & l. ſi quis. Alij dicunt, quod
ſeruabit conſuetudinem regionis in qua con-
tractus uel obligatio facta eſt ut ff. de regu. iur.
l. ſemper & ff. de euict. l. fundus & de uſur. l. 1.
Alij dicunt, quod ſeruabit conſuetudinem lo-
ci in quo iudicat, ut ff. de teſti. l. teſtium in fi.
& not. Accur. C. quæ ſit lon. conſ. l. 1. & C. de
emancip. liber. l. 1. & in hac opinione ſunt an-
tiqui doctores. Quidam tamen dicunt ut domi
nus Odof. diſtinguendo inter proceſſum iudi-
cij, & ſententiam. Ut in proceſſu iudicij ſecun-
dum conſuetudinem loci in quo iudicat, in ſen
tentia ſecundum locum contractus uel obliga
tionis, & inducit leges præd. Vel dic, quod dif
ferentia eſt inter ſtatuta ciuitatis & conſuetu
dinem loci, quia ſtatuta iudex non ſeruat con
tra forenſes, cum non teneant niſi ſubditos, ut
C. de ſum. trin. & fi. cathol. l. 1. & C. de inceſ.
nupt. l. fin. ſecundum conſuetudines ſic, ſed ta-
men ſententiam domini Odof. multi appro-
30 bant. Sed † pone quod ſententia lata eſt pro
bannito, nunquid ualet, Et uidetur quod ſic,
quia quædam fieri non debent quæ facta tamē
tenent, ut ff. quan. appel. ſit l. 1. §. biduum cum
ſuis concor. Item propter authoritatem rerū
iudicatarum, ut ff. ad Trebel. l. ſeruo inuito,
§. 1. E contra quod non ualet, ut in ſententia
lata pro excommunicato dicitur, ut extra de
ſent. & re iudic. c. antepen. & extra de except.
31 c. antepen. Sed † pone quæſtionem de facto,
an tempore færiato poſsit cognoſci de cauſa
decimarum, uidetur quod de tributis cogno-
ſcatur diebus færiatis, ut C. de færi. l. publicas.
& decimæ ſunt tributa egentium animarum,
ut in decr. 16. q. 1. c. decimæ. E contra uidetur,
quod non, quia non debet cognoſci diebus fæ-
riatis niſi quando neceſsitas urget, & pietas
ſuadet, ut extra de færi. c. fin. Sed quod primo
dixi uidetur uerius, licet quidam Doctores bo-
32 nonienſes contradicant. Sed pone † quæſtio-
nem de facto. Quod iudex præcepit Titio, &
Sempronio ne de poſſeſsione cuiuſdam fundi
ſe intromitterent ſub certa pœna, hinc ad ra-
tionem cognitam inter eos, nulla facta litis cō
teſtatione, nullo porrecto libello, & nullis fa-
ctis poſitionibus, ad productionem teſtium
proceſſum eſt pro utraque parte, quæritur mo
do an ualeat quod factum eſt, & an iudex ſuper
quo ſententiam ferre debeat. Et uidetur quod
præceptum teneat, ut ff. de of. præſi. l. illicitas.
& ff. de uſufr. l. ſi cui. §. fin. Alij contra per l.
1. C de lit. conteſt. & auth. offeratur. & C. de
ſent. & interl. om. iud. l. prolatam a quo dici po
teſt, quod ſimpliciter iudicis officium implo-
retur quod concurrat, & ad hoc. C. de agric.
& cenſ. l. ſi coloni. lib. 11. Sed ſi ſecundū iuris
ordinem procedere uult tunc non ualeret ut
dictum eſt. & ita dicit Iac. But. pronuntiatum
fuiſſe inter Marchionem Eſtenſem & commu
33 nitatem de pauicor. Pone † quod ſententia in
terloquutoria lata eſt, iudex poteſt bene po-
ſtea eam reuocare, ut ff. de re iudi. l. quod iuſsit
an poſt decem dies poterit eam reuocare, &
dic quod poſt decem dies ſententia tranſit in
rem iudicatam, ſiue in uigorem rei iudicatæ,
quo ad duo, primum, ut poſt decem dies non
appelletur, ſecundum etiam quoad exceptio-
nem, ut not. extra de ſent. & re iudi. c. cum dile
ctus in fi. & extra de teſti. c. ſignificauerunt, &
c. ut debitus, ſed non quo ad reuocationem
34 &c. Sed † nunquid pronuntiatur ſuper incidē-
ti materia uel emergenti, dic ut not. C. de ord.
cogn. l. 2. & not. Azo in ſum. eo. tit. §. pen. Dic
quod ſuper incidenti non pronuntiatur, ut ibi
notatur, niſi declinet iudicem, ut ff. de iudici.
ſi quis ex aliena & ff. ſi quis in ius uocat. non
ier. l. 2. in prin. uel differat, ut pactum de non
petendo ad tempus, quod de iſtis incidentibus
pronuntiatur, ut ff. quan. dies uſufr. l. 1. & ff. ſi
cert. pet. l. certi conditio. §. 1. & extra de fi. in
35 ſtrum. c. cum Ioannes ubi de hoc, uel † niſi ſit
incidēs quod impediat proceſſum cauſæ prin
cipalis, ut rei iudicatæ, uel iuriſiurandi, & tran
ſactionis, quia tunc etiam pronuntiatur, ut ff.
de cond. inde. l. eleganter. §. ſi quis poſt & ff.
36 ad exhib. l. 2. §. ibidem. Sed † nunquid in die
peremptorij debet ferri ſententia, dic ut not. in
inſt. de uer. oblig. §. ſi quis. et eſt caſus extra de
of. et pot. iud. deleg. c. conſuluit &c.

V 2 SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exequutor quis dicatur.*

Exequutio sententiæ fit primo in rebus mobilibus. secundo in immobilibus, tertio in nominibus debitorum. eo.

Exequutio sententiæ per quos iudices fieri posßit. eo.

Exequutio sententiæ fiet à iudice appellationis, qui eam confirmauit. eo.

2 *Delegatus à principe potest sententiam exequutioni mandare, & secundum canones infra annum.*

3 *Exequutio sententiæ post quantum tempus fiat.*

4 *Iudex debens exequi sententiam contra minores habentes res mobiles & nomina, an debeat seruare ordinem.*

5 *Præbenda potest capi in causam iudicati, si debitor non habet aliud nisi eam tantum.*

Fructus feudi possunt capi in causam iudicati si debitor habet tantum feudum. eo.

6 *Exceptio regulariter non potest opponi post sententiam.*

Spoliatus omnino est restituendus. eo.

7 *Res iudicata non est uentilanda sed exequutioni mandanda. & rebus iudicatis standum est.*

Exequutio sententiæ impeditur ab eo cuius interest. eo.

8 *Spoliatus omnibus bonis, uel maiori parte in modum exceptionis repellit quemlibet agentem. & ex priuilegio fit restitutio spolij.*

9 *Exequutor cognoscit de impedimento opposito exequutioni.*

10 *Sententia appellata & non exequuta seu prosequuta mandatur exequutioni à primo iudice.*

De exequutoribus exequutionibusq; sententiarum. Cap. XXV.

Qvis dicatur exequtor, dic ut not.
Accur. C. de exeq. rei iudi. l. exequutorem. & Azo eo. titu. & not. extra
de offi. & pot. iud. deleg. c. pastora-
1 lis §. quia uero. Qualiter † sententia debet
exequutioni mandari, dic primo per res mobiles, secundo per immobiles, tertio per nomina debitorum. ut ff. de re iud. c. l. a Diuo Pio.
Qui iudices possint sententiam exequutioni mandare, & dic ut not. Azo. in sum. de exeq. rei iudi. & not. Accurs. ff. de re iudic. l. a Diuo
Pio. Sed quis mandabit sententiam exequtioni, a qua extitit appellatum & per iudicem appellationis confirmata est, dic quod iudex appellationis, non autem primus. ut no. ff. de iis qui not. infam. l. furti. §. primo. & extra. de of. & potest. iud. deleg. ca. pastoralis. §. præte-
2 rea. in gl. quæ incipit, sed pone &c. Sed † an
iudex delegatus à principe potest sententiam exequtioni mandare, dic quod sic, ut not. Accur. ff. de re iudi. l. a Diuo Pio. in princ. & extra de offi. & potest. iud. deleg. c. significanti. & c. in litteris. sed secundum canones potest infra annum, ut extra de of. & potest. iud. deleg. ca.
3 quærenti, & ca. Pastoralis. Sed † post quantum
tempus fiet exequtio, dic quod ex diffinitiua olim fiebat post duos menses, hodie post quatuor, ut. ff. de re iudic. l. debitoribus. sed ex interloqutoria post annum. & not. Azo. in sum. eo. tit. §. penul. & not. Accur. C. de bon. auth. iud. pos. l. cum proponas. Sed quid si capiatur nomen debitoris, & neget se debitorem, dic quod curator bonis datur, ut not. Accur. in d. l. a Diuo Pio. §. si cui. de re iud. & C. quan. fis.
4 uel pat. l. 3. Sed † pone quod iudex debet sen-
tentiam exequtioni mandare contra minorē, seu minores habentes res mobiles, & nomina, nunquid seruabit ordinem, dicunt quidam quod sic, alij contra per l. magis puto. §. nec pasim. ff. de reb. cor. ubi dicit littera, uel no-
5 minibus &c. quod est uerius. Sed † pone quod
debitor habet tantum præbendam, uel redditum, nunquid potest capi in causam iudicati, dic quod sic si non habet aliud. ut ff. de re iudic. l. commodis. & C. eo. l. stipendia & C. quæ res pign. oblig pos. l. speciem. & extra de fideius. c. peruenit. §. alioquin. Sed pone quod debitor habet tantum feudum, nunquid fructus poterunt capi in causam iudicati, dic quod
6 sic. argum. ff. de lega. 2. l. peto §. 1. Sed † pone
quod post sententiam uolo opponere exceptionem, dic quod regulariter non possunt, nisi in casibus not. C. de iur. & fac. ignor. l. 1. Sed pone quæstionem de facto, quædam mulier dicebat se spoliatam possessione maritali, a mariro, quare petit se restituendam, iudex pronuntiauit eam restituendam, econtrario quædam alia opponebat dicens, se esse uxorē, & illam non restituendam, quæritur an non obstante dicta oppositione debeat dicta sententia mandari exequtioni, & uidetur quod debeat mandari, quia expoliato est facienda restitutio omnino, ut C. de dona. int. uir. & ua. l. si maritus. & C. ad leg. iul. de ui. l. si quis fun-
7 dum. Item † res iudicata non est uentilanda,
sed exequtioni mandanda, ut ff. de minor. l. minor. & ff. de iudi. l. si prætor. Item rebus iudicatis standum est. ut. C. de re iudic. l. 1. Econtra quod hæc oppositio impediat exequtionem, manifeste probatur, nam res inter alios acta &c. ut C. res inter al. ac. Præterea illius mulieris interest ne sententia exequtioni mandetur, merito auditur. ut ff. de appel l. ab exequtione. §. 1. & l. si proluxorio. & C. de liber. cau. l. prin-

le principaliter. & uidetur casus, quod is cuius interest impediat exequtionem, ut extra de offi. & potest. iud. deleg. c. super eo. & extra de testi. c. ueniens. & extra de senten. & re iudi. c.
8 cum super. Sol. dicunt quidam, † quod spoliatus omnibus bonis suis uel maiori parte in modum exceptionis repellit quemlibet agentem uel accusantem, & ex priuilegio fit restitutio possessionis alias spoliationis. ut extra de ord. cognitio. ca. fin. & facit. 11. alias. 3. quæst. 2. c. reintegranda. & q. 3. c. cum ecclesiæ. & ca. oportet. & si expoliatus esset in una re, quod expoliatorem expelleret, & non aliud. ut no. Goff. in sum. de ordi. cognit. §. sed si ego. Sed
9 † quid si mandatū sit Titio per iudicem, ut ponat Sexium in possessione bonorum Lucij pro mensura debiti declarati, & dum uult ponere Sexium in possessione cuiusdam fundi, Sempronius comparuit dicens suum esse fundum, quæritur quis de hoc cognoscet, dic quod Titius, ut ff. de re iud. l. a Diuo. §. si res, alias, rei.
10 Sed † quid si aliquis appellauit, & non fuit prosequtus appellationem, quis mandabit sententiam exequtioni, dic quod primus iudex. arg. ff. si cert. pet. l. proinde. in glo. nota formā. & l. si contra. & sic habebitur perinde ac si non appellasset. ut not. C. de appel. l. eos. &c.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quid sit, quis possit appellare.*
Appellans a diffinitiua non debet causam dicere, quare appellat, secus ab interloqutoria secundum canones. eo.
2 *Appellatio an detur ab interloqutoria.*
3 *Appellatio non datur ab exequtione, nisi ut.*
Iudex qualiter debet pronuntiare in causa appellationis. eo.
Emptor non tenetur appellare à sententia lata præsente uenditore. eo.
Reus absolutus in prima potest in secunda instantia condemnari, si Actor appellat. eo.
Iudex potest reuocare sententiam interloqutoriam. eo.
4 *Sententia interloqutoria transit post decem dies in rem iudicatam quo ad duo, ut.*
5 *Reus absolutus an uideatur condemnatus, si iudex pronuntiat sententiam iniustam, & appellationem Actoris iustam.*
6 *Appellatio regulariter admittitur in criminalibus.*
7 *Appellatio potest in criminalibus interponi ab alio pro condemnato.*
8 *Procurator inuito principali an prosequatur causam appellationis.*
9 *Confessus appellat si allegat errorem.*
10 *Contumax non potest appellare nisi ueniat iudice pro tribunali sedente, & tunc restituitur ad appellandum.*
11 *Probatio cui incumbat in causa appellationis.*
12 *Excommunicatus propter contumaciam an possit appellare.*
Contumacia duplex, in non ueniendo, & in non parendo. eo.
13 *Appellatio an teneat, si de appellatione fuit factum instrumentum, & non dixit, in scriptis appello.*
14 *Dominus non auditur, si procurator per contumaciam condemnatus est, nisi in subsidium, procuratore non existente soluendo.*
15 *Appellatio ista an sit admittenda, dico sententiā nullam, & si qua est appello per libellum in scriptis.*
16 *Sententia nulla a qua est appellatum an possit dici nulla, si iudex appellationis eam confirmauit.*
17 *Appellatio an interponatur, a sententia lata super decimis & quadragesimis.*
Decimæ sunt tributa egentium animarū eo.
18 *Sententia si sit nulla ipso iure, an iudex ex eisdem actis iudicabit.*
Sententia nulla ipso iure, quis cognoscet de nullitate. eo.
19 *Appellatio an ualeat nec ne, quis cognoscet.*
20 *Appellatio an possit interponi à sententia lata super alimentis.*
21 *Fructus percepti pendente appellatione deducuntur in condemnationem per iudicem ad quem.*
Fructus percepti post litem contestatam ueniunt iudicis officio. eo.
22 *Appellari an possit ad superiorem omisso medio.*
Sententia manet rata si appellans non prosequatur causam appellationis. eo.
23 *Minor appellans potest petere restitutionem in integrum & eius beneficium pendente appellatione.*
24 *Appellari potest etiam si causa sit commissa, remota appellatione, nisi princeps ita committat.*
Contestatio litis fit in causa appellationis. eo.
25 *Appellatio a reiectione exceptionis quæ fuit opposita & quam de iure opponere potest, an teneat.*

26 *Appellanti an debeat præfigi terminus per iudicem a quo, infra quem prosequatur appellationem.*

De appellationibus, quando & quomodo interponantur, quibus appellari liceat & non liceat. Cap. XXVI.

QVid sit appellatio, dic ut not. Azo
in sum.eo.titu.in prin. quis posit
appellare, dic ut not. Azo in sum.
eo.ti.§.2.& ff.eo.l.a sententia.Sed
1 † an causam quare appellat quis debeat dicere,
dic quod non cum appellat à diffinitiua, ut
not.ff.eo.tit.l.scio.§.fin.& C.eo..l.eos. in glo.
no:a formam, secus si appellat ab interloquutoria
secundum canones.ut extra eo..c.ut debitum.
& hoc bene notatur.C.de ijs quib.ut indign.
l.minoribus. Sed nunquid sufficit unam
causam probare, si plures ponantur, dic ut no.
2 extra de iudi.c.exhibita. Sed † nunquid à sententia
interloqutoria appellatur, & sententia
est Ioan. & Az. quod non, nisi in casibus ut
not.ff.de appella.non recip.l.ante sententiam.
Alij dicunt quod sic, quando sententia potest
mandari exequtioni. Alij dicunt, quod si est
talis sententia interloqutoria quæ posit examinari
in causa appellationis, tunc non appellatur,
si autem in causa appellationis examinari
non posit, tunc appellatur. & hoc dicunt
per l.si arbitro.ff.qui satisd. cogan.& ff.de minor.
l.intra. sed secundum iura canonica sic,
ut extra eo.tit.c.cum cessante,& ca.ut debitũ.
3 Sed † nunquid ab exequtione appellatur, dic
quod non, nisi in casibus, ut not. Accur.C.eod.
tit.l.si quis. & C.quor.appella. non recip.l.ab
exequtione,& extra de offi.& potest.iudi.deleg.
ca.pastoralis.§. quia uero. Qualiter debet
iudex in causa appellationis pronunciare, dic
ut not.Accurs.C.eo.l.eos. Sed nunquid tenetur
appellare emptor, dic quod sic, nisi præsente
uenditore sententia lata fuerit, ut notat
Accur.ff.de euict.l.Herenius. Sed nunquid
si Reus est absolutus, & Actor appellauerit,
nunquid potest condemnari Reus in appellatione,
dic quod sic, ut ff.iudic.sol.l.penul. Sed
pone quod sententia est interloqutoria, nunquid
potest eam iudex reuocare, dic quod sic,
4 ut ff.de re iudic.l. quod iussit. Sed † nunquid
post decem dies sententia interloqutoria trãsit
in rem iudicatam, dic quod sic quo ad duo,
primum, ut post decem dies non appelletur,
secundo quo ad exceptionem, ut not.extra de
elect.c.cum dilectus. & extra de test.c.significante.
& extra eo.de appel.ca.ut debitus. sed
non quo ad reuocationem sententiæ. Pone
5 quæstionem de facto. Reus fuit absolutus, Actor
appellauit, iudex pronunciauit sententiã
iniustam, & appellationem iustam, nunquid
uidetur condemnatus, & uidetur quod sic. ut
not. Accur.C.de sent.& interl.om.Iud.l.præses.
6 Sed † nunquid in causa criminali quis appellabit,
dic quod sic regulariter, nisi in casibus.
l.si C.quor. ap. non recip. & C.eo. de appel.
7 l.aditos. Sed † nunquid in causa criminali
alius pro condemnato appellare potest. Dic
quod sic, ut C.eo.l.eos. §. super ijs & ff.eo. l.
non tantum. Nec obstat si dicis quod ad crimẽ
publici iudicij frustra interuenit procurator,
& multo magis ad defendendum: ut ff. de pub.
iud.l.pe:§.ad crimen quia aliud in causa principali,
aliud in causa appellationis, & est ratio,
quia paratum est periculum, ut not.in præd.l.
non tantum & ad hoc.ff.de appel.recip.l.1.Sed
8 † nunquid procurator inuito principali prosequatur
causam appellationis. Dic ut not. Accurs.
C.de procur. l.inuitus & ff.an per al.cau.
9 appel.l. 1. Sed † nunquid confessus appellat,
dic quod sic, ut not. Accur.ff.eo.tit.l.fin.§. 1.
in fi.ubi dicit. Auxilium etiam &c. Iac.Bald.dicit
quod non, quia iniquum est quod quis propria
uoce testatus est infirmare, ut C. de non
num.pecun.l.generali.Sed dic quod si allegat
10 errorem, quod potest. Sed † nunquid contumax
potest appellare, dic quod non, nisi ueniat
iudice sedente pro tribunali, & tunc restituitur
ad appellandum, ut not. Accur. ff.de in integ.
restit.l.diuus.& ff.eo.de appel.l.ex consensu.
§. fin. in glo. quæ incipit. si dixit. &c. Sed
11 † quis debet probare in causa appellationis,
dic quod Actor.ut probatur in auth. de ijs qui
ingred.ad appel.§. illud licet quidam contra,
& dic ut not. Accur.ea.coll.§.ij qui ad ciuilia.
& notatur plene, extra de renunt.c. in præsentia.
12 Sed an † excommunicatus propter contumaciam
posit appellare uidetur, quod non,
quia cõtumax nõ appellat, ut 2.q.6.c.sunt quatuor.
& nullus excommunicatur nisi cõtumax
ut 11.q.4. c.nemo ergo nulliter appellat, sed
falsum est, extra de sent.excom.c. per tuas.sol.
Duplex est contumacia scilicet in non ueniendo,
& nullus talis appellat, ut in præd.c.sunt
quatuor. & est contumacia in non parendo, &
talis appellat. ut ff.de appel.l.creditor. §. iussit.
Sed si non ualet appellatio, an debet examinari,
& per quem, dic ut not.in l.excusationis.
13 C.de excusat.tut. Pone † quod quidam appellauit,
& de appellatione fuit factum instrumentum,
& non dixit, in scriptis appello, nunquid
tenet appellatio, & uidetur quod non si eodem
die appellauit ut C.eo.l.litigatoribus & ff. eo.
l.a sententia.§.fin.Sed dic quod sic, & ad hoc.
C.de testam.l.cum antiquitas.§.fi. & not. Azo
14 in sum.eo.§.1.Sed quid † si procurator per cõtumaciam
condemnatus est, nunquid dominus
auditur, & dic quod non, nisi in subsidium, procuratore
non existente soluendo, & dic ut no.
15 ff.quan.appel.fit l.1.in fi.Sed † pone quæstionem
de facto, quidam dixit sententiam nullã
etsi qua est, appello per libellum in scriptis,
nunquid sit taliter admittendus, & uidetur
quod non, quia uidetur sibi ipsi contrarius, &
merito repellendus, ut ff.quan.appel.fit l.2.§.
sed

sed si alius & C.de furt.l.1. & C.de codicil.l.fi.
& extra eo.c. solicitudinẽ in fin.nam qui eligi
tur quis debet.ut ff.de tribut. l.quod in hære-
dem.§.eligere,& ff.de lega.2.l cum filium. §.
uarijs.nam iudicium sub conditione fieri non
debet ut ff. de iudic. l. non quemadmodum.
Econtra uidetur,quia nemo prohibetur &c.ut
ff.de excep.l.nemo. Item sub alternatione pos
sum opponere duas exceptiones, dummodo
sim protestatus me uelle prosequi ius tantum
ex altera illarum quæ contigerit,ut ff. eod.tit.
l.1.§.quod autem sol. potest dici quod sic per
l.si quidem.C. de except.& hoc consuetudo ad
mittit,licet forte uideatur cõtra. Pone quod
16 † appellaui à sententia quæ nulla est,iudex ap
pellationis confirmauit eam,an potero dicere
nullam; Videtur quod non,ut ff. de ijs qui no.
infam.l.furti.§. 1. Econtra quod sic; ut C. de
inof.testam.l. cum. Sed dic quod sic, & dic ut
not. in l. si expressim. ff. eod. titu. in fin. Sed
17 † nunquid à sententia lata super decimis &
quadragesimis appelletur. Videtur quod non
ut extra de decim.c. tua nobis & ibi not. quod
sic. Item à sententia lata super tributis non ap
pellatur, & decimæ sunt tributa egentium ani
marum.ut in decret.16.q.1.c.decimæ. Sed qui
18 dam contra. Pone † quod sententia est nulla
ipso iure,nunquid ex ijsdem actis iudicabit,an
lis contestabitur,& omnia acta de nouo fient,
dic quod ex ijsdem actis, quia utile per inuti-
le non uitiatur & dic ut not. Accurs.ff. eo.l. si
expressim in fin. Sed quid si sententia est nulla
ipso iure,quis cognoscet de nullitate, dic quod
superior iudex ut in const.C. in fin. Sed pone
19 † quod appellaui à sententia lata contra me,
aduersarius meus dicit appellationem non te-
nere, quis cognoscet an appellatio ualeat uel
non, dic quod si certum est appellationem nõ
ualere, quod cognoscet ille qui mandaturus
est sententiam exequutioni, alioquin si dubi-
tetur, Princeps, uel ille qui cogniturus est de
appellatione,& dic ut notat Accur.ff.nil nouã.
appel.pend.l.1. in glo. quæ incipit fiat ei, ap-
20 pellationi &c. Sed † nunquid à sententia lata
super alimentis appelletur, & dicunt quidam
quod sic per l.& in maioribus.C.eo.tit. Alij di
cunt quod non, quia non recipit dilationem,
ut ff.eo.l.fin. Tertij distinguunt, an petantur
alimenta iudicis officio, an per actionem ordi
nariam,in primo casu non appellatur, & ratio
est, quia summaria fit cognitio, & postea in
causa principali plenius tractatur, ut ff.de ijs
qui sunt sui uel al.iur.l.si iudex.& ff. de liber.
agnosc.l.si quis à liberis. §. solet, nisi diceret
modum excessisse,tunc interim spectare tene-
tur,ut ff.de inof. testam.l. si instituta. §. pen.
& ff.de libe.agnos.l.si neget & ad hoc.C.quor.
appel. non recip. l. ab exequutore & hoc pla-
21 ceet.Sed pone † quod petij fundum à Titio,ap
pellauit, medio tempore fructus percepit,nun
quid iudex appellationis fructus medij tempo
ris in condemnationem deducet, & dic quod
sic,ut ff.de usur.l.tutor.in prin.& ff.eo.l.nego
tiorum,nam fructus percepti post litem conte
statam ueniunt iudicij officio, ut ff. de usur.
22 l.euictus. Sed † nunquid ommisso medio ad
quem appellatur possit ad superiorem appel-
lari,dic quod non,secundum legem ut ff. eo.l.
imperator secus secundum canones ut extra
eo.c.dilecti filij prior. Quid si non prosequa-
tur causam appellationis, dic quod rata ma-
neat sententia,ut C.de tempor. appel.l. fin. &
C.eo.de appel.l. si cõtra maiorem. Pone quod
23 † minor à sententia lata appellauit,& penden
te causa appellationis petit in integrum resti
tutionem, & eius beneficium,nunquid potest
dic quod sic, ut notat Accurs.C.si aduer. rem
24 iud.l. 1. & l. pen. Sed † quid si causa est com-
missa remota appellatione,nunquid potest ap
pellari, dic quod sic, ut not.extra de of.& po-
tes.iud.deleg.c.super eo uero. & c.super quæ-
stionum in fi.in glo.quæ incipit.exequutorem
exequutor dicitur etiam cum.§. porro in glo.
maxima super uer.transfert totam.& c. pasto
ralis.§.prætia & extra de restit.spol.c.ex con-
stitutione,nisi a principe sit taliter commissa,
ut ff.quib.appel.non licet. l. prima in fin. Sed
nunquid in causa appellationis sit litis conte-
statio, & dic quod sic,ut not. extra de testam.
c.Raynaldus.§.dilectus & C. de temp.appel.l.
25 fin.§.illud.pone † quæstionem de facto. Qui-
dam post sententiam opponit exceptionem
quam de iure opponere potest, quæ notatur.
C.de iur.& fac.ignor.l.1.iudex non admisit eã
appellauit,nunquid tenet appellatio, & uide-
tur quod non, quia ab exequutione non ap-
pellatur, ut C.eod.l.ab exequutione. Sed dic,
quod sic,quia beneficio denegato,appellatur,
ut C.si sepius in integ. restit. pet.l.1.& ab in-
iuriosa exequutione appellatur ut C. eod. l. si
quis prouocauerit. Sed iudex qui de appellatio
ne cognoscit,non cognoscat de meritis princi
palis causæ ut ff.de appel.l.ab exequutione.§.
26 cognoscetur de exceptione. &c. Sed † an de-
beat præfigi terminus appellanti per iudicem
à quo appellat intra quem prosequatur appel-
lationem,& certe de facto uidi iudicem, a quo
præcipere appellanti sub excommunicationis
pœna quod debeat arripere iter infra certum
terminum ad prosequendum appellationem,
& infra alium certum terminum ad faciendũ
uenire inhibitionem,& hoc uidi, cum commu
ne Maceratæ a grauamine sibi illato ab abba-
te sintriæ auditore domini Cardinalis, appella
uit,& ita etiam tenet dominus Egidius de fo-
scararijs de Bononia decretorum doctor, & al
legat extra de constit.c.sæpe contingit, & ille
terminus est peremptorius, ac si peremptorie
citatus fuisset.&c.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum & priuilegium quomodo dif-*
ferant.

De quibus possint impetrari Rescripta, & quæ Rescripto obijci possint.

2 *Rescriptum contra ius diuinum non valet.*

Rescriptum contra legem uel canonem non ualet, nisi dictum fuerit non obstante tali lege. eo.

3 *Rescriptum Papæ mandant Titio, ut aliquẽ a suo episcopo excommunicatum absoluat non ualet, nisi sit dictum, quod recipiat cautionem de parendo mandatis ecclesiæ.*

4 *Rescriptum impetratum per seruum non ualet.*

Rescriptum secundum non faciens mentionẽ de primo non ualet. nu. 9.

Rescriptum diuersis manibus scriptum non ualet. eo.

5 *Rescripto generali derogatur per speciale.*

6 *Rescripti seu litterarum apostolicarum falsitas ex quibus cognoscatur.*

7 *Rescripta duo eadem die impetrata super eadem causa ab eodem ad diuersos iudices nõ ualent.*

8 *Excommunicatus super pluribus articulis non iuuatur litteris absolutionis generaliter impetratis, nisi expresse super quolibet articulo fecerit mentionem.*

Rescriptum, tacito nomine impetrantis, non facta mentione de processu, quod res sit litigiosa, si impetrans excommunicatus est, si fiat sine publicatione, si Papa loquatur in plurali, si fuerit, a prælato extra suam iurisdictionem, non ualet. eo.

9 *Rescriptum an ualeat, nisi apponãtur uerba, si preces ueritate nitantur.*

Rescriptum non faciens mentionem de sacramento, item de dispensatione, non ualet eo.

10 *Rescriptum extrahens ultra duas dietas nõ ualet.*

Littera non continentes facti seriem non ualent. eod.

11 *Litteræ non facientes mentionem de sententia, a qua extitit appellatum, non ualent.*

Litteræ non facientes mentionem præbendæ, uel beneficij non ualent. eo.

Clericum se asserens cum esset laicus perdit beneficium rescripti. eod.

12 *Rescriptum si impetratum sit contra mortuum, uel mortuus est antequam citatus sit, non ualet.*

Error in diœcesi uitiat rescriptum. eod.

Error in grammatica, uel defectus litteræ uitiat rescriptum. eo.

13 *Rescriptum non ualet, non uocatis ad impetrationem illis qui ex ipso læduntur.*

Rasura litterarum, in qua parte uis faciẽda est, uitiat rescriptum. eo.

Datio iudicis ad petitionem partis uitiat rescriptum. eo.

14 *Rescriptum impetratum non per principalem, nec per procuratorem habentem speciale mandatum non ualet.*

Rescriptum impetratum ab excommunicato non ualet. eod.

15 *Rescriptum impetratum à Principe nondum coronato non ualet.*

Priuilegium quanto tempore tollatur. eo.

16 *Priuilegium an amittatur per unicum actum.*

17 *Priuilegiatus exceptione fori an poterit uti priuilegio.*

De Rescriptis, in quo Rescriptorum materia exactissime tractatur. Cap. XXVII.

Quæ sit differentia inter Rescriptum & priuilegium. Dic quod priuilegium est contra legem, rescriptum continet in se ius commune, ut in decretis: De quibus rebus possint impetrari Rescripta, & de quibus non, dic ut in sum. de præci. imp. offer. &c. Quæ possunt † obijci rescripto, dic si est impetratum per falsam suggestionem, & ueri suppressionem, & tacita ueritate, ut C. si cont. ius uel utili. publ. l. 2. Distingue, ut extra eo. tit. c. super litteris. Item † obijcitur, si contra ius diuinum, ut 22. q. 1. c. contra statuta. Item si contra ius humanum, uel contra publicam utilitatem ut C. si cõt. ius uel util. publ. in Rubro & nigro & C. de præc. imp. offer. l. Rescripta & C. de sacros. eccle. l. iubemus & hoc est uerum nisi de illa lege uel canone contra quem sis fecerit mentionem, dicendo, non obstãte tali lege: ut C. de testam. auth. hoc inter liberos & l. si non speciali & C. de inof. testam. l. si quando. Item † si Papa mandet aliquibus iudicibus, ut Titium excommunicatum à suo Episcopo absoluant, & non faciat mentionem, quod cautionem recipiant de parendo mandatis ecclesiæ, non ualet rescriptum ut extra de sequestrat. c. ad hoc in fine. Item † rescriptum per seruum impetratum non ualet, ut C. de præci. imp. offer. l. 1. & l. uniuersos. Item rescriptum secundo loco impetratum non ualet nisi de primo faciat mentionem, ut extra de rescr. c. cæterum. Item rescriptum

ptum diuersis manibus scriptum non ualet, ex
5 tra de crim. falsi. c. licet. Item † si generale est
rescriptum, per speciale ei derogatur, extra de
rescri. c. t. Item si Papa non uocat Archiepi-
scopos, Patriarchas, Episcopos fratres uenera
biles & omnes alios, cuiuscũq; dignitatis sint,
non appellat filios, non ualet ut extra de crim.
6 falsi. c. quam graui. Item † si litteræ sunt fal-
sæ, & prima species falsitatis est si falsa bulla
litteris apponatur. Secunda cum filum de pri-
ma bulla extrahitur; Tertia, cum filum ab ea
parte in qua cera applicatur incisum est. Quar
ta, cum superiori parte altera pars fili plum-
bo resildatur. Quinta, cum litteris redditis in
eis aliquid per rasuram immutatur. Sexta cũ
littera scripta cum calce, uel alias iuxta con-
suetudinem artificum dealbata fuerit de no-
uo rescribatur. Item falsitas est in eo qui tales
litteras contra constitutionẽ receperit & acce
7 ptauerit. Item † si duo rescripta eadem die su-
per eadem causa & ab eodem & ad diuersos
iudices fuerint impetrata, non ualent, ut extra
8 de rescr. c. ex tenore. Item si † aliquis est excõ
municatus super pluribus articulis, & ipse lit-
teras absolutionis impetrauit generales, non
ualet, nisi expresse super quolibet fecerit men
tionem ut extra de of. ord. Idem si impetrans
nomen suæ dignitatis tacuit, ut ff. de act. emp.
l. 1. §. t. Idem si de processu non fuerit facta
mentio. Idem si super re litigiosa, & de ea non
fuerit facta mentio: Item si rescriptum ab ex-
communicato fuerit impetratum. Idem si fiat
sine die & consule, uel publicatione ut C. si ad
uer. rescr. l. si contra. Item si Papa loquatur in
plurali non ualet. Item si prælati extra suam
iurisdictionem rescriptum fecerint, non ualet.
9 Item † obijcitur, si non apponantur ista uerba
si preces ueritate nitãtur, ut C. de diuer. rescr.
l. fin. sed secundum canones tacite intelligitur
ut extra eo. tit. c. a. Item obijcitur si in secun-
do non faciat mentionem primi, ut ff. de lega.
3. l. si quis in principio & extra de dolo & con
tum. c. ex litteris. Item obijcitur si non fiat
mẽtio de sacramẽto ut ex. eo. c. cõstitutus. Itẽ
obijcit si nõ fiat mẽtio de dispensatione, ut ex.
10 de fili. presb. ex tua. Itẽ † obijcit si extrahatur
ultra duas dietas ut extra e. c. nulli. Itẽ obijcit
si non fiat mentio de processu, ut extra de sen.
& re iud. c. inter monasterium. Item obijcitur
si litteræ facti seriem non contineant, ut extra
11 de cohab. cler. & mul. c. super eo. Item † obij-
citur si litteræ non faciant mentionem de sen-
tentia à qua extitit appellatum, seu de appella
tione, ut extra de confirm. uti. uel inut. c. bonę.
Item obijcitur si præbendæ uel beneficij non
fiat mentio, ut extra eo. c. ad aures. Item obij-
citur si clericum se dixit cum mundanus esset.
ut extra de trans. c. ex litteris. Item si mulier
dixit se pauperem & uiduam, cum sit nobilis &
diues ut extra de offi. & potest. iud. deleg. c. ue
12 nerabili. Item † obijcitur si impetratum est
rescriptum contra mortuum, uel mortuus est
antequam citetur ut ff. de sent. quæ sine ap-
pel. rescin. l. 2. & extra eo. c. significauit. Item
obijcitur si in diocesi est erratum, ut extra eo.
de rescrip. c. significante. Item obijcitur si in
grammatica est erratũ, ut extra eo. c. ad audien
tiã il. uel si littera deesset ut extra de fi. instr.
c. ex parte & ff. de manumis. testam. l. qui ha-
13 bebat. Item † obijcitur si non sunt uocati
ad impetrationem rescripti illi qui læduntur
ex tali rescripto ut C. si ut se ab hær. abstin. l. r.
& auth. ibi posita & ff. de adopt. l. nam ita. Itẽ
obijcitur si sunt rasæ ibi litteræ, uel cancella-
tæ, uel uituperatæ, uel abolitæ ibi, ubi uis
facienda est ut extra de fi. instrum. c. 2. & ex-
tra de crim. falsi. c. fi. & facit secundum iura ci
uilia ut ff. de bon. pos. sec. tab. l. 1. §. fi. Item ob
ijcitur si ad petitionem partis dati sunt iudi-
ces, ut ff. de iudic. l. obseruandum & dic ut
14 ibi not. Item † obijcitur si sit impetratum
nõ per principalem, nec per procuratorem ha
bentem speciale mandatum, ut extra eo. c. nul
li. & ad hoc. ff. de minor. l. illud. §. si talis. Itẽ
obijcitur quando impetrator erat excommuni
catus ut extra eo. c. dilectus & extra de proba.
c. post cessionem, de quo dic, ut not. extra de
15 except. lib. 6. c. unico in conci. lugd. Item † ob
ijcitur quando est impetratum à principe non
dum coronato ut C. de quadrien. præscri. l. fin.
in fi. & in auth. de consul. in fin. & ff. de re mil.
l. ex eo. arg. contra. ff. de offic. procons. l. obser
uare. §. ult. Sed quanto tempore tollatur priui
legium, dic ut not. C. de diuers. rescr. l. 2. & ex-
tra de priuil. & priuil. c. si de terra. Sed an
16 per † unicum actum in contrarium ammit-
tatur priuilegium, dic ut not. extra de constit.
c. cum accessissent, & extra de præben. c. per
17 illorum. Sed † pone quod ille qui habebat pri
uilegium exceptionis fori deliquit, an poterit
uti priuilegio. Et uidetur quod non, ut extra
de foro comp. c. fin. Sed distingue, aut circa rẽ
exceptam deliquit, aut non, ut in primo casu
non conueniatur coram episcopo, in secundo
sic, ut not. Goffr. extra de priui. & excel. priuil.
c. tuarum quod notatur. &c.

SVMMARIVM.

1 *Sequester quis dicatur, & quibus casibus fiãt sequestrationes.*
Iudex instante Actore, debet præcipere Reo, quod faciat saluos fructus fundi contentiosi. eod.
2 *Fructus fundi contentiosi debent sequestrari.*
3 *Actori quomodo consuletur, si Reus non possidet immobilia, & est suspectus de fuga.*
4 *Fundus euictus per actionem hippothecariam an possit recuperari, cum refectione expensarum*

De sequestrationibus, & obstagimentis. Cap. XXVIII.

QVis dicatur sequester, dic ut. ff. de
uerb. signifi l. sequester. & ff depos.
1 l. proprie. In † quibus casibus fiant
sequestationes, dic ut no. Accur. C.
de prohib. sequestr. pecu. l. 1. & Azo in summa
eo. tit. Sed pone quod peto a te fundum &
fructus sunt in fundo, postulo a iudice quod
præcipiat tibi quatenus facias fructus saluos,
nunquid debet, dic quod sic. ut. ff. de petic.
hær. l. Dinus. & ff. de doli except. l. penul. §. ex
2 quadrante. Sed † pone quod controuersia est
inter duos de possesione fundi, & quilibet
uult colligere fructus, nunquid debent seque
strari, & uidetur quod non, per l. 1. C. de pro
hib. sequestr. pecun. Sed dic quod sic iudicis
officio. ut. ff. de usufruc. l. confinium. in prin.
& ff. commu. diuid. l. communi diuidundo. §.
cum de usufructu. & ff. de bon. auth. iud. poss.
l. in uenditione. §. 1. & ff. de tabul. exhib. l. fin.
3 Sed † pone quæstionem de facto, quidam erat
meus debitor in decem, & non erat possessor
rerum immobilium, & erat suspecta persona
peto quod res eius sequestrentur, quæritur
quid iuris sit, dicūt quidam quod committen
dus est iuratoriæ cautioni. ut instit. de satisd.
§. sed hodie. & C. de assert. tolen. l. 1. sed dic ut
dixit Ioan. quod si condemnatus est, detrude
tur in carceres, ut C. de ijs qui bon. ced. pos. l.
1. §. si non est condemnatus, res eius seque-
strabuntur. argum. ff. qui satisd. cog. l. fideius-
sor. §. fin. & est casus. C. de debitor. ciuit. l. 2.
in fin. lib. 11. Quæ faciāt personam suspectam,
dic ut not. Accur. ff. qui satisd. cogan. l. fideius-
4 sor. §. fi. Sed pone † quæstionem de facto, con-
ueniebam quendam hippothecaria petendo
fundum, cum non ueniret, missus sum in pos-
sessionem, ille uult recuperare tenutam, &
soluere expensas, quæritur an posit & uide-
tur quod non, quia res mibi obligata est, un-
de habeo retentionem, per l. pen. C. de usur.
& l. per retentionem, & uidetur casus. ff. fa-
mil. hærcisc. l. dum putarem. §. pen. Econtra ui
detur quod posit, ut. ff. ex quib. can. in pos.
eat. l. hoc autem. §. fin. & C. de præscrip. xxx.
ann. l. si quis emptionis. § penul. & C. de bon.
auth. iud pos auth. ei qui iurat. Sed potest di-
ci, quod si constat de debito & obligatione,
quod non potest, alioquin sic. quod notatur.

SVMMARIVM.

1 *Dotes qualiter constituantur a quibus & quæ actione petantur, & qualiter fit cōmunis actio de dote inter patrem & filiā.*
Adulterium filiæ an noceat patri circa dotem quam illi dedit. eo.
2 *Filiafamilias renunciās iuri hyppothecarū, & consentiens in contractu mariti, an noceat patri.*
3 *Pater an teneatur de dote recepta a filio emancipato eius iussu.*
4 *Mulier minor xij. si contraxit matrimonium, & dedit fundum in dotem, si postea repudiet maritum & petat fundum & fructus, an teneatur excomputare alimenta sibi facta.*
5 *Dos datæ a patre pro filia emancipata an sit profectitia uel aduentitia*
6 *Matrimonij seu restitutionis dotis causa pendente alimenta debentur mulieri de consuetudine, siue aliunde habeat, siue non.*
7 *Dos potest recipi ab alio cum marito.*
Dos quibus casibus peti posit constante matrimonio. eo.
8 *Filia an posit hæres institui in dote.*
Maritus an statim facto diuortio debeat reddere dotem. eo.
9 *Bona an sint obligata pro alimentis sicut pro dote.*
10 *Sententia diuortij lata propter fornicationem, an competat repetitio dotis conditione sine causa, si post matrimonium sit dictum nullum propter consanguinitatē.*
11 *Dotis causa spectat ad iudicem ecclesiasticum.*
12 *Mulier an & in ante, & in post acquisitis præferatur habenti expressam hippothecā.*
13 *Filia hæres patris an posit repetere fundum alias assignatum in solutum pro dote ipsius filiæ, & ab ipso alienatum.*
14 *Patris bona an sint obligata pro dote recepta a filio de consensu & uoluntate sua.*
15 *Actio semel competens postea non desinit.*
Marito aliquando male consumente res, & postea conuerso ad frugalem uitam, an uxor posit agere ad dotem. eo.
16 *Vxor non potest petere dotem constante matrimonio, si maritus ad inopiam non est deductus.*

De dotibus, earumque priuilegijs. Cap. XXIX.

QValiter dotes constituantur, dic ut not. Azo in summa eo. tit. §. constituitur a quibus & qua actione petantur, dic ut in summa. C. de rei uxo. act. l. 1. §. cum autem. Qualiter fit communis actio de dote inter patrem & filiam, dic ut. ff.

1 ut.ff.sol.matrim.l.3.Sed † pone quæstionem
de facto: Pater dedit dotē pro filia, ipsa commisit adulterium, nunquid nocet patri, dicunt quidam quod sic, per auth. de nupt. in princ. Sententia Azon. est in contrarium, nec obstat illa auth. quia loquitur ibi quando alias deliquit, & dic ut nota. Accur. C. de iure dot. l. si dotem. & C. de repud. l. consensu. Sed pone
2 † quæstionem de facto, filiafamilias renunciauit iuri hyppothecarum, & consensit in contractu mariti, nunquid nocet patri, & uidetur quod non, ut. ff. sol. matrim. l. 2. primo respon. Econtra quod sic, cum non noceat patri in casu quo dos est reuersura ad patrem, ut. ff. de pact. dotal. l. cum dos. sed de consuetudine non reuertitur ad patres, sed ad filios, uel ad maritum, si non extant filij, sed dic quod nocet patri, interest enim eius, filiam dotatam habere. ut. ff. de euict. l. pater. uers. si. sed uideamus, quia maritus posset mori ante uxorem, & ipsa sine filijs, ut ff. ad leg. aquil. l. in lege.
3 Sed † pone quæstionem de facto, filius emancipatus recepit dotem iussu patris, nunquid tenetur pater, & uidetur quod non, ut C. de filiofamil. quemadm. pat. l. 1. lib. 10. nam si esset in potestate teneretur, ut ff. sol. matrim. l. si cum dotem. §. pen. Tu distingue, aut affirmauit eum in potestate sua esse, aut non, in primo casu tenetur. ut ff. de dolo. l. eleganter. §. fin. & l. seq. & ff. quod fal. tut. aut. l. in nonissime, alias non, quia in culpa fuit qui non interrogauit, ut ff. de exercit. l. fin. & ff. de regu. iur. l. qui cum alio, & ff. ad Maced. l. penult.
4 Pone † quod mulier minor duodecim annis contraxit matrimonium, & dedit fundum in dotem & postea repudiauit maritum, petit fundum, & fructus, opponitur ei quod habuit alimenta, nunquid potest, & dic quod repetet fructus de rigore iuris, sed de æquitate nō, ut not. Accur. ff. de iure dot. l. dotis. & ff. sol. mat. l. fructus. & in summa. Azon. de iu. doti.
5 Sed † pone quod pater pro filia emancipata dedit dotem, nunquid est profectitia uel aduentitia. & dic quod differunt sapientes. ut not. Accur. C. de rei ux. act. l. unica. §. extraneum. & ff. de iure dot. l. profectitia. §. ultim.
6 Sed † nunquid alimenta interim mulier petit, dic quod sic de consuetudine siue aliunde habeat alimenta siue non, & dic ut not. Accur. C. de rei uxo. act. l. unica. §. exactio. in glo. quæ
7 incipit, uel si malit, &c. Sed † nunquid alius cum marito possit recipere dotem, dic quod sic, ut C. de dot. cau. l. fin. & C. ne fideiuss. dot. dent. l. 2. & ibi. not. Quibus casibus dos possit peti constante matrimonio. Dic ut not. ff. so-
8 lut. matrimon. l. 2. Sed † nunquid potest filia hæres institui in dote, Dic ut not. Accur. C. de rei ux. act. l. uni. §. uideamus. nam dicit Mart. quod non, quia dos est proprium patrimonium filiæ, ut. ff. de minor. l. 3. §. sed utrum. Sed Ioā. dicit quod sic. & subaudit ibi, utrum quasi. Sed nunquid facto diuortio debet maritus statim reddere dotem, dic quod post tempus statutum a lege, ut. ff. quæ in frau. cred. l. cum om-
9 nis. §. si. Sed nunquid † bona sunt obligata pro alimentis sicut pro dote, & uidetur quod nō, quia lex dicit de dote ante. ut C. de rei ux. act. l. 1. & C. qui pot. in pignor. hab. l. fin. Sed potest dici quòd constante matrimonio sunt ei obligata, cum debeat ali secundum quantitatem dotis. ut. ff. solu. matrim. l. si cum dotem. §. si constante, nam onera facultatis sunt, ut ff. de usufruct. l. si pendente, sed eo soluto, non cum non teneatur ad alimenta, nisi secundum quod not. supra. sed quidam dicit, tantum bona obligata pro dote, & pro alimentis non cum maritus personali actione teneatur. Po-
10 ne † quod sententia diuortij lata est propter fornicationem, & sic maritus detinet dotem propter adulterium, ut C. de diuort. l. consensu. & ff. solu. matrim. l. Lucius. postea dicunt matrimonium propter consanguinitatem nullum, pronunciatum est postea repeti dotem condicione ex causa, alias sine causa. ut. ff. de condict. sin. cau. l. fin. nunquid potest, & uidetur quòd sic, ut. ff. de condi. sine cau. l. si filio. & ff. de ritu nupt. l. præfectus. & ff. de iure dot. l. 1. & 2. Econtra quod non, quia res iudicata pro ueritate accipitur. ut. ff famil. hær. l. cum putarem. & ff. de statu. hom. l. ingenuū. Sol. dic quod nōn, ut. ff. ad leg. iul. de adulter. l. si uxor. in prin. & dic ut not. extra de donat. inter uirum & uxo. & de dote restitu. post di-
11 uor. capitu. plerunque. Sed † nunquid causa dotis spectat ad iudicem ecclesiasticum dic quod sic cum accedat causa matrimonij, ut extra de dona. inter uirū, & ux. & de dot. post diuor. restitu. c. de prudentia. & extra de foro
12 compet. c. ex tenore. Sed † an mulier præferatur habēti expressam hyppothecam. dic ut not. C. qui potior. in pignor. hab. l. assiduis. Sed an præferatur in postea acquisitis, habenti expressam hyppothecam, & dic forte non, cum æquiparentur qui habēt generalem eis qui habent specialem & expressam, ut C. qui pot. in pignor. habean. l. si generaliter. & dic
13 ut nota. Accurs. in d. l. assiduis. Sed † pone quæstionē de facto. Pater agit actione de dote, & fundus fuit ei datus in solutum pro dote, & postea eum alienauit, & decessit, filia uero hæres patris petit fundum, quæritur an possit, & dic quod sic. ut. C. de rei uxor. act. auth. sed quamuis. & ff. de collat. dot. l. fin. & ff. ad leg. falcid. l. pater. & ff. quib. mod. pign.
14 uel hyp. solu. l. Lucius. Sed pone † quæstionē de facto, filiusfamilias recepit dotem uoluntate & uerbo patris, nunquid bona patris sunt obligata pro dote, & uidetur quod non, ut. ff. quod ius. l. pen. sed dic quod sic, cum teneatur pater actione de dote, ut. ff. solut. matrim. l. si cum dotem. §. nunc transgrediamur. & ad hoc. C. de rei uxor. act. l. un. §. plenius. Pone
15 † quæstionem de facto, maritus inchoauit male uti substantia sua, & quædam male consumpsit, sed postea conuersus est ad honores, & bene gerit facta sua, uxor modo agit actione ex

ſtipulatu, & petit dotē, quæritur an posſit & uidetur quod ſic, quia actio ſemel competens poſtea non deſinit, ut.ff.ſi quis caut.l.qui antem.§. 1.& ff.de euict.l.emtct. §.2.& ff.de act. & oblig.l.quicunque. Econtra uidetur quod non. quia ceſſat cauſa & ceſſante cauſa ceſſat effectus. ut ff.de pact.l.quod dictum. & C.de epiſc.& cler. l.generaliter. & C.de ingenu.
16 manum.l.1.& 2.Sol.dic † quod non, ſi ad inopiam non eſt deductus, uel euidentisſime non apparet facultates non ſufficere ſecundum.l. ubi.C.de iur.dot.& ff.ſol.matrim.l.ſi conſtante.& ff.de curat. fur.l.1. C.de ſenten. paſ.l.ſi cum.aut.ut cum de appel.cognoſ.§.ſi quis de parentibus. & auth.de æqual.dot. §.illud.& not.Accur.quod Vgo dixit quod non.ut C.de iure dot.l.ubi.in fin. Secus Azo & alij etiam quod eſt uerius. & hoc dicunt per leges ſuperius allegatas, quod notatur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Munera perſonalia iudicantur occaſione originis, uel incolatus, uel priuilegij.*
Origo, facultates, uita, & fama ſunt in collatione muneris perſonalis inſpicienda. eodem.
2 *Munera patrimonialia imponuntur pro modo de poſſeſsionum.*
3 *Electus ad duo officia in eadem ciuitate retinebit prius collatum.*
4 *Electus a diuerſis, ſi non apparet quis primo elegit, cui ſtandum ſit.*
5 *Eligens indignum functus eſt officio ſuo.*
6 *Ruſticus cui datum eſt damnum, ſi agit ad emendam, tenetur conferre cum alijs de illa uilla.*
Electo ex ſola electione acquiritur ius, ſi electio & publicatio facta eſt.
8 *Electus in poteſtatem, ſi electio opponatur an pedente lite adminiſtrabit poteſtatam.*
9 *Vniuerſitate debitrice, an quilibet de uniuerſitate teneatur ad ſolutionem debiti.*
10 *Rheginus habens poſſ ſsionem in epiſcopatu parmenſi tenetur ſubire munera patrimonialia, non autem perſonalia.*
11 *Pactum factum a communitate cuidam ruſtico de collatione non petenda, an ualeat.*
12 *Ruſticus accedens ad hoſpitandum in quadem uilla quæ iam erat debitrix, non tenetur.*
13 *Ruſticus recedens ab uniuerſitate, poſtquã illa uniuerſitas contraxit debitũ, tenetur.*
14 *Filius natus Bononiæ ex patre Parmenſi an poterit Parmæ conueniri ratione originis patris pro contractu facto Bononiæ.*
15 *Clerici an teneantur ſoluere collectam de proprio patrimonio.*
16 *Collecta an poſsit imponi & exigi ab eccleſia pro rebus ipſi eccleſiæ relictis.*
17 *Collecta impoſita, ſi antequam exigatur fundus collectatus alienetur, quis teneatur ad collectã, emptor ſcilicet, an uenditor.*
18 *Ruſticus habitans alibi quam ubi habet poſſeſsionem debet ſuſtinere munera patrimonij in loco in quo habet poſſeſsionem.*
19 *Parmenſis habitans Bononiæ per decem annos, an poſsit Parmæ ratione originis, conueniri pro contractu inito Bononiæ.*

De muneribus, honoribus, collectis & huiuſmodi, & ijs quæ circa ea uerſantur, & fiunt. Cap. XXX.

QVæ ſunt munera perſonalia, & quæ patrimonialia, & quæ mixta, ut.ff. eo.de mun. & hon.l.1.& ſi.per tot.
1 Qualiter † iudicantur munera perſonalia, dic occaſione originis uel incolatus, uel ratione priuilegij. ut C.de incol.l.priuilegio. lib.10. Quæ ſunt in collatione muneris perſonalis inſpicienda, dic origo, facultates, uita, & fama. ut. ff.eo.de mun.& hon.l.ad rem.& l. ut gradatim, & l.honor. §.de gerendis. & C. de epiſc.aud.auth.præſides gentium. Quali-
2 ter † autem imponantur munera patrimonialia, dic quod pro modo poſſeſsionum maſculis, fœminis minoribus, & maioribus, ut.ff.eo. l.fin.§. patrimoniorũ. & C.eo. tit. per tot.lib. 10.& C.quem.ad ciuil.mun. l.in fraudem. nã grauati leuamen accipiunt. quod pro criminoſa coniuncta eſt impoſitum.ut C.de cenſi.
3 qui ſe grauatos.lib.11. Pone quod † quis eſt electus in duobus officijs in eadem ciuitate, quod retinebit ipſe, dic illud quod primo collatum eſt ſibi, & ita ſeruatur. ut.ff.de uſufr. l.quoties.& ſi non apparet, eliget ille qui con
4 tulit, ut ff.de excuſat.tut.l.ſi duas. Sed † quid ſi a diuerſis eſt electus. & non apparet quis primo elegit, dic quod ſi maior elegit, ut.ff. de re indic.l.ſi duo.uel dic, neutrum ualet, ut ff.de re iudic. l.duo. & ff.de hæt.inſtit. l.qui ſoluendo, uel dic quod eliget qui electus eſt.
5 ut ff.de lega.1.l.qui duobus. Pone † quod collata eſt poteſtas alicui eligendi aliquem, & elegit indignum, nunquid eſt functus officio eligendi, & uidetur quod ſic, ut.ff.de leg.1.l. ſerui optio. Econtra quod non. ut. ff.de opt. lega.l.2. Sed dic quod ſic, quia ſemel officio ſuo functus eſt, ut extra de offi.& poteſt.iud. deleg.

deleg.c.literas, & not. Goff. extra de elec.c.
6 causam. Pone † quæstionem de facto, damnũ datum est cuidam rustico furtiue in quadam uilla, agit ad emendationem damni, nunquid ipse debet conferre si ipse est de illa uilla, dic quod sic.ut.ff.de lega.1.l.1. & l.ab omnibus.
7 §.si a Titio. Sed † nunquid ex sola electione acquiritur ius electo. arg.quod non. ut.ff.de officio proconsul.l.obseruare. §.si.sed dic quod sic.si electio & publicatio facta est. & dic ut not.extra de elect.c.publicato scrutinio. Sed
8 † pone quæstionem de facto, quidam miles est electus in potestatem cuiusdam castri, & quidam opponebant se dicentes de iure non esse electum, nunquid pendente lite geret & administrabit potestariam, dic quod non, & hoc si non incoauit gerere, & ad hoc. ff. de re milit.l.qui statum. Sed si incoauit regere potest. ut.ff.nil nouan.appel.pend. l.1. §. pen.& ff.eo.l.Reus.§.r.& ff.de appel.l.Imperator. §.1. Sed in electione prælati dic ut distinguitur extra de appel.c.constitutus. Po-
9 ne quod † uniuersitas tenetur in quibusdam debitis, nunquid quilibet de uniuersitate teneitur ad solutionem debiti, dic quod si aliquid est commune, quod illud possidebitur, alioquin teneatur ad collationem, ut not. Accur.ff.quod cuiusque uniuers.nom.l.1. §.quibus.in glo.quæ incipit.Proconsul. idest Præ-
10 tor. Pone † quod quidam Rheginus habet possessionẽ in episcopatu Parmensi, nunquid tenetur ad collectam, & dic quod non tenetur subire personalia munera, sed patrimonialia sic, ut. ff.ad municip.l.fin. §.1.& ff.eo. l.Rescripto.§.fin.& l.ult.§ pen.& ff.de censi. l.forma.& C.quemadm.ciu.mun l.fin.& C.de mul.& in quo loco.l.1.lib.10. Et quæ dicuntur munera quæ possessoribus inducuntur, habes in d.l.rescripta. §.fin.& l.honor. §.uiarũ.
11 Sed † pone quod uniuersitas fecit pactum cuidam rustico de collatione non petenda, nunquid ualet, & not.Accur. quod non.C.de decur. l.euacuatis. lib.10. uel dic, aut erat oriundus de uilla, aut non. Si erat oriundus, nõ ualet, nisi ex uera & approbata causa, ut C. ist quia prin.uend.uacat.accep.lib.10.l.1.Si non erat oriundus, fides ei est seruanda. ut
12 ff.de iure immun.l.2. Sed † pone quod quidam rusticus iuit ad habitandum in quadam uilla, quæ iam erat debitis obligata, nunquid tenebitur, dic quod non. ut C.de decurion.l.
13 prouidendum. Pone † quod quædam uniuersitas erat debitis obligata, quidam rusticus ibi uenerat ad habitandum, & erat ibi tempore debiti contracti, recessit, nunquid tenetur, & dic quod suam causam ei denunciat, quod non potest recedere quin teneatur, ut ff.ad municip.l.incola.& ff.de iudici.l.si quis postea. si uero erat ei denunciatum, uidetur quod sit obligatus, quia ex collatione uniuersitas habuerat aliquas res, quod suam partem recipiet, ut.ff.de colleg. illic.l. prima. & ad hoc.ff.de iure immun. l.semper.

§.conductioni. & not. Accurs.super. l.incola-
14 Pone † quæstionem de facto, quidam Parmensis iuit ad habitandum in ciuitate Bononiæ, & habuit ibi filium qui ortus est ibi Bononiæ, contraxit Bononiæ cum quodam, reperitur in ciuitate Parmensi, nunquid ratione originis paternæ possit ibi conueniri, & uidetur quod sic, ut. ff.ad municip.l. assumptio.§. 1.& l.libertus.§. patris. sed dic quod et uerius quod sortitur forum ratione originis paternæ, quo ad honores, & tutelam. ut C. ubi pet.tut.l.1.& not.Azo in sum.de iurisd. omn. iud.cir.fin.& no. Accur. ff.ad municip.l.assum
15 ptio §.1. Sed † pone quæstionem de facto, nunquid clerici de proprio patrimonio tenentur soluere collectam, & uidetur quod non. ut C.de episc.& cler.l.1 & 2.& extra de iure immuni.c.4.quidam tamen dicunt contra, ut teneantur, cum succedunt alicui priuato, ut ff. de iudi.l. hæres absens. & ff.quib. ex caus. in poss.eat.l.apud.& C.de iis quib. ut indig.l.Pol la.cum suis concord Sed dic quod si collecta erat imposita tempore defuncti, tunc tenetur hæres & clericus, sed postea non tenetur, & utetur priuilegio suo. ut ff. de iure fisci. l. fiscus. & ff. de usur.l. cum quidam.§. fiscus.
16 Quarto † si quis reliquit uel donauit, uel aliter alienauit ecclesiæ uel personæ ecclesiasticæ aliquam rem, commune uult collectas imponere illi rei, & eas exigere ab ecclesia uel persona ecclesiastica, nunquid possit, & uidetur quod sic, per regulam, quod quando quis in iure alterius succedit, illius iure utatur, ut extra de regu.iur.ca.is qui in ius. Sed contra, quia istud ius alteratur cum efficitur ecclesiasticum, ut extra de rescr.c.cum dilectus. Et sic habes casum. quod res transit de una persona in aliam sine sua causa uel honore, seu onere, sed si res haberet certum onus, ut sunt tributa & pensiones, quæ dicuntur onera patrimonialia ecclesiastica, & persona ecclesiastica tenetur, ut not.23.q6.1.uni tributum . Quarto
17 † si imposita est collecta, & antequam soluatur collecta, habens prædium alienat, quis debet compelli ad solutionem dictæ collectæ, an uenditor uel emptor, Dic quod si uenditio fit, a priuato, non tenetur uenditor, sed emptor, & est ratio, quia tributa semper a possidentibus exiguntur, & nedum pro tempore quo possedit, & possidet, sed pro præterito, ut. C. de censib.l.ult.& ita dicitur, res & non persona conueniri, ut.ff.de publican.l.imperator. Secus si ab imperatore uenditur, quia pro præterito non conuenitur emptor, & prædicta not. Azo in sum. fine censu uel reliquis. Po-
18 ne † quæstionem de facto, quidam rusticus de castro gualterio iuit ad habitandum Rhegium, & ibi habitauit per x. annos, & habuit possessionem in episcopatu in dicta uilla, nunquid tenetur soluere collectam, & dic quod munera patrimonij debet sustinere in loco in quo habet possessionem, ut. C. de muli. & in
19 quo loco.lib. x. Sed pone † quæstionem de facto,

cto, Quidam Parmensis iuit ad habitādum Bononiæ, & ibi habitauit per x. annos, & ibi contraxit cum quodam, reperitur Parmæ, nunquid per originem suam sortitur forum in ciuitate Parmæ, uidetur quod sic, ut. C. de municip. & orig. l. originem. & ff. ad municip. l. assumptio. Sed Azo in sum. de iurisd. om. iud. not. quod non. §. pen. nisi quo ad honores, & munera, ut. C. qui pet. tut. l. 1. Sed Accur. dicit contra in d. l. assumptio. ut ibi not. &c.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio criminum quot modis fiat.*
2 *Inquisitio quibus casibus locum habeat. nume. 3.*
Inquisitio habet locum in illis casibus in quibus quis sine accusatore punitur. eo.
4 *Accusator quis sit, & quis possit accusare.*
5 *Accusator an debeat dare libellum.*
6 *Accusator inepte concipiens libellum ex integro accusabit ultra tempus statutum.*
7 *Accusatus de homicidio si dedit fideiussorem, & postea exbannitus est, an fideiussor teneatur.*
8 *Aduocatus accusatoris cautius procedere debet in criminalibus quam in ciuili.*
Aduocatus accusatoris debet commendare personam illius in quo commissum est crimen. eo.
Aduocatus accusatoris debet notare utilitatem delinquentis, & magnitudinem delicti. eo.
9 *Iniuria æstimatur atrox ex magnitudine uulnerum.*
10 *Potestas debet esse speculum successoribus.*
Potestas non puniens delinquentem intelligitur esse particeps. eo.
11 *Accusare an quis possit ciuiliter & criminaliter.*
12 *Actio ciuilis & criminalis non potest intentari in eodem libello, sed una differtur donec agitur altera.*
13 *Exceptiones peremptoriæ an in criminali debeant opponi ante litem contestatam, uel post.*
14 *Absolutus ab aliquo crimine an possit de eodem repetiri, & ab eodem uel ab alio accusari.*
15 *Præuaricator qui dicatur.*
16 *Alienatio bonorum à delinquente facta post commissum maleficium, ualet nisi bona sint annotata, & nisi in crimine læsæ maiestatis. ubi contrarium.*
17 *Condemnari nemo potest ex crimine opposito in modum exceptionis.*
18 *Condemnari an quis possit de falso instrumento opposito in modum exceptionis.*
19 *Accusatio falsi an possit iterari criminaliter ab eo qui dixit instrumentum falsum in modum exceptionis.*
20 *Probationes inducta in exceptione an ualebunt in accusatione.*
21 *Crimen an possit probari per instrumentū.*
Transigens uel paciscens de crimine habetur pro confesso eo.
22 *Pater remittens iniuriam factam filio, inuito filio, an noceat ipsi filio.*
Filius in publicis criminibus inuito patre intercedere potest. eo.
23 *Accusatus ab uno an possit pendente accusatione ab alio accusari de eodem. nu. 25.*
24 *Vniuersitas an constituat syndicum in causa criminali.*
Vniuersitas non potest accusari, sed inquiri. eod.
26 *Bannitus per contumaciam de homicidio, si capiatur, an debeat mori absque alio.*
27 *Denuntians maleficium super quo processum est per inquisitionem, an possit accusare quosdam.*
28 *Denuntians non uidetur renuntiare accusationi.*
29 *Inquisitio non potest sæpius fieri de commisso eiusdem hominis.*
30 *Bannitus ex simplici contumacia, si postea uenit, an ex tali banno, & præsumptione duellum possit contra ipsum adiudicari.*
31 *Quæstio de incerto mandante maleficium an possit diffiniri per duellum.*
32 *Dominus an possit agere actione iniuriarum pro iniuria facta suo uasallo.*
33 *Damnum datum in confinio duarum uillarum, si non appareat, a qua uilla datum sit, an debeat refici pro uirili, uel per fumantes.*
34 *Statutum contra facientes insultum ad domum an comprehendat facientes insultum in porticu.*
35 *Domicillium continetur appellatione domus.*
36 *Statutum puniens dantem alapam, an duplicet pœnam contra duplicantem alapam.*
37 *Accusatus de furto an debeat relaxari oblatis fideiussoribus.*

38 Scelus

38 *Scelus graue dicitur, quando irrogatur ultimum supplicium, uel mẽbri abscisio, uel ut.*

39 *Confessus crimen non relaxatur fideiussoribus, sed carceratur.*

40 *Pax facta a pupillo de morte patris, an ualeat.*

41 *Minorum interest litibus & sumptibus non uexari.*

Ciuitates seruantes pacem commendantur. eod.

42 *Homicidium commissum iactu lapidis ab uno ex quatuor existentibus in una domo, an teneat omnes.*

43 *Sanctius est in re dubia nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.*

44 *Potestas, quando non constat de delinquente, potest propter bonum regimen imponere pœnam pecuniariam.*

45 *Accusatus de uulnere, si habuit pacem de uulnere, & uulneratus moriatur, an poterit ab herede uulnerati accusari de homicidio.*

46 *Vulneratus mortifere dicitur mortuus ex uulnere.*

47 *Cautella ut fiat pax pro uulnere quæ prosit etiam pro morte.*

De criminibus, eorum cognitione, & de diuersis earum speciebus tam ciuiliter quam criminaliter. Cap. XXXI.

QVot modis cognoscatur de crimi-
1 ne, dic secundum canones, † quod
quatuor modis, scilicet per accusa
tionem, inquisitionem, denuntia-
tionem, & exceptionem, ut no. extra de accu-
sat. c. super ijs. & ea. omnipotens. & c. qualiter
& quando. & extra de ord. cognit. c. cum dile-
ctus. secundum legem, per accusationem tan-
tum, & per exceptionem proceditur, aliter
quando crimen est notorium, sed dic quod
regulariter per accusationem, ut. ff. de accusa.
l. si cui. per exceptionem. ut C. de transact. l.
si ex falsis. & C. de adulter. l. quoniam. & ff. de
2 adulter. l. 2. §. si publico. per † inquisitionem
non proceditur in causa secundum legem,
nisi in casu ut quando dicitur dominus à fa-
milia occisus, ut ff. ad sylleni. l. 1. §. occisor.
Item quando accusator pecunia corruptus ab
solutionem uel abolitionẽ impetrauit, ut C.
de abolit. l. 2. Item fures & plagiarios inquire
re debet, & purgare prouinciam malis homi-
nibus. ut ff. de offi. præsi. l. 3. & l. congruit. Item
3 in casu. l. si quis in hoc genere. Item † in casi-
bus illis, in quibus quis sine accusatore puni-
tur, quod notandum est regulariter. ut ff. de
muner. & honor. l. Rescripto. §. si quis accusa-
torem. & l. si quis. nisi in casibus ut in crimi-
ne sacrilegij, aliàs Lænocinij. ut ff. de adulte.
l. 2. §. si publico. Item in suspecto tutore, ut ff.
de suspect. tut. l. 3. §. quæri. & qualiter intelli-
gatur, dic ut ibi. Item in instrumento suspe-
cto producto coram iudice, cum falso teste, ut
C. de probar. l. iubemus. & C. de testi. l. nullũ.
Item de calumnia cognoscit calumniantem
temporeque sententiæ punit. ut C. de calum.
l. 1. & ff. ad turpil. l. 1. §. 1. Item & in notorio
crimine. ut. C. de accusat. l. ea quæ. Et quando
confessus de se alium nominat, ut ff. de quæs.
l. 1. §. in causa. Item in crimine hæreseos, &
Apostatatus. ut C. de apost. l. apostatarum. &
C. de Iudæis. l. ne quis. & in crimine læsæ ma-
iestatis, ut. ff. ad leg. iul. maiest. l. 2. & 3. & C. de
4 naufr. l. pen. lib. 11. Quid † sit accusator, dic ut
notat Azo in sum. de accusat. in prin. Qui ac-
cusare possunt, dic quod quilibet nisi prohi-
beatur, ut. ff. eo tit. l. qui accusare. nam istud
est prohibitorium, ut ædictum de procurato-
ribus, & de testibus, ut. ff. de procurat. l. inui-
tus. §. 1. & ff. de testi. l. 1. qui accusare & qui
non possunt, dic ut. ff. eo. l. hos accusare. Sed
5 † an libellus sit dandus, & dic quod sic regula-
riter, ut. ff. de accusat. l. libellorum. & l. si cui.
& ff. de priuat. delict. l. fin. & ff. de furt. l. fin. ni
si in leuibus criminibus, ut. ff. de accusat. l. le
uia. Quidam aliter intelligunt, & in crimine
abigeatus. ut C. de abige. l. 1. & in casibus illis,
in quibus sine accusatore quis punitur, ut
supra notatur. Quot sunt necessaria in libel-
lo, & dic ut in d. l. libellorum. in prin. & Azo
6 in sum. eo. tit. Sed † quid si inepte libellus ac-
cusatoris est conceptus, dic quod ex integro
accusabit ultra tempus statutum. ut. ff. ad leg.
iul. de adult. l. accusatus. & in d. l. libellorum.
7 † Sed pone quæstionem de facto, quidam fuit
accusatus de homicidio, dedit fideiussorem,
postea exbannitus est, quæritur an fideiussor
teneatur, dic, aut est bannitus pro illo male-
ficio de quo est accusatus, aut de alio, si de
illo, tenetur fideiussor, ut. ff. de custo. & exhib.
reor. l. si quis reum. & ff. qui satisd. cogan. l. si
uero. Si uero de alio, si iam erat in mora, te-
netur fideiussor, ut. ff. qui satisd. cogan. l. si
decesserit, si non erat in mora, non tene-
tur fideiussor, ut. ff. si quis caut. l. sed & si
8 quis. in prin. Sed † qualiter debet procedere
Aduocatus accusatoris, dic quod cautius quã
in causa ciuili procedere debet, quia ubi ma-
ius uertitur periculum ibi cautius consulen-
dum. ut. ff. de carb. ædic. l. 1. §. 1. & ibi diligen
tius causa examinari, ut. C. de appel. l. aditos.
& ad hoc C. de probat. l. fin. & C. ad leg. corn.
de fals. l. ubi. Et ita debet Aduocatus accusato-
ris commendare personam illius in quo com
missum est crimen, & ad hoc. ff. de re milit. l.
omnẽ. §. 1. & ff. de pœn. l. aut facta. §. 1. Secun-
do debet notare utilitatem delinquentis, ut
ff. de iniur. l. si plures. & l. si uniuersi. §. 1. & ff.
de

de incen.ruina naufr. l Pædius. §.1. & ff.de
pœn.l.quædam. Tertio dicat magnitudinē de-
9 licti,quia † atrox iniuria ex magnitudine uul
nerū existimatur, ut instit.de iniur. §.atrox.
& ff.de iniur.l.prætor.§.fin.& qualiter res est
mali exempli , & ad hoc.ff.ad leg.cor.de sic-
car.l.3.§.1.& ff.de pœn.l.sicut. §.quæ arbor.
& C.de præci.imper.offer.l.1. Ad finē debet
dicere,qualiter ratio magis suadet , ut pœnæ
præstentur, ut.ff.de fideiuss.l.si a Reo. §.pen.
& ff.depos.l.bona fides, & C.ad leg.iul.repet.
10 l.1.Et qualiter † potestas debet esse speculū
successoribus. ut C.de priu.carcer.l.1.& C.ad
leg.iul. de ui.l.fin. & ff.de pœn.l.si pœna. Et
quod facilitas ueniæ incentiuum tribuit de-
linquendi. ut extra de uita & honest.cler.c.
ut clericorum. Et quia potestates intelligun-
tur esse participes, cum non puniunt delin-
quentem, ut C.de commer. & merc. l.2.& in
11 auth.de collat.& alijs cap.collat.9. Sed † nun
quid ciuiliter & criminaliter potest quis ac-
cusare, dic quod si agat de re familiari , quod
sic,aliter non. ut C.quan.ciuil.act crimin.l.1.
12 Sed nunquid † in eodem libello potest quis
agere ciuiliter & criminaliter, dic quod non,
sed interim differtur una donec agitur altera.
ut. ff.de publ.iud.l.interdū. & ff ui bon.rapt.
l.2.primo respon. Sed consuetudo Parmæ est
in contrarium , sed quid si fuerit absolutus,
dic quod nihilominus agit , & dic ut not.Ac-
cur. C.quan.ciu.act.crimin. præiud. l.1. Sed
13 † nunquid exceptiones peremptoriæ debent
opponi in causa criminali ante litem conte-
statam uel post. & dicunt quidam quod ante.
per l.si maritus. §.præscriptio. & l.2. §.si pu-
blico.ff de adulter. Sed dic quod etiam post li
tem contestatam possunt opponi, & dic ut
not.in d.§.præscriptio. & no.Azo.in sum.eo.
14 §.1. Quæro † utrum absolutus de crimine ali
quo de eodem possit repeti , & ab eodem uel
alio accusari,& dic quod nō.ut.ff.naut.caup.
stabul.l licet. §.fin. sed quando insufficienter
fuit absolutus , tunc potest iterum contra eū
procedi.Sed quando fuerit præuaricatum,dic
ut. ff. de præuaricat. l. præuaricationis. Et
15 † præuaricator dicitur qui aduersam partē adiu
uat prodita causa sua , & est cū parte una cor
pore, & cum alia parte animo , & præuarica-
tor est qui uera crimina abscondit , ut.ff.de
præuar. l.1.& debet puniri præuaricator pœ-
na extraordinaria , ut.ff.de præuaricat. l.2 &
præuaricari uidetur qui secreta alteri parti re
uelat, ut.ff.de re milit. l.omnem. §.explora-
tores. & ff.de ijs qui not.infam. l.athletas. §.
præuaricator. Item etiam quando est absolu-
tus , & iniuriatus ignorauit. Pone quod quis
accusatur, citatus est, non comparet, dic quod
bona eius annotantur , ut.ff.de requir. Reis.l.
16 1.& C.de requir.Reis. per tot. Pone † quod
maleficium commissum est delinquens alie-
nauit bona, nunquid tenet alienatio, dic quod
sic, nisi bona sint annotata , & nisi in crimine
læsæ maiestatis, ut.ff.de donat. l.post contra-
ctum.& ff.de solut. l.Reum.& ff.de requiren
Reis.l.fin. & C ad leg.iul.maiest.l.pen. & fin
& ff.eo.l.ex iudiciorum.& C.de bon.damnat
l.si quando. Sed uidetur quod nullo modo te
neat alienatio , & facit in contrarium , quia
alienauit omnia bona sua , ergo præsumitur
in fraudem alienasse, ut.ff.de ijs quæ in frau.
17 cred.l.omnes.§.Lucius.Sed † nūquid quando
crimen opponitur in modum exceptionis est
condemnandus, dic quod non.ut. ff.de ijs qui
not.inf.l.Lucius. & extra de ord.cognit.c.cū
dilectus,nisi in casu. ut. ff.ad leg.iul.de adult.
18 l.2.§.si publico.& dic ut ibi notatur.Sed † po
ne quod dixi instrumentum falsum, in modū
exceptionis,nunquid damnatur,dic quod nō.
ut not.Accur.in præd. §.si publico, nisi forte
si iudex ex suo officio condemnaret. ut C.de
19 probat.l.penult.Pone † quod dixi instrumen
tum falsum in modum exceptionis , iterum
accuso criminaliter de falso,nūquid possum?
Videtur quod non , ut.ff.ui bonor.rapt.l.2.&
ff.de publ.iudic.l.interdum.sed uidetur quod
sic , quia non condemnatum. ut.ff.de ijs qui
not.infam.l Lucius.& extra de except. c.2.ni
si secundum quod dictum est, & uidetur ue-
rius , & adde ad hoc quod not. extra de ord.
cognit.c.cum dilectus. in gl quæ incipit,pla-
20 cet hic. Sed † nunquid eædem probationes
ualebunt in accusatione quæ fuerunt indu-
ctæ in exceptione , dic ut in ea.glo.not. Sed
21 † an crimen possit probari per instrumen-
tum,dic ut not. extra de maior.& obe.c.cum
in ecclesijs.nam qui transigit, uel paciscitur
de crimine habetur pro confesso , ut.ff.de ijs
qui not.infam.l.quoniam. & ff.de bon.eor.
qui an.mor.l.1. & C.de probat. l.nam tacite
confessio uidetur, ut l.sciant cuncti C.de pro-
bat.& ideo cum fit pax, debet dici , de quadā
alia lxui iniuria , & omni eo quod per partes
hactenus perpetratum fuisset, quod tamē per
ambas partes negatur commissum fuisse, sed
ex malis informationibus odia,& rancores,&
22 iniurias exortas fuisse, & cætera. Pone † quod
pater inuito filio,remisit iniuriā factā filio, nū
quid noceat filio,& dic quantū ad actionē iniu-
riarū quæ est propria remissio patris nocet filio,
& quātū ad actionē iniuriarū quæ descēdit ex
lege cornelia idē est secūdum Azo.& H. Alij
cōtra,ut not.Accu.ff.de iniurijs.l.sed si unus,
§.si filio. Sed in publicis criminibus uidetur
quod non noceat ei,quia in illis inuito patre
filius intercedere potest. ut. ff.ad leg.iul. de
adulter.l.inter liberas.§.fin.& l.filium. Pone
23 quæstionem † de facto, quidam fecit insul-
tum in quendam militem , & scutiferum eius
interfecit , miles de insultu sibi facto , & de
morte scutiferi eundem accusat,accusatus ne
gat prædicta uera esse , lite pendente super ac
cusatione filius scutiferi eundem accusatum
de morte patris accusat , quæritur an possit
& uidetur quod non,ut C.de accusat l.qui de
crimine. Econtra quod possit , uidetur casus,
24 ff.de adulter.l.2.§.fin.Sed † nunquid uniuer-
sitas

ſitas conſtituet ſindicum in cauſa criminali
dic quod ſic, ut C.de re mil.l.tam collatores.
§ arſi uniueſitas.lib.12.Sed iure canonum ui
detur quod non, quia collegium ſiue uniuer
ſitas non poteſt accuſari, tamen inquiri po-
teſt de exceſsibus,ut not.extra de ſimon.c.di
25 lectus. il ſecondo. in fin.Pone † quæſtionem
de facto, quidam fuit accuſatus de homici-
dio a conſanguineo interfecti, & nomen eius
fuit receptum inter Reos, frater defuncti uo-
lebat accuſare eundem, nunquid poteſt,& ui-
detur quod non. ut C.de accuſat.l.qui de cri-
mine.Econtra quod ſic ſi ignorauit accuſa-
tionem ab alio inſtitutam, ut.ff.de accuſat.l.
ſi cui.§.1.& ff.de adulter.l.2. §.fi.& l ſeq.Sed
dic quod non, ſecundum Ioan. niſi tria pro-
bet, Accuſationem priorem, & ſe ignoraſſe
accuſationem dictam, & quod proprium do
lorem proſequitur,ut not.C.eo.l.qui de crimi
ne. Alij contra,ut not.Accur.ff.de accuſat.l.ſi
cui.§.1.& ff.de præuar.l.3.Sed hoc intelligas
cum ſententia lata eſt, ſed ſi pendet accuſatio
& uenirt filios, dico quod tunc auditur, ut
ff.de adulter.l.2. §.fin.& ad hoc. ff.de iure fi-
ſci l.ædictum.§.cum idem.& ff.de bon.libert.
26 l.ſi filius. §.fin. & qui ad bon.poſſ.l.fin. Pone
† quod quidam fuit accuſatus de morte Ti-
tij,& citatus ut ueniret ad ſe defendẽdum nõ
uenit,poſtmodum bannitus eſt, & poſtea cõ
demnatus per contumaciam, deinde fuit ca-
ptus a Poteſtate, modo quæritur nunquid
debeat mori,& uidetur quod ſic,quia uidetur
condemnatus lege cornelia de ſicar. quæ gla-
dio ultore punit.ut inſt.de publ.iud. §.itẽ lex
cornelia.& ff.ad leg.corn.de ſica.l.3.in fi.& cũ
fuerit abſens per cõtumaciã merito nunc pro
confeſſo eſt habendus, ut C.de omni agro de-
ſer.l.locorum. libr.11.& in auth. de exhib.&
intromit.Reis.§.ſancimus. & ff.de ſuſp.tut.l.
impubes. & ff.ubi pup.æduc.deb. l.fin.& ff.de
pœn.l.abſentem. & C.de epiſcop.& cler.l.Ra
ptores.ubi dicit conuicti. & iſtud eſt uerum ſi
aliter de crimine niſi per abſentiam non con
ſtet, & propterea debet facere poteſtas quod
re uera de crimine conſtet, & ad hoc facit.d.
l.Raptores.ubi dicit, uiri congruitas. &c. Po-
27 ne † quod quidã denuntiauit poteſtati, quod
domus erat ei combuſta, & quidam eius co-
lonus in domo interfectus, poteſtas per inqui
ſitionem proceſsit, uolebat modo quoſdã ac-
cuſare, nunquid poteſt,uidetur quod ſic,quia
accuſatio eſt ordinarium iudicium uel auxi-
lium & inquiſitio eſt extraordinatium,& ordi
narium auxilium eſt præferendum extraordi
natio auxilio, ut.ff.de min.l.in cauſæ.il ſecon
do.in fin.primo Reſpon. & ff.ad car.l.circa.&
28 ff.ad municip l.1.item † licet denuntiauit po
teſtati,non uidetur tamen accuſationi renun
tiaſſe, ut ff.de inof.teſtamen. l.mater. & ff.de
petit.hær.l.legitimam.& ad hoc.ff.de re mil.
l.3.nam & uariare poteſt. ut ff.de noxal.l.in
delictis. §.ſi detracta. Econtra quod non poſ-
ſit accuſare uidetur, quia primo uiam inqui
ſitionis elegit,poſtea uariare non poteſt.ut ff.
de tribut. l. quod in hæredem. §.eligere.& ff.
29 de lega.1.l.ſi pluribus. Item † de commiſſo
eiuſdem hominis ſæpius quæri non debet.ut
ff. naut. caup. ſtab. l.licet.§.fin. Item ſuper
hac inquiſitione ſententia ferenda eſt, quia
de qua re iudex cognouit, &c.ut.ff.de iudic.l.
de qua re.& ſi abſolueretur, poſtea accuſari
non poteſt niſi in caſibus, ut.ff.de accuſat.l.ſi
cui.§.1.& ff.de libero hom.exhib.l.1. & ff.de
præuaricat.l.præuaricationis. Solut. aut iſti
quos iſte accuſare uult fuerunt nominati po
teſtati ab iſto,& nominatim inquiſitio forma
ta eſt contra eos.aut non. in primo caſu cum
poteſtas fecit inquiſitionem iſtorum, poſtea
non accuſabit cum elegit ſibi uiam per quam
ſi abſolueretur, obſtaret exceptio in alia, ut
præd.l ſi cui.§.ijs.& ff.de tribut.l.quod in hæ
redem.§.eligere,& not.Goffr.extra de colluſ.
c.fin.Si autem non nominauit aliquem,ut fa-
ciunt multi, & poſt poteſtas inquiſitionem fe
cit,poſtea nihilominus accuſabit, & uidetur
quaſi caſus ff.de cuſt.& exhib.Reor. l.Diuus.
cir.med.& ad hoc.ff.de adulter.l.2. §.fin.nam
non uidetur renunciaſſe iuri quod ignorabat,
ut.ff.de inof.teſtamen.l.mater.& ff.de petit.
30 hær.l.legitimam.Pone † quod accuſatus fuit
Titius a Sempronio coram Poteſtate, fuit ci-
tatus Titius ut ueniret coram Poteſtate ad ſe
defendendum,& non uenit, & ſic poteſtas eũ
in banno ſimplo poſuit,& in eo currit, poſtea
uenit,modo quæritur ſi nihil aliud contra eũ
probatur an ex tali banno & præſumptione
contra eum duellum poſsit adiudicari, & ui-
detur quod ſic, quia uidetur facta accuſatio
per fugam.ut in auth.de exh. & introm.Reis.
§.ſi uero.collat.5.nam hoc ipſo uidetur ſuſpe
ctus quod abſentauit ſe, ut C.de omni agro
deſer.l.locorum lib.11.& ff.de ſuſpe.tut.l.im
puberibus.& ff.de iure fiſci.l.ſenatus. Sed ui-
detur cõtra. ff.de requir.Reis.l.2.& quia uox
præconis paucis innoteſcit. ut C. quom. &
quan.iud.l.conſentaneum.auth.qui ſemel.Po
31 ne quod † Titius fuit interfectus a Seio pu-
blice, accuſo modo Sempronium dicens eum
fuiſſe interfectorem, ſeu mandatorem necis
Titij,uolo probare per duellum,nunquid poſ
ſum, & uidetur quod ſic, quia etſi certus ſit
percuſſor, tamen quo mandato flagitium ad-
miſſum eſt inquiri debet,ut.ff.ad Silleni.l.et-
ſi contractus.& C.eo.l.non ideo. & ff.de ui &
ui ar.l.1. §.quoties. Sed dic quod non, quia
ad hoc quod iudicetur duellum, mortem opor
tet eſſe uel futuram conſequutam, ut in Lom
bar.de hom.lib.hom.l.ult. & is qui opem &
conſilium tulit cum furtum non ſit actum,
furti non tenetur.ut.ff.de fur. l.ſi is qui rem
32 pignori.§.ſi tu titulum. Pone † quod quidã
fecit iniuriam uaſallo meo, nunquid agam
actione iniuriarum, dic quod ſic, ſi fecit
iniuriam in contumeliam mei, alias non
agam, ut.ff.de iniur.l.item apud Labeonem.
33 Pone † quod continetur in ſtatuto quoddam

Rheginæ cinitatis, quod si fuit datum damnũ
in confinio duarum uillarum, & non appareat
in cuius confinio, in una uilla sunt foca siue fu
mantes centum, in alia uiginti tantum, modo
quæritur an teneantur uiriliter id est tantum
una quantum alia, an pro magnitudine focorũ
& uidetur, quod uiriliter, ut C. de epis. & cler.
auth. causa quæ fit cum monacho & C. de ap-
pel. l. quoniam iudices. Item facit. ff. de lega. c.
l. si seruus. §. fin. Econtra quod pro magnitudi
ne teneantur, quia uillæ nominatæ sunt, non
fumantes, ut ff. de lega. 1. l. si hæredes & ff. de
duob. Reis. l. antepen. & ff. de stipul. seruo. l. si
communis seruus. Sol. uidetur quod pro mo-
do uillarum fiat diuisio, ut ff. de censi. l. cum
possessioni ubi dicit ut omnes pro modo &c.
& C. de naufrag. l. fi. lib. 11. & ff. de incen. ruin.
34 naufr. l. Pedius. Pone † continetur in statuto
ciuitatis Mucinæ, quod si quis fecerit insultũ
ad domum alicuius quod puniatur in centum
libris. Titius erat in porticu domus suæ, & qui
dam fecit insultum in eum, modo quæritur
an uideatur fecisse insultum ad domum, & an
appellatione domus contineatur porticus, cõ-
iuncta domui, Et uidetur quod sic, ut ff. de leg.
3. l. cetera. §. hoc senatus consulto, & ff. de uer.
signif. l. ædificia & l. qui in continentibus & de
lega. 3. l. prædijs. §. fin. & ff. de pignor. l. credi-
tor. § fin. nam & porticum, si non noceat pu-
blico usui, non tenetur destruere. Sed tantum
præstare salarium ut C. de oper. publ. l. ædifi-
cia. & ff. ne quid in loco publico l. 2. & ff. de
oper. publ. l. si legatum. §. fin. Econtra uidetur
quod non teneatur, nam porticus fuit supra lo
cum publicum, meritò contra leges, quia solũ
debet esse liberum usque ad cœlum ut ff. de
seruit. l. fin. & ff. quod ui aut clam. l. pen. §. fin.
35 Item † appellatione domus continetur domi
cilium, ut ff. de iniur. l. lex cornelia. §. fin. & ff.
de adulter. l. qui domum & ff. de uent. inspic.
l. 1. §. 1. Sol. sine præiudicio melioris sententiæ
uidetur, quod appellatione domus & porticus
contineatur, attenta consuetudine generali, &
quia magis ratio suadet, ne maleficia rema-
neant impunita, ut ff. de fideius. l. si a Reo. §.
pen. & ff. ad leg. aquil. l. ita uulneratus. Pone
36 † in statuto ciuitatis Mucinæ cõtinetur, quod
si quis dederit alicui alapam, quod soluat de-
cem libras quidam dedit Titio tres alapas,
quæritur an teneatur soluere pro quaiibet de
cem libras, & uidetur quod sic, ut tot sint pœ-
næ, quot alapæ, ut dicitur de stipulationibus
& legatis ut ff. de uerb. oblig. l. scite oportet.
& l. quod dicitur & ff. de lega. 2. l. 4. & ad hoc
facit. C. de priuil. fisci. l. quicunque. Econtra
quod non teneatur uidetur casus. ff. ad leg.
aquil. l. illud. §. fin. & C. de mo. mul. l. eos, ubi
dicitur nisi ad id continuatum &c. Sol. Videtur
quod teneatur & puniatur pro qualibet, licet
forte simul de omnibus accusare debeat, ut ff.
de iniur. l. prætor. §. si plures & §. fin. & l. seq.
& l. si plures & ad hoc. ff. eo. l. eum qui. §. 1. &
adhoc. ff. de adulter. l. adulterium in prin. Po-
37 ne † quæstionem de facto. Pilicia de Mantua
fuit accusatus de furto coram potestate a Tho
masino marij, paratus erat dare fideiussorem,
nunquid hoc sufficit & sit audiendus & uide-
tur quod sic, quia accusatus de crimine capita
li est fideiussoribus committendus ut C. de ap-
pel. l. eos. § pen. & ff. de custo. & exhib. reor. l.
1. Econtra uidetur quod non audiatur, quia ac
cusatus est de graui delicto, & scelere ut ff. de
38 custo. & exhib. reor. l. diuus nam † dicitur gra
ue scelus de quo patitur ultimum supplicium
ut in crimine læsæ maiestatis, ut C. ad leg. iul
maiest. l. quisquis & si agatur de patria perdi-
ta, uel de sacramentis ruptis, ut C. de abolit. l.
falaciter. Vel si membrum amittat, quod non
est nisi in casibus secundum legem romanam
ut C. de seru. fugit. l. 2. in auth. ibi posita & li-
berum corpus non recipit æstimationem, ut
ff. de ijs qui deiec. uel effu. l. fin. Sed secundum
legem Longobardorum pro primo furto amit
tit oculum, ut in Lombar. de fur. & seru. fug. l.
39 de latronibus. Sed † distingue, aut confessus
est crimen, aut non in primo casu in carcere
ponitur, ut ff. de custo. & exhib. reor. l. si confes
sus. Si non confitetur, aut est accusatus de non
graui scelere, aut de graui, in primo casu com-
mittitur fideiussoribus in secundo, non ut di-
cam in d. l. diuus & dicitur graue delictum ut
dictum est, quando amittere debet uitam, aut
membrum, sed pro primo furto non semper
amittit oculum, sed pro qualitate facti, ut in
Lombarda de furt. & seru. fug. l. 2. & l. si quis
latro. &c. Sed nunquid eo ipso quod est accusa
tus de graui scelere est ponendus in carcere,
dic ut not. Accurs. C. de exhib. Reis. l. 2. Sed
40 † pone quæstionem de facto, quidam pupillus
fecit pacem de morte patris, quæritur an ua-
leat, Et uidetur quod nõ, quia pupillus de mor
te patris accusat, ut ff. eo. l. 2. in fi. & si remit-
tit, donat ut ff. de transact. l. 1. & ff. de donat.
int. uir. & uxo. l. si sponse nec pupillus donare
potest, ut ff. de tutel. & rat. distr. l. 1. §. 1. primo
resp. Econtra quod ualeat, ut ff. de iureiur. tu
tor & ff. de fur. l. interdum. §. si tutor. Sol. po-
test dici, quod si datum est aliquid, quod ua-
leat, ut C. de transact. l. præses. Sed etsi non est
41 datum aliquid, uidetur quod ualeat, quia † in-
terest minorum litibus & sumptibus non ue-
xari, ut ff. de minor. l. minoribus & facit opti-
me. ff. de iniur. l. sed unus. §. si filio nam & ciui
tates quæ pacem seruant commendantur, ut
ff. de incen. rui. nauf. l. 1. & ad hoc. ff. de uet.
42 iur. enucl. l. 1. cit. prin. Pone quod † quatuor
homines erant in una domo, unus eorum proij
ciebat lapidem, & quendam prætereuntem oc
cidit. non constat quis eorum proiecit, quæri-
tur quid iuris sit, & uidetur quod omnes te-
neantur ut ff. ad leg. aquil. l. item Mella. §. si
plures & l. ita uulneratus, nam propter incer-
tum uidetur quod utrerque teneatur, ut ff. de
transact. l. controuersia & ff. de iis qui deiec.
uel ef. l. 1. §. fin. & l. seq. Econtra uidetur quod
non teneatur, nec ob. l. item Mella. quia con-
stat

stat omnes percussisse nec l. 1. de ijs qui deiec. uel effud. quia ibi loquitur in notorijs maleficijs, sed quod nullus teneatur, uidetur. quia pœnæ suos authores tenent, nam cõstat quod tres non deliquerunt, meritò non tenetur alij
43 quis ut C. de pœn. l. sancimus & in † re dubia sanctius est nocentem absoluere quam innocẽtem condemnare, ut ff. de pœn. l. absentem & exemplo graue est &c. ut C. de ijs qui latro. l. fin. in fin. & probatur. ff. ad leg. aquil. l scientiam. §. cum sacramenta nam deficit probatio, sed non ius ut ff. de testam. tuc. l. duo sunt Titij. Sol. Dicunt quidam, & bene, aut intrauerũt animo offendendi illum, aut non. Si animo offendendi intrauerunt, tunc quilibet tenetur, quia unus uidetur hoc fecisse uoluntate & mãdato aliorum, unde omnes tenentur, nam tenetur mandans & qui fecit, ut C. de accusat. l. non ideo minus & ff. de ui & ui arm. l 1. §. quoties. Si autem animo non offendendi intrauerunt, tunc in dubio omnes absoluuntur, sed
44 † tamen potestas propter bonum regimen, & ne alij timeant, potest pœnam pecuniariam imponere ut ff. depos. l. bona fides & quia res est mali exempli ut ff. ad leg. cornel de siccar. l. 4. & ff. de pœn. l. si quis. §. qui abortionis. Pone
45 † quod Titius accusauit Seium de uulnere, postmodum fecit pacem de uulnere, & mortuus est ex illo uulnere hæredes eius accusant Seium de morte. Quæritur an posśint, & uidetur quod sic, quia si actum est de uulnerato nihilominus agitur de occiso ut ff. ad leg. aqui. l. si actio, seu qua actione & ad hoc ff. de act. & oblig. l. qui seruum & ff. ui bon. rapto. l. 1. Econtra. quod non, quia si pax est facta de uulnere, & de omni eo facta uidetur quod ex eo nasci posśit, ut ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. 1. & ff. quor. legat. l. fi. præterea aut erat mortifere uulneratus, aut non, in primo casu uide-
46 tur mortuus cum mortifere † uulneratus est, ut ff. ad leg. aquil. l. huius & l. ait & l. ita uulneratus & ad idem. ff. de dam. infec. l. damni. §. Sabinus & sic uidetur fecisse pacem de morte in secundo casu uidetur ex negligentia mortuus, quæ huic obesse non debet ut ff. ad leg. aquil. l. qui occidit. §. ult. Sol. uidetur quod nõ noceat pactum, quia pactum factum in una re, in alia &c. ut ff. de pact. l. si unus. §. in summa & quia est iniquum perimi pacto &c. ut ff. de trã sact. l. qui cum tu. §. fin. & per l. præalleg. & sic
47 actum sit & ideo ad cautelam † faciat pacem de uulnere, & de omni eo quod ex uulnere nasci potest quia iuri futuro potest per pactum renuntiari, ut not. C. de pact. l. 3. Et adde aliam quæstionem quæ est supra de fideiuss. Quæ incipit, sed pone quæstionem de facto. Quidam Mutinensis. &c.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum quot testes necessario requirat.*

2 *Testamentum solemne an tollatur per non solemne.*

3 *Testamentum an posśit probari per instrumentum publicum.*

Testamentum an posśit probari per duos uel per tres testes. eo.

4 *Testator an posśit obscuritatem testamenti declarare per duos uel per tres testes.*

5 *Filiusfamilias an posśit facere testamentum in rebus sic sibi relictis aduentitijs, ne ad patrem perueniat usufructus.*

Testamenti factio est publici iuris. eo.

6 *Testamentum an sit ruptum si unus ex testibus in eo descriptus moriatur uiuente testatore.*

7 *Testamentum in quo heres relictus est ad interrogationem alterius an ualeat.*

8 *Legatum relictum in primo testamento an debeatur si de eo non fiat mentio in secundo.*

9 *Testamentum secundum impeditur per primum in quo sit dictum, quod si faceret secundum testamentum quod non ualeret ni si dicat in secundo, se pœnituisse prioris uoluntatis.*

10 *Testator dicens in primo testamento, quod non liceat sibi pœnitere, poterit tamen pœnitere, si exprimatur qualitas primi dicti in secundo testamento.*

11 *Iurans non moturum suum testamentum, an poterit contra illud uenire.*

Testamenti factio est publici iuris. eo.

12 *Testamenti factio non potest auferri per pactum.*

13 *Testamenta duo eodem tempore facta cum diuersis heredibus institutis, si reperiantur, quid agendum.*

14 *Clausula, si non ualet iure testamenti ualeat iure codicillorum, quid importet. nu. 15.*

16 *Substitutio pupillaris & fideicommissaria expirat, decedente herede ante testatorem.*

17 *Dies non cedit in tutela nisi adita hereditate.*

18 *Legata an posśint peti si non sit adita hereditas.*

Codicilli tenent uicem testamenti. eo.

19 *Dominium rei legatæ transfertur ab adita hereditate.*

Heres adeundo hreditatem uidetur quasi con

 trahere.

trahere. eo.

20 *Legata & fideicommissa an corruant natiuitate posthumi, si in testamento sit clausula (si non ualet iure testamenti &c.)*

Posthumi natiuitate rumpitur testamentum, & ex rupto testamento nihil potest peti. eo.

Clausula (si non ualet &c.) quando procedat. eod.

21 *Hæres pure institutus, si adsit alter institutus sub conditione, an habeat medietatem tantum, uel totam hæreditatem.*

22 *Bannitus an possit facere testamentum.*

23 *Furiosum quem fuisse tempore testamenti cui incumbat probatio.*

24 *Legatorum multiplicatio an dicatur facta in eodem testamento in quo quis sæpius legat quantitatem.*

25 *Verbum, relinquo, importat hæredis institutionem.*

26 *Verbum, indico bona mea, an importet institutionem.*

27 *Filia instituta in re certa an possit dicere testamentum nullum si neptis est præterita.*

Testamentum est irritum ex causa præteritionis. eod.

28 *Ius acquisitum filio ex testamento quo ad institutionem ab eo auferri non potest.*

Debitor hæreditatem sibi delatam repudians non uidetur creditore in fraudasse.

30 *Pater non intentat querelam inofficiosi testamenti, si filius noluit eam intentare.*

31 *Testamentum factum à filio cum consensu patris, cum clausula (si non ualet iure testamenti &c.) si nullo modo sustineri possit, an saltem ualeat iure donationis causa mortis.*

32 *Donatio causa mortis connumeratur inter ultimas uoluntates.*

Filiusfamilias cum consensu patris potest donare causa mortis. eo.

33 *Donatio causa mortis non intelligitur nisi dicatur expressim.*

De testamentis, eorumque materia & facultate tam actiua, quam passiua. Cap. XXXII.

QVi non potest facere testamentum, dic ut no. Azo in sum. C. qui testa. fac. pos. & instit. quib. non est permi. fac. testamen. & notat Accurs.

1 ff. eo. l. si quæramus. Quot † testes sunt necessarij in testamentis, dic ut no. Azo in sum. eo. & not. Accurs. C. eod. l. hac consultissima. §. 1.
2 Sed an testamentum † solenne tollatur per non solenne, dic ut not. Accur. C. eo. l. hac consultissima. §. si quis. & institu. quib. mod. testamen. infir. §. 1. & not. Azo in sum. eod. Sed an
3 † testamentum possit probari per instrumentum publicum, dic ut not. Accurs. C. de fideic. l. fin. & ff. eod. l. hæredes. §. 1. Sed an quod in instrumento factum est, uel legatum datum, in aliud possit mutari, nisi in eo testamento, uel in alio solemni, dic ut not. Accurs. ff. eod. l. hæredes. §. 1. & in Lombarda de testamen. & ult. uolunt. Sed an testamentum possit probari per duos testes, uel tres, dic ut not. Accurs.
4 C. de bon. pos. secun. tab. l. a. Sed an † si obscuritas sit in testamento possit eam declarare coram duobus, uel tribus testibus. Dicit Azo quod sic. ut argum. ff. de assign. liber. l. 1. §. assignare. & notat Accurs. ff. eo. l. hæredes. §. fin.
5 Sed † an filiusfa. possit facere testamentum in rebus aduenticijs sibi sic relictis, ne ad patrem perueniant usufructus. Dicunt quidam quod sic, per litteram aue. ut lice. mat. & au. in priu. ubi dicit, quo uoluit modo ea disponere, & per l. fi. §. dumtaxat. C. de bon. quæ liber. Alij contra, quod est uerius, quia testamenti factio est publici iuris, ut ff. eod. l. 3. & l. qui potest. & ff. de donat. cau. mor. l. tam ijs. & ff. ad Trebel. l.
6 1. & in præd. §. dumtaxat. Pone † quod unus de testibus in testamento descriptis decessit, uiuo testatore, nunquid est ruptum testamentum, argum. quod sic. C. eo. l. si unus. Ad quod dic secundum sententiam illorum qui dicunt quod non potest probari testamentum per minorem numerum testium quam septem, quod est ruptum testamentum, secundum opinionem uero Mart. qui dixit, per duos uel tres testes si potest probari, si dubitetur de solemnitate, tenet testamentum, quæ opinio est de consuetudine approbata, & obtinet, ut not. hæc opinio. C. de fideicom. l. fin. & C. de bon. pos.
7 sec. tab. l. fin. Quid † si aliquis faciat testamentum, & interrogatus si aliquem faciat hæredem sibi, puta, Titium adiecit, sic, nunquid ualet, testamentum, dicunt quidam quod non, nam illa institutio non ualet quæ confertur in alterius arbitrium, & uoluntatem, ut ff. de hær. instit. l. illa institutio. Azo contra, ut. C. qui testamen. fac. pos. l. hac consultissima. § at cum humana. & dic ut not. Accur. C. eo. l. iubemus.
8 Pone † quæstionem de facto, quidam fecit testamentum, & legauit Titio decem, postea fecit secundum, & non fecit mentionem de legato, an legatum intelligatur reuocatū ex isto, cum dixit in primo. si non ualet iure testamenti ualeat saltem iure codicillorum, & uidetur quod sic. argum. ff. de annu. lega. l. si tibi. argu. contra. ff. de probat. l. cum tacitum. Sed illud habet locum in tacito legato, & dic ut not. Accur. ff. si cui plus quam per leg. Falc. l. 4. §. pen.
9 Pone † quod testator dixit in testamento, quod

quod si faceret secundum testamentum quod
non ualeret, nunquid tollitur secundum, dic
quod sic, nisi dicat in secundo testamento se
pœnituisse prioris uoluntatis, & dic ut no. Ac-
cur. ff. de legat. 3. l. si quis in principio, & ff. de
10 lega. primo. l. si mihi & tibi. §. fi. Pone † quod
in primo testamento dixit, quod non liceat si-
bi pœnitere, nunquid postea poterit pœnite-
re, dic quod sic si exprimatur qualitas primi
dicti in secundo testamento, ut not. Accurs. ff.
de lega. primo. l. si mihi & tibi. §. fin. nam am-
bulatoria est uoluntas hominis &c. ut ff. de
11 adim. lega. l. 3. Pone † quod quidam fecit te-
stamentum, & iurauit de cetero illud non mo
turum, nunquid postea poterit uenire contra,
dic quod sic, quia aut erat proprium testamen
tum, aut alienum, sed contra proprium potest,
quia nemo potest illam legem &c. ut ff. de le-
ga. 3. l. si quis in principio. & quia testamenti
factio est publici iuris, ut ff. de testamen. l. 3.
& ius publicum &c. ut ff. de pact. l. publicum,
12 nec † potest per pactum quis auferre testamē
ti factionem, ut C. de pact. l. pactum. & ff. pro
socio. l. cum duobus. §. idem respon. si inter
fratres, & primum testamentum tollitur per
secundum ut instit. quib. mod. testamen. infir.
§. 1. si contra alienum pactum non tenet, ut
C. de pact. l. fin. & ff. de acquir. hære. l. supersti-
tis. secus de iure Lombardo, ut in Lombarda,
de testam. & ulti. uolunt. l. si quis Lombardus.
Sed illud habet locum, quando fecit traditio-
13 nem de bonis suis. Sed † quid si duo testamen
ta proferantur, & eodem tempore, & eodem
die facta uideantur, & in uno continetur quod
instituit Titium, & in alio continetur quod in
stituit Seium, dic quod est quæstio sabbatina,
& eam not. Accur. C. de ædic. diui Adr. tol. l. fi.
14 Pone quod † dixit, si non ualet iure testa-
menti, saltim ualeat iure codicillorum, quæri-
tur quid possint ista uerba, ad quod dic quod
not. Accurs. C. de liber. præter. uel exhæred.
aut. ex causa. in fi. ubi dicit. non prosunt in fi.
ubi non ualet propter defectum solennitatis.
15 Pone † quæstionem de facto, quidam fecit
testamentum, & instituit sibi filium impube-
rem hæredem, & si decesserit sine liberis roga
uit eum ut Titio hæreditatem restitueret, &
reliquit legata, & in fine dixit. quod si non
ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorū,
decessit impubes uiuente testatore, quæritur
an fideicommissarius possit petere, a uenienti
bus ab intestato hæreditatem sibi restitui, &
an legata debeantur, & uidetur quod possit
agere contra uenientes ab intestato propter
clausulam quod si non ualet &c. ut ff. de uulg.
& pupil. l. cohæredi. §. filie. & ff. de iure codic.
l. 2. Item secunda ratione, quia uidetur ad le-
gatarios transisse cum onere, ut C. de caduc.
tol. l. unica. §. in causa. & ff. de legat. 2. l. si Ti-
tio. & ff. de ijs quæ in testamen. delen. l. cancel
lauerat. Econtra quod à legatarijs non possit
petere fideicommissarius uniuersalis, cum
16 expirauit † substitutio pupillaris, & fideicō-
missaria cum decedat hæres ante testatorem
ut ff. ad Trebel. l. ille a quo. & ff. de administ.
tut. l. tutores. §. 1. Item uidetur quod persona
liter fuit pupillus obligatus, unde onus non
transit ad legatarios ut ff. de legat. secundo. l.
celsus. §. fina. & ff. de lega. 3. l. 2. §. fin. nec ob-
stant prędicta quia habent locum in defectum
solemnitatis ut dictum est, & hæc est ueritas
17 Pone † quæstionem de facto, quidam habet
filium impuberem, & fecit testamentum, eum
sibi hæredem instituit, & tutorem ei dedit, &
decessit filius, iste tutor dubitat an se immi-
sceat hæreditati paternæ, an non quid sit fa-
ciendum. cum non cædit dies in tutella nisi
adita hæreditate, dic ut ff. de testamen. tut. l. si
18 nemo. Pone † quæstionem de facto, quod nul
lus adiuit hæreditatem, uidelicet neque ex te
stamento, neque ab intestato, nunquid legata,
& fideicommissa possunt peti, dic quod non,
quia si in testamento relicta sunt, & ex testa-
mento non adeatur hæreditas, non debentur
ut ff. de iis quæ in testam. delen. l. proxime. &
C. de fideicommis. l. eam quam. Si ab intesta-
to, non debentur relicta, a uenientibus ab in-
testato, cum non adeatur hæreditas, quia eo-
rum legatorum quæ relicta sunt in codicillis
primo cædit dies, &c. ut ff. quan. dies leg. cæd.
l. quod pure. in fin. & ad hoc. ff. ut in pos. lega.
l. 1. nam codicilli uicem tenent testamenti, ut
ff. de iure codicil. l. 1. §. 1. & l. ab intestato. Spe
ciale tamen est fauore fideicommissariæ liber
tatis, ut ff. de fideicommis. libert. l. 2. nam † a-
19 ctione in rem non petitur, quia dominium
translatum non est, cum dominium rei lega-
tæ ab adita hæreditate transferatur, ut ff. de
furt. l. a Titio. nec actione ex testamento,
quia illa oritur ex quasi contractu, cum hæ-
res adeundo hæreditatem quasi contrahere ui
deatur. ut ff. quib. ex cau. in pos. eat. l. apud. in
fin. & l. seq. & institu. de obligat. quæ ex quasi
contractu. §. hæres quoque. Nec hypotheca
competit, cum actio personalis actio nata nō
sit. ut ff. de pignor. l. si legati. Quidam tamen
dicunt contra, per l. 1. ff. ex quib. caus. in pos.
eat. Sed dic quod illud habet locum in addi-
20 tione hæreditatis. Pone † quæstionem de fa-
cto, quidam fecit testamentum, & adiecit
clausulam illam, si non ualet iure testamenti
&c. & legata & fideicommissa multa reliquit,
& decessit, natus est postea posthumus, uel ro
uiuente, nunquid legata & fideicommissa po-
terunt peti, & uidetur quod sic. per l. fin. C. de
ædic. Diui Adri. tol. & ff. de uulg. & pupi. l. co-
hæredi. §. cum filie. & ff. de testamē. mil. l. 3. &
maxime per auth. ex causa. C. de liber. præter.
uel exhære. Econtra uidetur quod non petant
legata, nam differentia est inter filium iam
natum tempore testamenti & testatoris, &
inter posthumum, quia illi iniustum faciunt,
& ij rumpunt, ut ff. de iniust. rup. & ir. testamen.
l. 3. §. ex ijs. & ff. de liber. & posthu. l. si filius.
Ex rupto testamento nihil potest peti, ut C.
de posthu. hær. institu. l. 1. nec obstat quod di-
ctum

ctum est, quod si non ualet &c. quia illud habet locum quando propter defectum alicuius solemnitatis non ualet, ut not. in praedi. auth. ex causa. ibi ab initio tenet, licet postea rumpatur, & hoc, siue dicat testator, si non ualet, siue dicat, si ualere non potuerit, quia dicta uerba semper intelliguntur, ut dictum est; nã testamentum ualuit antequam nasceretur, ut notant Azo & Accur. C. de posth. her. instit.
21 l. 1. Pone † quod quis instituit sibi duos haeredes, unum pure, & alium sub conditione, quaeritur utrum pure institutus habeat medietatem tantum, an totam haereditatem, & dic ut
22 not. si par. her. pet. l. 2. Pone quod † bannitus fecit testamentum, nunquid ualet, dic, aut est bannitus ex tali causa ex qua deportabatur olim, aut non, primo casu non ualet testamentum, quia tunc bannum succedit loco deportationis, & ad hoc. ff. de ijs qui not. inf. l. quid ergo. §. fin. in secundo casu ualet, uidelicet si est causa ex qua non deportabatur, ut ff. de crimi stel. l. 1. secundum quod colligitur ex solutione dictarum legum quae contrariae assignã
23 tur. Pone † quaestionem, quidam erat furiosus per dilucida interualla, fecit testamentũ, dico eum furiosum esse, alius dicit eum sanae mentis fuisse, quaeritur cui onus probationis incumbat, dicit dominus Vber. de Bobio, quod illi quidicit eum sanae mentis fuisse, ut C. de codicil. l. nec codicillos. Alij contra quod agenti incumbit onus probandi, nã si agens dicat eum furiosum, probabit, si dicat eum sanae mentis probabit. quia ei incumbit probatio &c. ut ff. de probar. l. ei qui. & C.
24 de probat. l. Actor. Pone † quaestionem de facto, Titius instituit filium in omnibus suis bonis sibi haeredem, & filiam in centum, & dixit quod si filius decederet sine liberis, quod quoddam hospitale haberet sua bona, & filia haberet quingentas libras, mortuus est filius post aditam haereditatem sine filijs, filia petit quingentas libras, hospitale uult computare illas centum, quaeritur an possit, & uidetur quod possit, quia cum quis saepius legat quantitatem in eodem testamento non uidetur multiplicare legata, nisi hoc probetur, ut ff. de lega. primo. l. planè primo resp. & institu. de lega. §. optionis. Nam legata relicta ab intestato &c. ut ff. de legat. 1. l. licet imperator. & C. ad Trebel. l. non iustam. & facit pro eo. ff. de lega. 1 l. quid ergo. §. 1. Econtra quod non ut ff. de adimen. lega. l. cum oportet. Sed uidetur uerius quod non possit, per l. licet. ff. de lega. 1. ubi dicit, quis &c. Et dic ut hanc quaestionem plene notaui in studio paduano. Po-
25 ne † quod quidam fecit testamentum & dixit, relinquo bona mea Titio, nunquid ualet institutio, & dic quod sic, per uerbum relinquo, uidetur institutionem fecisse, ut inst. de testam. mil. §. certum & C. de nupt. l. hac edictali quae tamen ar. ff. de testam. mil. l. diuus sed ibi non fecit eo animo ut ualeret, & notat
26 Azo in sum. de haer. instit. §. 1. Pone quod † dixit, iudico bona mea, nunquid ualent uerba ista uigore institutionis, dic quod sic, ut ff. de
27 haer. inst. l. 1. Pone † quod Berta habet duos filios, masculum & foeminam, masculus decessit relicto filio uel filia. Berta fecit testamentum, & nepotem sibi in omnibus suis bonis, & filiã in decem haeredes instituit, in quibus iussit eã esse tacitam, & contentam, & neptem praeterijt, & decessit. neptis praeterita testamentum auiae confirmauit, filia Bertae modò dicit testamentum nullum, quo ad institutionem propter neptem praeteritam, quaeritur an possit & uidetur quod possit, nam ex causa praeteritionis irritum est testamentum ut C. de liber. praeter. uel exhaer. l. fin. & auth. ex causa ibidẽ posita. nam si neptis praeterita decessit uiuente testatore, propterea non confirmatur testamentum, ut ff. de lib. & posth. l. si filium & ff. de uulg. & pupil. l. si quis. Item cum testamen-
28 tum fuit, quo ad institutionem est ius † acquisitum filie, quod ab ea non potest auferri postea ut ff. de bonor. pos. cont. tab. l. si post mortem. §. fin. & ff. de pact. l. fin. & C. de non num. pecun. l. si cui. Item uidetur quod non obstet. ff. de inius. rup. & ir. testam. l. pe. §. si filio, quia ibi uidetur speciale in fratribus, & quia eam rẽ habituri essent ab intestato, ut ff. de lega. 1. l. si is qui & ff. de iniust. rup & irri. testam. l. posthumus in fi. 1. Resp. Econtra uidetur quod non possit agere si neptis approbauit testamentũ, quia uidetur casus in d. l. si filio. ff. de iniust. rup. & ir. testam. nec uidetur testamentum irritum ipso iure, si neptis approbauit, quia dicitur nullum quo ad institutiones, si filius noluerit sicut not. Accurs. ff. de compensat. l. si
29 quid. Praeterea † si debitor haereditatem sibi delatam repudiauit, non uidetur creditorem fraudasse, ut ff. quae in frau. cred. l. qui autem in prin. Item si legatarius constituit legatum ad se nolle pertinere, nõ uidetur relictũ, ut ff.
30 de leg. 1. l. si legatarius. §. 1. Iste † pater non intentat querelam inofficiosi testamenti, si filius nollet eam intentare, ut ff. de inof. testam. l. Papinianus. §. 1. Sol. salua meliori sententia, dico filiam non admittendam secundũ praed. l. si filio. ff. de iniust. rup. & ir. testam. & per l.
31 Papinianus. §. 1. ff. de inof. testam. Pone † quaestionem de facto, quidam filiusfamilias fecit testamentum cum consensu & uoluntate patris, sed de iure esse non potest, ut ff. de donat. causa mor. l. tam ijs & ff. de testam. l. ijs qui & ff. de lega. 3. l. 1. Et dixit, si non ualet iure testamenti ualeat iure codicillorum, uel cuiuslibet alterius ultimae uoluntatis, prout melius ualere potest, quaeritur cum non ualeat iure testamenti, nec iure codicillorum, an ualeat iure donationis causa mortis, & quod ualeat uide-
32 tur, quia † donatio causa mortis connumeratur inter ultimas uoluntates ut C. de donat. cau. mor. l. fin. & filiusfamilias donationem causa mortis potest facere consentiente patre, ut d. l. tam ijs. ff. de donat. cau. mor. Sed dic
33 contra quia † non intelligitur donatio causa mortis

mortis nisi expressim dicatur ut ff. de donat. cau. mor. l. Seia & not. Accurs. institu. de donat. &c.

SVMMARIVM.

1 Fructus an computentur in quartam trebellianicam.
Trebellianica an locum habeat quando pater est ab aliquo heres institutus & rogatus restituere hareditatem filio. eod.
2 Onera creditorum & fideicommissa an diuidantur inter coharedes fideicommissarios.
3 Res alienata an computentur in quartam.
4 Pralegatum an ueniat in restitutionem.
5 Fideicommissarius decedens ante sibi restitutam hareditatem an transmittat petitionem ad suos haredes.
6 Institutus qui nil capere potest, si sit rogatus restituere, an cogatur hareditatem adire, & eam restituere.
7 Fructus an ueniant in restitutionem.
Heres à quo est legata pars bonorum, an cogatur per trebellianum adire, & restituere eam. eod.
8 Hareditatem per trebellianum adire & restituere an cogatur ille à quo est legata pars hareditatis.
Heres potest se liberare dando astimationem. eo.
9 Fideicommissario qua actio detur ad petendum hareditatem sibi restitui.
10 Heres defuncti existens eius creditor, si rogatus restituere hareditatem eam restituat, quam actionem habebit.
11 Fideicommissarijs quod ius competat contra heredem qui erat debitor defuncti, & rogatus restituere hareditatem eam restituit.
12 Fideicommissarijs quando competant actiones.
13 Actio utilis an remaneat penes primum fideicommissarium, quando heres institutus rogatus est restituere primo, & primus secundo, & hares restituit primo, & primus secundo.
14 Restitutio facta in una re, an intelligatur facta in omnibus.
15 Fideicommissarius an detrahat falcidiam de relictis.
16 Restitutio an possit fieri procuratore fideicommissarij.
17 Filius rogatus à patre restituere hareditatem si decesserit sine liberis, an teneatur restituere, si decedat relicto filio naturali.
18 Substitutio uulgaris trahitur ad fideicommissum, quia nullo tempore iure directo potuit ualere.
19 Quarta an debeat detrahi de una re tantū, uel de singulis detrahi possit.
20 Fideicommissarius si emit ab herede hareditatem sibi restituendam, si decederet sine liberis, mortuo herede sine liberis an possit petere pratium.
21 Pratium habens rem habere uidetur.
22 Fratribus duobus institutis & rogatis ad inuicem restituere hareditatem si unus decederet sine liberis an, hareditate diuisa, si unus moriatur sine liberis superstes partem qua tangit defuncto per diuisionem fideicōmissi petit.
23 Quartas duas an quis possit habere debitas iure natura, & quartam iure trebellianica.
24 Quarta trebellianica an detrahatur ultra quam sit uoluntas testatoris.
Quarta debita iure institutionis hodie non detrahitur contra uoluntatem testatoris. eod.
25 Heres non conficiens inuentarium priuatur quarta trebellianica & solida legata & fideicommissa prastat.
26 Filius non priuatur debito bonorum subsidio ob non confectionem inuentarij.
27 Hares haredis an cogatur adire & restituere.
Ius deliberandi transit ad suos heredes. eod.
28 Monasterium habetur loco filiorum ad exclusionem substituti.
29 Monasterium institutum non habetur loco haredum filiorum.
30 Legatum de quo non detrahitur falcidia, an onerat alios legatarios.
31 Quaestio pulcherrima in ultima uoluntate.
32 Haredis appellatione continentur sui, licet abstineant.
33 Haredis appellatione continentur legatarij.
Successores appellantur qui tantum in una re successerunt. eo.
34 Haredum appellatione intelliguntur filij.
35 Interpretatio facienda est pro filijs & nepotibus

potibus.

36 *Heres ita relictus quisquis mihi heres erit sit heres filio meo impuberi soli instituti in testamento uocantur.*

Terminus, filia ergo heres, quomodo intelligatur. eo.

37 *Pater faciens mentionem de heredibus uidetur sensisse de liberis.*

38 *Heres an possit detrahere falcidiam delegato alimentorum relicto uxori, cui primo anno soluit absq; detractione.*

De quarta trebellianica, eius imputatione, detractione, & materia late. Cap. XXXIII.

AN fructus compntentur in quartam trebellianicam, dic ut not. Azo in sum.eo.& not. Accurs.C.ad trebel.l.
1 iubemus. An † trebellianica habeat locum quando pater est ab aliquo hæres institutus & rogatus filio restituere hæreditatem, ad hoc dic ut not. Accur.ff.de lega.1. l.cum filio & ff.ad trebel.l.1.§.1. & C.ad trebel.l.iu-
2 bemus. An † onera creditorum, & fideicommissa diuidantur inter cohæredes fidcicommissarios ad quod distingue, aut rogatur hæres restituere hæreditatem retenta certa re, uel summa, aut retinet quartam secundum uoluntatem testatoris, uel contra, in primo casu nihil soluit creditoribus hæres uel legatarius ut instit.de fideicom.hær. §.si quis una in secundo casu onera creditorum diuiduntur inter hæredem & fideicommissarium, ut C. ad trebel.l.2. sed legatarijs tenetur fideicommissarius, nisi habeat plus quarta hæres, & tunc scinditur legatum, ut supra proxime, uel nisi deductis legatis præcepit testator hæreditatē restitui, uel cum nominatim grauauit hæredē & dic ut not.Accurs. ff. ad trebel.l. 1. §. is qui quadringenta & §.fin. & l. Marcellus in prin. in glo.ad onus hæredis & l.2.& fin. & not Azo
3 in sum.eod.titu. An † res alienatæ computentur in quartam, ad quod dic quod sic uolente fideicommissario ut in odium hæredis, licet quidam contra, ut not.Azo.& hoc.ff.eo.l.Mar
4 cellus.§.res. An † prælegatum ueniat in restitutionem, dic ut not. Accur & distingue, ut C. de fideicom.l.cum uirum & ff.ad trebel.l.Marcellus. §. cum quidam libertis & not. Azo in
5 sum.eo. An † si decedit fideicommissarius ante sibi restitutam hæreditatem transmittat petitionem ad hæredes suos, dicit Azo quod nō ut in sum.C.eo.ad trebel.& econtra quod sic, ut not. Accur.ff.eo.l.apud.§.fin.& ff.de leg.1. l.cum filio & hæc sententia uidetur uerior. An
6 † qui nil capere potest, si sit hæres institutus & rogatus restituere, cogatur hæreditatem adire & eam restituere, ad quod dic, ut not.Accurs.
C.de fideicom.l.eam quam & ff.ad trebel.l.co
7 gi.§.qui sulidum. An † fructus ueniant ad restitutionem, ad quod dic, ut not. Accur.C. ad trebel. l. si per fideicommissum & melius. ff. eo.l.in fideicommissaria in prin. in glo. super uer.hæreditatis & Azo in sum.eo. tit. An hæres a quo est legata pars bonorum cogatur per trebellianum adire & restituere ram, ad quod
8 dic ut not.Accurs. quod non. Item † an ille à quo est legata pars hæreditatis cogat per trebellianum adire hæreditatem, & restituere, secundum Accur.non in primo casu, quia bona intelliguntur deducto ere alieno ut ff. de collat.bon.l.cum emancipati. Item hæres potest se liberare dando æstimationem, ut ff. de lega.1. l.non amplius ut not. Accurs.ff. ad tre-
9 bel.l. mulier.§ ult. Quæ † actio datur fideicommissario ad petendum hæreditatem sibi resti-
10 tui, dic ut in sum. Az.eo. tit. An † si hæres defuncti erat creditor defuncti & rogatus restituere hæreditatem eam restituat, quam actionem habet, & dicunt quidam quod habet utilem seu utiles quas primo habebat directas, ut ff.eo.l.debitor. & C. de iure delib.l. sancimus. §.in computatione. Sed h. dici aditione hæreditatis eas extentas ut C.de pac. l. debitori & ff. de solut.l. stichum. & ideo dicit eas non restituendas ut ff.de solut. l. qui res. §. aream. Sed dat hæredi condictionem indebiti, quasi plus debito soluerit, ut ff.de hær.uel act. uend. l.2.§.pen.& ff.de cond.ind.l.si ijs qui. & ff.eo. l.cum hæres & C.ad leg.falci.l.in imponenda.
11 An † hæres institutus si erat debitor defuncti, & erat rogatus restituere hæreditatem, & eam restituit, quo iure agant fideicommissarij contra eum, & dic quod agent actione ex testamento, quasi non plene restitutum & dic ut notat Accur.ff.eo.l.ita tamen. §. si ex trebelliano in glo. actiones scilicet utiles & ibi not. h.quæstio & superior & facit.ff.eo.l. debitor.
12 Quæritur † quando actiones competant fideicommissarijs, alias fidicommissarijs ad quod dic quod facta restitutione, & non ante ut ff.eo.l. facta & l. ita tamen. §. si ex trebeliano & l. si hæres.§.1.nisi in casibus ut not.Accur.C.eod. l.pen.& in rebus alienatis, ut notat Accur. ff. eo.l Marcellus.§.res & C.de lega.l. fin. §. fin.
13 Quando † hæres institutus rogatus est restituere primo, & primus secundo, & hæres restituit primo, & primus secundo, an actio utilis remaneat penes primum fideicommissarium, sicut remanent directæ penes hæredem, adeo ut si quis solueret primo fideicommissario sit liberatus. Ad quod dic, quod quidam dicunt, quod nullæ remaneant, quia facta restitutione à primo, ipso iure transeunt in secundum ut C.eo.l.pen. Alij ut H.dicunt, quod sic, & dic ut not. Accur.C.eo.l.pen. plane causam notat Ac
14 cur.ff.eo.l. ex asse in fin. An † restitutione facta in una re, intelligatur in omnibus, ad quod dic quod si, sicut hæres agitando unam rem hæreditariam se obligat hæreditati. & pro hærede uidetur se gessisse: ut ff.de acq.hær.l.pro

hærede,

hærede, & dic ut not. Accurs. ff. eo. l. restituta.
15 An † fideicommissarius detrahat falcidiam de relictis, & dic quod de relictis ab hærede nõ detrahit, nisi quando hæres non detraxit, quia noluit totum reddere, uel quando suspectam adijt coactus, alias non. De relicto à se nullo modo ad quod dic ut not. Accur. ff. ad leg falc. l. falcidia. §. fin. & ff. eo. ad trebel. l. ex asse. in
16 fi. & l. facta. §. suspectam. An † procuratori fideicommissarij possit fieri restitutio, ad quod dic, quod procuratori facto in rem suam non, ut ff. de iure dot. l. si mulier. §. ex asse. Simplici uero procuratori sic, si nec de procuratore nec de mãdato dubitatur, si uero dubitatur de mandato, si quidem adiuit cogitur restituere præstita satisdatione, si non adiuit non cogitur,
17 ut not. Accur. ff. eo. l. qui ita. §. 1. Quæritur † si pater instituit sibi filium hæredem, & rogauit quod alicui restitueret hæreditatem si decederet sine liberis, decessit filius sine filijs legitimis, relicto filio naturali, an teneatur restituere hæreditatem, ad quod dic, ut not. Accurs. ff. eo. l. ex facto. §. si quis rogatus, & C. de instit.
18 & substit. l. generaliter. An † substitutio uulgaris trahatur ad fideicommissum, ad quod dic quod sic, quia nullo tempore iure directo potuit ualere, ut not. Accur. ff. eo. l. Sceuola in gl. super uer. substituti & C. de impub. & alijs sub
19 stit. l. precibus in fin. Sed † nunquid in una re tantum potest hæres detrahere quartam, an de singulis rebus est detrahenda, dic ut not. ex tra de testam. c. Raynaldus in fi. glo. quæ inci-
20 pit istud est ita. Pone † qnod fideicommissarius emit ab hærede hæreditatem sibi restituendam, sine liberis si decederet, moritur hæres sine liberis, petit emptor, idemque fideicõmissarius prætium, nunquid potest, uidetur quod non, hæreditatem non petit, quia non habet eam, prætium non petit quia non fuit rogatus illud restituere, & ad hoc. ff. de lega. 2. l. codicillis. §. 1. nam uidetur emisse ius quod hæres habet ut ff. de contrah. empt. l. qui tabernas & ff. de lega. 1. l. si dominus. §. fin. & l. si tibi. §. fi. nã ratione incertitudinis & iuris quod ille habebat tenetur & ad hoc. C. de contrah.
21 empt. l. cum res. Econtra † uidetur qnod agat, quia habens prætium merito rem habere uidetur, nam in uniuersalibus &c. ut ff. quod met. cau. l. uideamus & ff. de petit. hær. l. si rem & prætium & ff. de lega. 2. l. & imperator modo uidetur habere hæreditatem cum habeat eã ex causa onerosa, ut ff. de act. & oblig. l. omnis & C. de solut. l. quoties & ff. de uerb. sig. l. Labeo & ff. de lega. 1. l. planè il primo §. 1. & fin. & distingue secundum. H. Aut emit ab hærede, aut ab extraneo, si ab extraneo, agit, si ab hærede, sciens non agit, si ignorãs, sic ut ff. de act. & oblig. l. cui res. Alij dicunt quod omnino agat, & dic ut not. Accur. ff. de lega. 1. l. huius. §. quia testamento & pro eis facit. ff. ad leg. falci. l. fundo & ff. de euict. l. si uendideris & l. nõ ta
22 men. Pone quod † duo fratres fuerunt instituti, & rogati ad inuicem restituere hæreditatẽ, si unus decederet sine liberis, dinlserunt eam, unus eorum decessit sine liberis, nunquid superstes partem quæ tangit defuncto per diuisionem fideicommissi petit, dicunt quidam quod sic, & ad hoc facit. ff. de lega. 3. l. cum pater. §. hæreditatem & ff. de transact. l. qui cum tu. §. 1. & ff. de euict. l. si uendideris & l. non tamen & ff. ad leg. falci. l. fundo. Alij contra, ut ff. de uerb. oblig. l. qui Romæ. §. fin. Tertij dicunt, quod partem habuerit frater habet, & habuit iure suo, petet superstes partem quam habuit iure diuisionis, non quia de ea non iure alligitur rogatus, ut ff. de lega. 3. l. cum pater. §. quindecim. Vel dic quod primũ est uerius, qđ pars unius succedit loco alterius, ut ff. de leg. 3. l. imperator. §. fin. & l. seq. & uide ad hoc ne not. Accur. ff. de uerb. oblig. l. qui Romæ. §. fi.
23 An † duas quartas possit quis habere debitas iure naturæ, & quartam iure Trebellianicæ, & differunt sapientes. Dic ut not. Accur. ff. de inoffi. testam. l. Papinianus. §. meminisse, in fi. & extra de testam. c. Raynutius. §. quia uero in glo. quæ incipit, retinebunt ergo isti, &c. super ner legitimam ipsam. & c. Raynaldus. §.
24 dilectus filius. An † quarta Trebellianica detrahatur ultra quam sit uoluntas testatoris, Dicunt quidam quod non, sicut & quarta debita iure institutionis, hodie non detrahitur contra uoluntatem testatoris, ut C. ad leg. fal. auth. sed cum testator, & in auth. de hær. & fal §. si uero expressum. in fi. Alij contra quòd detrahatur contra uoluntatẽ testatoris, ut. C. ad leg. falci. l. si ut allegas. & ff. ad leg. falci. l. Titia, & instit. de fideicom. hær. §. sed quia. quod enim non mutatur, quare stare prohibetur, ut C. de testã. l. sancimus. & C. de appel. l. præcipimus, & fin. & hoc uidetur uerius. Quæri-
25 tur † si hæres non fecit inuentarium, an ipse priuetur quarta Trebellianiacia, dic qnod sic quia solida legata & fideicommissa præstat, ut C. de iur. delib. l. fin. & C. ad leg. falci. auth. sed
26 cum testator. Sed † nunquid filius priuatur debito bonorum subsidio si non fecit inuentarium, & dic quod non, ut notat Accur. C. de iure delib. l. fi. §. si quis aut. & in auth. de hær.
27 & falc. § hinc nobis. Sed † nunquid hæres hæredis cogitur adire & restituere, dicunt quidam quod non, ut. ff. eo. l. ille. §. si de testamento. & ff. de administr. tut. l. tutor. §. primo. Alij dicunt quod cogitur si decesit intra annum cum ius deliberandi transit ad suos hæredes, ut C de iure de liber. l. cum antiquioribus. & not. Accur. C. de fideicom. l. eam quam. Sed
28 † quid si rogatus restituere hæreditatem si decesserit sine liberis ingrediatur monasterium dic quod monasterium habetur loco filiorum ut in auth. de sanctis. episc. §. & hoc in presenti, & dic ut not. C. ad Trebel. l. iubemus. & au
29 then. nisi. Sed † quid si instituit sibi hæredem monasterium, nunquid monasterium habetur loco hæredum filiorum, dic quod non, ut not. Accurs. in præd. auth. nisi. & extra de probat.
30 c. in presentia. Quid † si legatum est loco ue

nerabili,uel eſt aliud legatum de quo non de
trahitur falcidia, nunquid onerantur alij le-
gatarij,dic quod non,ut not. Accur. C.ad leg.
falcid. l.in teſtamento. & auth.ſimiliter,&c.
31 Pone † quæſtionem de facto, Sempronius fe
cit teſtamentum,Titium & Seium tibi hære-
des inſtituit, & rogauit ſi ſine liberis decede-
rent, quod hæreditatem ſuam fratri ſuo reſti
tuerent,& ſi Titius non uiueret, eam reſtitue
rent hæredibus Titij, Titius mortuo Sem-
pronin decesſit, relictis duobus filijs maſcu-
lis, & una fœmina, qui Titius omnes maſcu
los ſibi hæredes inſtituit, In omnibns bonis,&
filiã in decẽ,quibus iuſsit eſſe tatitã,& cõten
tam, poſtea mortuus eſt Sæius defuncto iam
Titio fratre ſuo cohærede,filia petit hæredita
tem Sempronij pro tertia parte ex cauſa fi-
deicommisſi relicti, a Sempronio quondam
fratte ſuo,opponitur ei a fratribus ſuis, quod
ipſa non eſt hæres quondam eorum patris,
ſed legataria, quæritur an posſit modo pete
re,& quod posſit agere cum effectu,uidetur,
32 nam † appellatione hæredis continentur ſui
hæredes licet abſtineant ſe,ut.ff.de fideicom.
l.1.& l. cum quæritur. §.ſi quis. & ff.de bon.
libert.l.ſi ex modica. §.fin.quia de iure ciuili
incontinenti mortuo ſunt hæredes,licet ſe ab
ſtineant.de iure prætorio, ut inſtit. de hær.
33 qual.& dif. §.ſui. item † quod appellatione
hæredis continentur & legatarij. ut.ff.de uer.
oblig.l.in conuentionalibus. & ff.de diuer.&
temp.præſcrip.l.de acceſsionibus. §.pen.nam
& ſucceſſores appellantur qui tantum in una
re ſucceſſerunt,ut.ff. de exce.rei.iud. l.ſi.&.ff.
34 quor.legat. l.1. §.ut prætor. Item † cum ſit
conuentio de hæredibus de filijs eſt intelli-
gendum,ut.ff.ad Trebel.l.ex facto.§.fin.& in
auth.de non alienan.aut permu. §.in emphy-
teuſim. collat. 2. Item iniquum eſt æſtima-
re illam filiam ingratam quam pater nõ æſti
mault, ut.C.de inoffi.teſtam. l.ſi quis filium.
35 §.fin. Item † pro filijs & nepotibus facienda
eſt interpretatio,ut C.de inſtit.& ſubſtit. l.ge
neraliter. § fin.& C.de fideicom. l.cum qui-
dam.Econtra quod agere non posſit, proba-
tur,ea ratione, quia non eſt loco hæredis,ſed
legatariæ, ut C.de hær.inſtit.l.quoties.& ff.de
eden.l.quædam. §. 1. Item cum quis ſtipula-
tur operas a liberto ſuo ita demum liberi eius
petunt ſi hæredes extiterunt, ut.ff. de oper.li-
36 bert.l.cum patronus. §. 1. Item † cum aliquis
dixit,quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio
meo impuberi, ſolummodo inſtituti in teſta-
mento uocantur, ut ff.de uulg.& pupil. l.qui
liberis. §.fin.& l.ſed ſi plures. in princip.& ff.
de uerb.ſignifi. l ſciendum. Item non obſtat
quia filia ergo hæres, quia uerum eſt quo ad
nomen, ſed non quo ad commodum uel in-
commodum, nam qui abſtinuit ſe, non exclu
ſit patronum, licet ſit filius. ut.ff.de iure pa-
tron.l.ſiue patronus. §.fin.& ff.de bon.liber.
l.ſi ex modica, & ad hoc.ff.ad Turpil. l.2.§.li
beri defuncti.Sed ſine præiudicio melioris ſen
tentiæ dico, filiam admittendam fauore ulti-
37 mæ uoluntatis,quando † pater fecit mentio-
nem de hæredibus, uidetur ſenſiſſe de libe-
ris,ut.ff.ad Trebel.l.ex facto §.fi. & ſimiliter
cum eccleſia dat in emphyteuſim, ſecus eſt
in contractibus, nam ſi fecit mentionem de
hæredibus, & de extraneis ſenſiſſe uidetur.
ut. ff.de uerb.ſignific. l.in conuentionalibus,
& intelligitur de filijs ut hæredes exiſtant, ut
38 ff.de oper.liber.l.cum patronus.Pone † quæ-
ſtionem de facto, quidam fecit teſtamentum
& fratrem ſuum ſibi hæredem inſtituit, uxori
alimẽta legauit,& decesſit. hæres fecit inuen
tarium, & primo anno uxori alimenta ſoluit
& de eis uult deducere falcidiam, ſecundum
legem ut.ff. ad leg.Falci.l.hæreditaria.Quæri-
tur an posſit, & quod non posſit uidetur,quia
cum hæres ſoluit legata uni ex legatarijs fal-
cidiam non detrahit. ut C.ad leg falcl. l.3. &
in auth.ſed cum teſtator, quod ſi incoauit ſol-
uere cogitur adimplere, ut C.de teſtam. l.nõ
dubium & quod ſit unum legatum uidetur
per l.damnas. ff.de uſufr.lega. Econtra quod
detrahat falcidiam uidetur, per l.ſi pluribus.
ff.ad leg.falcid.Sed dic, aut legatum relictum
eſt uni perſonæ tantum, aut pluribus, ſi uni
tantum,aut unum legatum eſt, aut plura lega
ta ſunt,ſi unum legatum eſt, & incertum ſo-
lutum eſt, non detrahitur falcidia, ut in d.
Aut. ſed cum teſtator, ſi incoauit ſoluere.ſi
unum ſoluit tantum, cum plura legata erant,
detrahit falcidiam, ut in dict.auth. ſed cum
teſtator.C.ad leg.falci.quod nota, &c.

SVMMARIVM.

1 *Heredes ſui qui dicantur, & qualiter deſcendentes ſuccedant, & an ſuus heres præſumatur immiſcuiſſe niſi probet ſe abſtinuiſſe.*

Posſesſio an transeat ad ſuos ſi non fuit corporaliter apprehenſa.eo.

2 *Filius qui poſt abſtenſionem ab hereditate patris ſi re integra poſtea accipiat de bonis hereditarijs an conuentus a creditoribus hereditatis posſit dicere ſe abſtinuiſſe.*

3 *Hereditas non adita a ſuo herede an tranſmittatur ad quemlibet heredem.*

4 *Emancipatus decedens ante aditam hereditatem an tranſmittat illam.*

5 *Filius decedens, ante aditam hereditatem matris ſine liberis, an illam tranſmittat ad aſcendentes.*

6 *Filij an ſuccedant in peculio aduentitio patri decedenti ab inteſtato, qui & ipſe erat filius.*

De

De ſucceſsione filiorum & deſcendentium, in quo tractatur materia ſuitatis. Ca. X X X I I I I.

QVæritur qui dicantur ſui hæredes,
& qualiter deſcendentes ſuccedant
ad hoc dic ut not. Azo. in ſum. C. de
ſuis & legit. & not. Accur. ff. de ac-
quir. hær. l. ei qui. & inſtit. de hær. qual. & dif.
1 An † ſuus hæres præſumatur immiſcuiſſe, ni
ſi probet ſe abſtinuiſſe, ad quod dic ut not.
Accur. ff. de acquir. hære. l. ei qui. & C. ſi ut ſe
ab hær. abſtin. l. 1. an poſſeſsio tranſeat ad ſuos
ſi corporaliter non fuerit apprehẽſa, ad quod
dic ut not. Accur. ff. de acquir. poſ. l. cum hæ
2 redes. Pone † quæſtionem de facto, quidam
filius abſtinuit ſe ab hæreditate patris, & re
integra poſtea de rebus hæreditarijs accepit,
conuenitur modo a creditoribus hæredita-
tis, dicit ſe abſtinuiſſe, quæritur an poſsit, &
dicunt quidam quod re integra filius qui ab-
ſtinuit ſe poteſt immiſcere ſe, ut C. de repud.
hær. l. fin. & C. de natural. liber. l. 3. Vnde nihil
intereſt declaret uoluntatem ſuam rebus an
uerbis & factis. ut. ff. de legi. & ſenatuſc. l. de
quibus. §. fin. & facit pro eis. ff. de collat. bon.
l. non unquam. Alij contra dicunt per l. ſi ſer
uum. §. fin. & l. ſi pupillus. §. fin. ff. de acquir.
hær. Tertij dicunt, refert an faciat id quod cir
ca jus & non in hæredis facere non poteſt, an
non, in primo caſu pro hærede eſt habendus,
in ſecundo non, ut. ff. de acquit. hær. l. pro hæ-
rede. §. fin. niſi expreſſe dicat ſe hæredem, ut
ff. de interrog. act. l. ſi filius. & ff. de colla. bon.
l. non unquam. ſecundum uetera iura, ſed ſe-
cundum noua ſublata eſt differentia emanci
pationis & patriæ poteſtatis, ut in auth. de
hær. quæ ab inteſt. §. præterea. collat. 8. Pone
3 quod † hæres ſuus deceſsit antequã immiſce
ret ſe hæreditati, nunquid tranſmittet ad quẽ
libet hæredem hanc hæreditatem, dic quod
ſic, ut C. de curat. furio. l. fin. §. 1. & C. de ſuis
& legit. hær. l. apud hoſtes. & ff. de caſtr. pe-
cul. l. hæreditati. §. 1. & ff. de acquir. hær. l. ne-
ceſſarijs. & ff. de reb. dub. l. qui duos. §. fin. in
fi. & ff. de iur. fiſ. l. Lucius. & inſtit. de hæred.
4 qual. & dif. §. pen. Pone † quod emancipatus
deceſsit antequam adiret hæreditatem, nun
quid tranſmittit hæreditatem, ad quod dic
ut not. Accur. C. de ijs qui an. apert. tabul. l. 1.
5 & ff. de acquir. hær. l. uentri. Pone † quæſtio-
nem de facto quæ fuit Parmæ deciſa, quædã
mulier relicto filio deceſsit, filius deceſsit an
te aditam hæreditatem matris, & ſine liberis
relictis aſcendentibus, numquid habeat hære
ditatem matris, nec aditam tranſmittat ad ſu
periores, puta, patrem, matrem, auum, uel
proauum, &c nam ad aſcendentes eam tranſ-
mittit. ad collaterales non. ut C. de ijs qui an.
aper. tab. l. 1. Dicunt Azo & Accur. quod eam
tranſmittit ad patrem, auum, proauum, &c. ad
collaterales non, ut not. Accur. C. ad orific. l.
2. ſed idem Accur. not. contrarium. C. de iure
delib. l. ſi infanti. & quod ſit ſpeciale in infan-
te quod ſi decedat in infantia quod hæredita
tem non aditam tranſmittit. & ſic uidetur
6 contrarius. Sed † quid ſi filius habeat filios
& aduentitium peculium, & decedat ab inte
ſtato, nũquid filij eius ſuccedunt, & dic quod
ſic, ut not. Accur. in auth. de hæred. quæ ab
inteſt. §. 1. collat. 8.

S V M M A R I V M.

1 *Mortuo relictis auo & fratre, quis eorum ſuccedat.*
2 *Pater an ſuccedat filio in caſtrenſi uel quaſi caſtrenſi peculio, uel aduentitio, uel profectitio.*
3 *Pater an poſsit habere hereditatem filio delatam ex linea materna, quam filius repudiauit.*
4 *Vxor an eſcludat patrem in bonis mariti defuncti ſine liberis cũ matrimonium fuerit ſine dote.*
5 *Vxor non eſcludit collaterales.*
Collaterales qualiter ſuccedant. eod.
6 *Filij fratrum an cum auunculis defuncti fratrum ſuperſtitum ſuccedant in ſtirpes an in capita.*
7 *Nepotes an uocentur ad hereditatem patrui defuncti exiſtente altero patruo.*
Nepotes continentur appellatione filiorum. eodem.
Priuilegium datum filijs non debet ad alios tranſire. eo.
8 *Fratres uterini, & coniuncti & conſanguinei qualiter ſuccedant.*

De ſucceſsionibus aſcendentium, & collateralium. Cap. X X X V.

QValiter ſuccedant aſcendentes, dic
ut in ſumma. C. ad ſenatuſc. Tertul.
1 l. mater quæ defuncto. Si † decedat
quis relicto auo uel patre, auo &
fratre, an frater excludit auum & proauum.
& dic ut not. C. ad Tertul. l. fin. & notat Azo
2 in ſum. ad Tertul. C. An † pater ſuccedat filio
in caſtrenſi uel quaſi caſtrenſi peculio, uel ad
uentitio, uel profectitio, dic ut not. in auth.
3 de hæred. quæ ab inteſt. Pone † quod hæredi
tas eſt delata filio ex linea materna, repudia-
uit eam filius, nunquid pater poteſt eam ha-
bere, & dic quod ſic. ut C. de bon. quæ lib. l.
4 cum non ſolum. in princ. Sed † pone quod fi-
lius deceſsit ſine liberis, relicto patre, & uxo-
re inope, & matrimonium erat ſine dote, nun

quid uxor excludit patrem defuncti, & dic ut not. Accur. C.un.uir.& ux.l.1. & auth.pretere-
5 rea in fin. Sed † nunquid uxor excludit collaterales, dic quod non.ut ibi not. Accurs.& ad hoc. C.quor.bon.l.fin. Qualiter succedant collaterales, dic ut not. Azo in summa de le-
6 git. hær. An † filij fratrum cum auunculis defuncti fratrum superstitum succedant in stirpes, an in capita, dicit Azo quod in capita uocantur, alij dicunt quod in stirpem, quod est uerius, ut not. Accur. in auth.de hær. quæ ab intest.§.fin autem defuncto. & C.de legit.hæ
7 re l.3.in aut.cessante. Pone quod † aliquis decessit relicto fratre & filiis alterius fratris, nunquid ipsi nepotes uocantur, et uidetur quod sic, cum appellatione filiorum cōtineantur nepotes, ut.ff.de uerb.signif. l.liberorum. la seconda.et l.iusta.et l.filij.et ad hoc.ff.de lega.3.l.uxorem.§.concubinæ.et ad hoc inst. de hæred.quæ ab intest. §.cum filijs. Sed dic contra, quia hoc priuilegium datum est filijs, unde ad alios non transit, ut.ff.quod cum eo l.sed etsi.§ soli.et in auth.de hær. quæ ab intest.§.si autē defuncto. ibi ubi dicit, huiusmo
8 di autem priuilegium. Qualiter † fratres uterini et coniuncti et consanguinei succedunt, ad quod dic ut not.in authen.de consang. et uter.frater.collat.6.et not.Accur. C.commu. de success.l.si autem in successione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum multiplex differentia.*
2 *Spurij dicuntur qui patrem demonstrare nō possunt.*
Titulus quibus modis naturales efficiantur sui & quibus modis naturales efficiantur legitimi quomodo differant.co.
3 *Sui qualiter succedant & adoptiui, & naturales et qualiter naturales legitimātur.*
4 *Naturalis quomodo quis esse dicatur.*
5 *Natus ex concubina soluta unica, & in domo retenta an sit legitimus.*
6 *Naturales an succedant matri cum legitimis & in quota portione.*
7 *Nati ex duabus concubinis ex uno tamen patre an inter se succedant.*
8 *Naturales nati ex una matre, et diuersis patribus an sibi inuicem succedunt.*
9 *Legitimati per Principem succedunt propinquis quia nihil a legitimis differunt.*
10 *Legitimati per matrimonium succedunt propinquis.*
Legitimati per curiam non succedunt propinquis eod.
11 *Filij nati ex patre ignorante impedimentū matrimonij & matre sciente illud an succedant utrique.*
12 *Spurij succedunt matri cum legitimis nisi sit illustris.*
13 *Pater an succedat filio naturali.*

De filijs naturalibus, & generis cuiuscunque eorumque successionibus. Cap. XXXVI.

1 QVæ sit differentia filiorum, ad quod dic, quod † filiorum alij sunt naturales & legitimi, ut qui nascūtur ex legitimo matrimonio, alij sunt legitimi tantum, ut adoptiui, alij naturales tantum, ut nati ex concubina unica & indubitatu affectu retenta in domo, ut in auth.quib. mod.natur.ef.sui.§.palam.& §.si quis autem.
2 Alij † sunt spurij ut qui patrem demonstrare non possunt, quibus plures sunt patres.ut ff. de statu hom.l.uulgo. Alij sunt nati ex damnato coitu, id est ex incesto & nephario coitu, ut C.de incest.nupt. Et notatur hæc distinctio in summa de naturalibus liberis, & in summa authen.quib.mod.natur.ef.sui. Quæ sit differentia inter titulum, quib.mod.natural. ef. sui, & quib.mod.natur.ef.legiti. ad quod dic ut notat Azo in sum. C.de natural. liber. Qualiter
3 † sui succedunt, ad quod dic ut not.supra in rubri.de succes.fili. & descen. Qualiter adoptiui succedant, dic ut not. Azo in summa de adop. Qualiter naturales succedunt ad quod dic ut not.Azo in summa.C. de natural.lib.§.succedunt autem. Qualiter naturales legitimantur, dic ut in summ.quib.mod.natur.ef.legit.& in
4 sum.de natural.liber. Quot † sunt necessaria ut quis sit naturalis, & dic, tria, primum quod naturalis sit natus ex tali muliere cum qua possit contrahere matrimonium, ut in auth.§. de incest.nupt.§.dubitatur. coll.secunda. & in auth.ut lic.matri & auie.§.ad hæc.Secundum est necessarium quod sit unica. Tertium quod sit in domo retenta, ut in auth. quib.mod.natu.ef.sui.§.si quis autem.collat.septima, & in decret. 27.q.2.c.si quis uxorem. & 32.q.6.2.c.
5 solet quæri. Nunquid † tales nati ex talibus mulieribus sint legitimi, & talis est uxor, ut ff.de ritu nup.l. liberæ. uidetur quod sic nisi fuerit protestatus, ut ff.de concub.l.in concubinatu.& not.Accur.in auth.quib. mo.natur.
6 ef sui.§.si quis autē. Nunquid naturales † succedant matri cum legitimis, dic quod sic, ut C.ad orfici.l.fin.§.& quia. nunquid matri succedunt in totum, dicit quidam quod sic, quod uidetur uerius, ut ff.un.cogn.l.hac parte.& ff. de in ius uocan.l.parentes. Alij dicunt eos uocari in duas uncias.ut in auth.quib.mod.natu.
7 ef sui.§.discretis. An nati † ex duabus concubinis ex uno tamen patre inter se succedant, argumen.quod sic.instit.de cognat.seru. quia non

non legitimati non succedunt cognatis patris, ut in auth quib.mod.natur.ef.sui.§.filiũ. & dic ut not. Accursff.un.cogn.l.spurius.in fi. & Azo in summa de legiti. hæred.§. fina.
8 Pone † quæstionem de facto, duo filij naturales erant nati ex una matre & diversis patribus, nunquid unus succedet alteri, & dic quod sic, ut ff.un.cogn.l.hac parte,& l.Spurius. Sed
9 † nunquid legitimati per principem succedunt propinquis, dic quod sic, quia nihil à legitimis differunt, ut in authen.quib.mod.nat. ef.sui.§.adoptionis.in fine. Sed † nunquid per
10 matrimonium legitimati succedunt propinquis. uidetur quod sic, ut C.de natura liber.l. cum quis. Sed nunquid legitimati per curiam succedunt, propinquis, dic quod non, ut C. de natur.liber.& in authen. quib. mod. natur.ef.
11 sui.§.si filium. Pone † quæstionem de facto quidam Parmensis accepit quandam in uxorẽ ignorans quod ipsa cum alio contraxerat, decessit uterque, nunquid filij succedunt patri ignoranti impedimentum, & matri scienti, dicunt quidã q̃ ignoranti tantum, sed dic, utrique. & quod in totum pro legitimis habendi sunt, sicut quis non potest esse pro parte liber & pro parte seruus.ut ff. de liber. cau. l. cum duobus & dic ut not.extra qui fil.sint legit.c.
12 pen. Sed † nunquid spurij matri succedant cũ legitimis, dic quod sic, nisi sit illustris ut C.ad orficia.l.si qua. & intelligas cum non potest accusari de adulterio, uel incestu, tunc non succederent communiter matri, ut infra in seq.rubr.seu cap.notatur. & ad hoc ff.de inof. testam.l.suspecta.§.diem.& ff.un.cogn.l.hac
13 parte,& l.Spurius. quod nota. Sed † an pater succedat filio naturali, dic ut in glo. super.l.1. C.de alen.lib.ac paren.& ibi notatur.

SVMMARIVM.

1 *Nati ex damnato coitu non possunt legitimari nisi per principem cum clausula non obstante tali lege.*
Par in parem non habet imperium.eo.
2 *Natus ex damnato coitu an succedat matri.*
3 *Natus ex damnato coitu an sit alendus a parentibus.*
4 *Papa an possit legitimare natos ex damnato coitu.*
5 *Natis ex damnato coitu an poterit relinqui ab extraneis.*
6 *Natus ex damnato coitu an possit substitui à patre.*
7 *Legatarius non potest petere legatum sibi relictum cum hoc ut illud restituat filio spurio.*
8 *Pater uendens spurio uel in ultima uoluntate uel inter uiuos an præsumatur facere in fraudem.*
9 *Filius testatoris institutus ab extraneo cui te licita fuit hæreditas à patre an habebit bona paterna.*
10 *Natus ex damnato coitu legitimatus à Principe ad preces patris in defectum legitimorum, si postea nascantur legitimi an succedat cum illis.*
11 *Auus an possit instituere filium spurium sui nepotem ex filio suo legitimo uiuente.*
12 *Auus an possit instituere hæredem nepotem legitimum ex filio spurio.*

De filijs natis & damnato coitu, & eorum successione tam actiue quam passiue. Cap.XXXVII.

NVnquid ex damnato coitu nati possunt legitimari, † dic quod non nisi
1 per principem, & tunc etiam si dicatur, non obstante tali lege, ut in authen.quib.mod.nat.ef.sui.§.fin.& C. de natu. libe.l.1.nam impetator Iustinianus non potuit legem imponere sequentibus imperatoribus, sed indicare tantum.ut C.de legi & const. l.digna uox.nam par in parem non habet imperium. ut ff.de arbitr.l. nam & magistratus. & ad hoc.ff.de legat.3.l.si quis in principio. & dic ut not.Accur. in auth. quib.mod.natu. ef.sui.§.fi.in glo. quæ incipit.quæro &c. & in
2 summa de natur.liber.§.1. Nunquid † matri succedunt, dic quod non, cum de incestu uel adulterio potest accusari, quia tales ab omni beneficio paterno excluduntur, ut in authen. quib.mod.nat.ef.sui.§.fin.& appellatione parentis mater continetur, ut ff.de uerb. signif. l.appellatione.& C. de incef.nupt. l.si quis.in fin.& in authen.ex complexu, ibi posita.& C. de mulier.quæ seru.propr se immisf.l.1. & dic ut not.Accur.instit.ad orficia.in princi. Nun-
3 quid † sunt alendi à parentibus, dic secundum l.quod non.ut in auth.quib.mod.natur.ef.sui. §.fin.& extra qui filij sint legitimi.ca.peruenit. De æquitate canonica dicunt quidam quod sic.ut extra de eo qui dux. in matrimo. quam poluit per adult.ca.cum haberes.& ibi
4 not Sed † nunquid Papa potest tales legitimare, Respondeo sic, quo ad hoc ut promoueantur ad sacros ordines, & non quo ad ea quæ sunt de iure ciuili, quia præest diuinis, & Imperator humanis, ue in authẽ. quomo. oppor. epis.in prin.collat.1.nisi uacante imperio. ut extra de indic.c.nisi pridem, licet quidam contradicant, ut extra qui filij sint legi.c.per uenerabilem, & ibi not. Dic tamen quod in terris subditis ecclesiæ Papa potest legitimare, & etiam

etiam in non subditis ex causa,& ut in d.c.per
5 uenerabilem. Nunquid † dictis natis ex tali coitu poterit ab extraneis relinqui, dic quod sic,cum non reperiatur prohibitum, & ad hoc. ff.ex quib.caus.maior.l. necnon.§.1.& dic ut not Accur.in auth. qnib.mod.nat.ef.sui.§.fin.
6 Sed† quid si pater eum substituat,nunquid po test,dic quod non uulgariter , sed pupillariter sic,ut bona propria pupillus habeat siue ea-piat,non paterna.ut ff.de uulg.& pup.substit. l.si is.& instit.de pupil.subst.& dic ut not. Ac cur.in auth.quib.mod.natura.ef.sui.§.1. Sed
7 † pone,habeo spurium,legaui Titio decem,& rogaui eum ut ea restituat filio spurio , nunquid legatarius petet legatum , dic quod non, quia inspicitur persona illius cui restitutio fa cienda est,ut ff.de inoffi. testa.l. Papinianus.§. meminisse,& l.si parens.§.fi.& ff.de execu.tut. l.legatarius.& ff.de uulg. substit.l.ex facto.§. uillis. sed retinere potest si præcipiat legatarius.aliàs,si percipiat legatum. & dic ut not.
8 ff.de lega.2.l. Lucius.§. codicillis. Sed † quid si pater ei uendidit, notat, Accur.ff.de proba. l.qui testamentum, quod præsumatur in fraudem, quando in ultima uoluntate dixit , se ei debere,secus si inter uiuos. ut ff. de probat.l. Patronus.Alij contra per l.1.C.de natural.liber.& argu.C.de donat. int. uir. & uxo.l.si filij.& ff.de legat.2.l.uxori. & hoc uidetur uerius.& dic ut no.Accur.in illa l. qui testamen-
9 tum.ff.de probat. Sed † pone quod pater insti tuit extraneum,& ille extraneus instituit filiũ testatoris primi cuius est hæres,nunquid habe bit bona paterna tunc,dic quod sic, si non fecit in fraudem,ut ff.de edil.edic.l. cum autem §.fin.in uer. ponamus &c. & ad hoc.ff. de ijs quib.ut indign.l.qui Titij. Si in fraudem,non ualet.ut C.de natu.liber.l.1.& fi.& dic ut no.
10 ff.de uulg.& pup.l.si is qui. Sed † pone quæstionem de facto , continetur in quoddam rescripto, quod supplicauit principi pater,quod talem suum filium ex damnato coitu natum in defectum filiorum legitimorum legitimaret,& imperator legitimauit eum , & ille habuit postea ex uxore legitimos filios, quæritur si ueniat ad successionem cum legitimis, dicunt quidam quod non.per l. si unquam.C. de reuocan.don.& ff.de uulg.substi.l.ex facto. Alij contra,nam legitimati succedunt cum legitimis & naturalibus.ut in authẽ.quib. mod.
11 natu.efi.sui.§.si quis igitur.Sed pone † habeo filium legitimum,& ille habet spurium,institui spurium mihi hæredem,nunquid tenet institutio, & dic quod non ualet, quia dicit authen.licet.C.de natural.lib.in fi.quod ab omni beneficio paterno excluduntur, & appellatione parentis auus continetur, ut ff.de in ius uocan.l.quique.§.parentes.& ff.de uerb.sign. l.appellatione. Quidam tamen distingunt, an contemplatione filij eum instituit & tanquam nepotem,an tanquam extraneũ,ut ff.de adop. l.si pater.§.1.& ff.de castren.pecul.l.& si forte.& ff.de uul.& pup.substi.l.si plures.§. in ar

rogatore.& est quæstio Rofre. Beneuen.Pone
12 † quod habeo filium spurium , & ipse habet filium legitimum,institui eum legitimum mi hi hæredem,nunquid possum,dic aut erat emã cipatus,& tunc tenet institutio , aut erat in potestate eius,& tunc non tenet. ut ff.de bon. liber.l.quæritur.& est quæstio Rof.Beneu.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta qualiter petantur.*
2 *Alimenta a quibus petuntur quando petuntur iudicis officio.*
3 *Alimenta quando petuntur iudicis officio.*
4 *Frater an possit petere alimenta à fratre.*
5 *Frater legitimus potest petere alimenta à fratre legitimo.*
6 *Vxor potest petere alimenta à marito.*
Vxor potest petere alimenta intra annum ab heredibus mariti si non habet aliunde.eod.
7 *Dominus an possit petere alimenta a uasallo.*
8 *Vxor quæ nullam dedit dotem an possit petere alimenta a marito.*
9 *Alimenta relicta in testamento petuntur actione ex testamento.*
10 *Alimẽta ex pacto debita qualiter petantur.*
Libellus an offeratur in causa alimentorum.eodem.
11 *Appellatio an detur a sententia lata super alimentis.*
12 *Obligatus ad alimẽta an teneatur præstare medicinas.*
13 *Filius emancipatus a Patre,cum assignatione partis, & iuramento de non petendis ulterius alimentis si inopia laborat an possit petere alimenta non obstantibus præmissis.*
Pater secundum naturam tenetur alere filium.eodem.
14 *Pater an possit petere alimenta a monasterio quod filius intrauit , & cui bona donauit.*
15 *Filius natus ex ancilla , & homine non existente in domo an debeat ali a patre uel a domino matris suæ.*
16 *Mulier petens alimenta ab heredibus mariti recusantibus dare extra domum an debeat habere in domo uel extra.*
17 *Mulier potest petere alimenta diebus feriatis etiam in honorem Dei.*

18 Alimenta

18 *Alimenta an debeantur mulieri asserenti se fuisse uxorem defuncti, causa pendente.*

19 *Filij nati ex incesto coitu an debeant petere alimenta a patre uel matre.*

20 *Spurij uulgo concepti possunt petere alimenta a matre.*

21 *Filia quæ peccauit an possit petere alimenta a patre.*

22 *Pater an teneatur alere filiã pœnitentem de peccato commisso.*

23 *Clausula relinquo dominam, & dominatricem uxorem meam, quid importet.*

24 *Mulier transiens ad secunda uota, & iterũ facta uidua an pro alimentis possit redire ad filios primi mariti.*

25 *Mulier cui a marito relicta sunt alimenta cum clausula (donec steterit in domo mea) an cogi possit exire domum a filijs nolentibus ire ad habitandum in aliam domũ.*

De alimentis, qualiter & quo iure petantur, & quando & quibus debeantur. Ca. XXXVIII.

Qualiter petantur alimenta, dic in-
1 terdum iudicis † officio, interdum
per actionem ex testamento, inter-
dum per actionem ex stipulatu, in-
terdum per actionem præscriptis uerbis. A
2 quibus † petuntur alimenta, quando petun-
tur iudicis officio, dic a parentibus & filijs,
ut C. de alen. liber. per tot. & ff. de liber. agno
scen. l. si quis a liberis. & ff de iustit. l. 1. §. pen.
& C. de bon. quæ liber. l. fin. §. ubi autem. Itẽ
a patronis & libertis, ut. ff. de liber. agnosc. l.
1. §. fin. & l. alimenta. & C. de oper. libert. l. 1.
3 Quando petuntur † iudicis officio alimenta,
& dic quando unus est inops, nec operari po-
test, ut. ff. de liber. agnosc. l. si quis a liberis. §.
1. & ad hoc. C. de mendican. ualid. lib. 11. & alter
4 est diues, ut in d. ll. Sed † nunquid frater a
fratre potest petere alimenta, dic quod sic,
scilicet naturalis a legitimo, ut C. de natural.
5 lib. in auth. licet. Sed † nunquid legitimus fra
ter a legitimo fratre potest petere alimenta,
dic quod sic, & ad hoc. ff. solut. matrim. l. quã-
uis. & ff. de tute. & rat. distrah. l. 1. §. 1. & ff. ubi
pupil. educ. deb. l. qui filium. & not. Accur. C.
6 de alen. lib. l. 1. Sed † nunquid uxor a marito
potest petere alimenta, dic quod sic, ut. ff. so-
luto matrimon. l. si cum dotem. §. fin autem.
Sed nunquid potest ab hæredibus mariti in-
tra annum, petere alimenta, & dic quod sic,
si aliunde non habet alimenta, ut. ff. de spons.
l. quamuis. & ff. de uent. in pos. mit. l. 1. §. si mu
lier, & dic ut not. Accur. C de rei ux. act. l. 1. §.
7 exactio. † Sed nunquid dominus a uasallo pe
tet alimenta, uidetur quod sic, ut dicitur de
liberto, ut C. de oper. libert. l. 1. & ff. de liber.
agnosc. l. si quis a liberis. §. fin. alioquin reuo-
catur in seruitutem. ut. ff. de iure patron. l.
diuus. §. fin. Dicunt quidam, quod si magnas
possessiones in feudum dedit, quod tunc ua-
sallus ipsum teneatur alere, alioquin non. &
ad hoc. C de donat. l. si chorus. & etiam pu-
pillus de largis facultatibus præstat alimenta
matri, & sorori. ut. ff. de tutel. & rat. distrah. l.
1. §. 1. Alij dicunt contra eum perfecta dona-
tione contradictionem postea non admittat
ut. ff. pro donato. l. fin. & C. de reuoc. donat.
8 l. fin. Sed † pone quod mulier nullam dedit do
tem marito, nunquid petet alimenta a mari-
to, dic quod sic, ut. ff. de relig. & sump. fun. l.
quod si nulla. & quia domina est quodammo-
do rerum mariti, eo uiuente. ut. ff. rer. amot.
9 l. 1. Qualiter † autem petuntur alimẽta quan
do in testamento sunt relicta, dic quod actio-
ne ex testamento. ut. ff. de alimen. & cibar. le-
10 ga. per totum. Qualiter † autem petuntur
quando ex pacto debentur, tunc dic, quod a-
ctione ex eo contractu, uel ex stipulatu si sti-
pulatio intercessit, uel præscriptis uerbis.
C. de donat. quæ sub modo. l. 1. & C. de rer.
permut. l. rebus. & C. de contrahen. empt. l. 3.
An in causa alimentorum offeratur libellus,
dic ut notatur supra de libel. oblat. §. sed nun
11 quid. Sed † nunquid a sententia lata super
alimentis appellatur, & dic ut supra de appel.
§. sed nunquid a sententia lata super alimen-
12 tis. Item † nunquid ille qui tenetur præstare
alimenta præstabit medicinas, & dicunt qui-
dam quod sic, ut. ff. sol. matrim. l. legatis. alias
de alimen. & cib. leg. l. legatis. & ff. de uerb.
signi. l. uerbo uictus. & l. seq. & l. quos nos. §.
uerbum uiuere, alij distinguunt, an debeantur
iudicis officio, an ex testamento, uel ex con-
tractu, ut in duobus primis casibus tenean-
tur præstare medicinas, in tertio non. ut. ff.
commod. l. in rebus. §. postea. sed primum est
13 uerius. Pone † quæstionẽ de facto, pater eman
cipauit filium & dedit ei partem, & filius iu-
rauit de cætero non petere alimenta a patre.
Modo laborat inopia, nũquid alimẽta petere
põt, nõ obstante pacto, & sacramẽto, & dic q̃d
tale pactũ est cõtra ius naturale, & ideo nõ ua-
let. ut. ff. de pact. l. ius agnationis. nam pater
secundum naturam tenetur alere filium. ut ff.
de iustit. & iur. l. 1. §. pen. & C. de bon. quæ li-
ber. l. cum non solum. §. hoc proculdubio. &
ad hoc extra de iureiur. c. cum quidam. Pone
14 † quæstionem de facto. filius quidam intrauit
monasterium, & omnia sua bona dedit ei pa-
ter alimenta petit a monasterio, nunquid
potest, & dic quod sic, si in egestatem est de-
ductus. ut. ff. de lib. agnosc. l. si quis a liberis. §.
15 idem rescripsit. Pone † quæstionem de facto.
quidam rusticus de forbulo quandam ancil-
lam cuiusdam militis habuit in concubinam
& habuit filium, quæritur an dominus uel
pater teneantur eum alere, & dic quod domi-

nus

nus.ut ff.de liber.agnosc. l. si neget. in fin.&
16 ff.pro derelic.l.fin. Pone † quæstionem quæ
dam mulier petebat alimenta ab hæredibus
mariti intra annum hæredes dicebant se pa-
ratos esse dare in domo,& ipsa uolebat habita
re alibi extra domum mariti, quæritur quid
iuris, & dic quòd si sunt filij eius debet habe-
re alimenta in domo mariti.& ad hoc.ff.de
lega.3.l.qui concubinam. in fin.& ad hoc.ff.
de fund.instr.instrum. lega.l.quæsitum. §.pu-
ta. & C.commun.utriusq.iud.l.possessionem.
Si uero non erant filij, si honeste poterat se-
cum conuersari, tunc quomodo debeantur
& ex legato intra annum petantur, uidetur
tunc quod in domo mariti, quia mortuo ma
rito maritum alium intra annum ne sumeret
17 consuetudo patriæ fuit. Pone † quod quæ-
dam mulier petebat alimenta in ferijs pasca-
libus, quæritur an possit,& dic quod sic,quia
pietas suadet, & necessitas urget,ut extra de
feri.c.fin.in fin.& ff.de feri.l.1.in fin.& l.seq.
18 Pone † quod quædam mulier petebat alimen
ta allegando se fuisse uxorem defuncti, inte-
rim quousque constabat eam uxorem, ut.ff.
de liber.agnosc.l.si neget.& ad hoc quod fiat
probatio per uocem, & famam,ut.ff.de flum.
l.1.§.1.& ff.de fun.instr.instrum.lega. l.cum
19 de lanionis. §.asinam. Pone † quod quidam
filij erant nati ex incesto coitu, nunquid a
patre, uel a matre petent alimenta, & dic
quod a neutro.secundum l.C.de natur. lib.l.
humanitatis.in auth. licet, ibi posita. in fin.
ubi dicit.sed qui ex damnato sunt coitu omni
prorsus beneficia excludantur, sed de æquita-
te canonica dic quod sic, ut extra de eo qui
dux.in ux.quam pol.per adult.c.cum haberet
in fin.& not.glo.magna ibi. in uer.secundum
20 facultates in fin.Sed nunquid † spurij qui uul
go sunt concepti a matre petent alimenta,
dic quod sic, cum succedant matri cum legi-
timis,nisi esset mater illustris, ut C.ad orfic.
l.si qua.secundum quod ibi distinguitur. & in
21 stit.ad orfici. §.nouissime. Pone † quæstio-
nem de facto,filia tua peccauit in corpus suũ,
& sic pater poterat eã exhæredare, ut C.de
inof.testam. l.si pater. in auth. ibi posita. pe-
tit tamen alimenta. pater denegat præstare,
nunquid potest & uidetur quod sic, ut.ff.de
liber.agnosc.l.si quis a liberis. §.si quis ex ijs.
22 sed not.Accur.de alen. lib.l.fin. Sed † pone
quod filiam pœnitet de peccato, nunquid ei
pœnitentia prodest, & uidetur quod sic.ut C.
de nupt.l.imperiali.& in auth.eo.tit.§.aliud.
nam paterna natura in pietate,non in atroci-
tate consistit,ut.ff.ad leg. Pomp. de paricl.l.
Diuus.& ad hoc.ff.de adulter. l.nec ei. Econ-
tra quod non prosit talis pœnitentia, quia ne
mo tali peccato,&c.ut.ff.de fur. l.qui ea men
te.& ff.ui bon.rapt. l.pen.neque aboletur tur
pitudo,&c. ut.ff.de ritu nupt.l palam. §.1.&
ff.de re mil.l.qui cum uno. §.ignominia. sed
23 primum puto uerius. Quid † si dico, Relinquo
dominam & dominatricem uxorem meam,
dic hæc uerba sic debere intelligi, ut illa ho-
norifice secundum quantitatem patrimonij
habeat sua necessaria, ergo illa uerba sic de-
bemus accipere,secundum communem usum
ut.ff.de suppel.lega.l.3.& ff.de lega.3. l.non
aliter.§.1.& sic hæc uerba dominam eam con
stituunt domus suæ & etiam rectricem, & sic
ponitur in eo quod est. ff.mand.l.creditor.§.
Lucius,& dic ut notat Accur.C.si secun.nups.
24 mul.l.1 Item quid † si accepit aliũ uirum, &
mortuus est,& uult redire ad filios, & credo
eam posse uti matrem ægenam, sed non ex te
stamento primi uiri, ar ff.de annu. lega.l.ser-
uus legatus.in fin.& l.seq.& ff.de iur.do.l.do
tis promissio.& ff.de pact.dot.l.inter. §.ulti.
Econtra.ff.de lega.1.l. fin.ff.de fideicom.lib.
l.fideicommissaria § fin.& ff.de stat.liber.l.&
25 uos.§.ult. Item † quid si dixerit, relinquo u-
xori meæ alimenta, donec steterit in domo
mea,si filij hæredes uolũt mutare habitatio-
nem, nunquid illa cogetur eos sequi,& exire
de domo uiri, dic quod si id hæredes faciunt
ex necessitate quod audiendi sunt, si ex uo-
luntate,minime. argu.ff de leg. & constit.l.si
quis demum primo Respon.

SVMMARIVM.

1 *Pignus conuentionale, & iudiciale, seu præ torium qualiter differant.*
Obligatio hippothecaria, & pigneratitia qualiter differant.eod.
2 *Vsufructuarius an possit obligare.*
Seruitus an possit obligari.eod.
3 *Vectigalia possunt obligari.*
Res aliena an possit obligari. eod.
4 *Hippothecaria quanto tempore tollatur.*
5 *Decima an possit obligari.*
6 *Decimarum fructus possunt obligari locari & uendi.*
6 *Feuda non cadunt in generali obligatione.*
7 *Creditor an possit mitti in possessionem feu di ut percipiat fructus.*
8 *Creditor an possit agere hipothecaria contra emptorem fundi sibi prius obligati.*
9 *Creditor agens contra debitorem obtinet si probet eum possedisse.*
10 *Dominij quæstio potest referri agenti actione in rem ab eo qui rem habuit ab actore.*
11 *Possessor conuentus a pretendente hippothecariam an teneatur probare se emisse ante obligationem.*
12 *Obligatio generalis an comprehendat obligationem specialem prius factam ab aliquo ignorante domino rei qui tamen postea ratificauit.*

13 Ratiha-

13 *Ratihabitio non retrotrahitur quando res non est in eodem statu.*
14 *Domus empta ab eo qui duobus diversis ul tribus obligauit ea qua habet habiturumue est cui de iure rompetat.*
15 *Pactum factum a creditore cum possessore bonorum debitoris de non petendo hyppotecaria an ualeat.*
16 *Debitor conuentus in actione hippothecaria an possit creditori offerre pretium domus ipsi adiudicata causa pignoris.*
17 *Debitor debitoris conuentus a creditore an possit opponere exceptionem quod primo conueniatur debitor principalis.*
18 *Debitor dicitur conuentus uel cum lis est contestata, uel cum eius bona excussa sunt.*
Creditor absente debitore potest conuenire possessorem. eod.
Exceptio quod prius conueniatur principalis quàm qui fideiussit an sit perẽptoria uel dilatoria. eo.
19 *Libellus conceptus contra debitorem debitoris cum propositione hippothecaria an procedat.*
20 *Obligatio pura præfertur obligationi sub conditione.*
21 *Creditor cui aliquis obligauit omnia sua bona an possit petere pretium rei uẽdita a debitore post obligationem.*
22 *Venditor fundi cum speciali hippotheca an præferatur uxori emptoris habenti generalem pro dote.*
23 *Creditori conuenienti unum ex emptoribus an possit opponi quòd conueniat alios pro rata.*
24 *Conuentus hippothecaria an possit agere pro iure casso contra possidentem a liquã rem hippothecatam.*
25 *Præscriptio triginta annorum an possit opponi contra agentem hippothecaria.*
26 *Præscriptione triginta annorum tollitur omne ius & omnis actio.*
27 *Præscriptionem complens uidetur factus utilis dominus rei.*
28 *Defuncti, & hæredis persona est una & eadem persona.*
29 *Hippothecaria habet locum quando fundus est in bonis debitoris tempore obligationis uel postea & non aliter.*
30 *Hæres tenetur cum iure defuncti.*
31 *Obligatio expressa facta pro mutuo accepto an præferatur doti mulieres data post obligationem quam tamen prius maritus confessus fuerat recepisse.*
32 *Excussionis copia an sit facienda ante litem contestatam, quando reus excipit de excussione contra agentem hippothecaria.*
33 *Exceptio peremptoria in quibus casibus impediat litis contestationem.*
34 *Exceptio non numerata pecunia est anomala.*
35 *Sententia retractatur propter ordinem omissum.*
36 *Mutuo data an ueniant in obligatione generali facta ab eo qui mutuo accepit illi qui mutuo dedit.*
37 *Pignus residens apud aliquem pro sui cautione an ueniat in obligatione generali.*
38 *Emptor fundi obligati multis si fecit pactũ de succedendo in locum uenditoris, an teneatur se defendere contra creditores uenditoris.*
39 *Vxori repetenti dotem a debitoribus mariti cum nihil inueniatur in bonis hæredis mariti quomodo succurratur.*

De pignoribus, & obligatione pignoratitia. Cap. XXXIX.

QValiter pignoris obligatio contrahatur, dic ut in sum. C. eo. in prin
1 Quæ † sit differentia inter pignus conuentionale, & iudiciale, seu prætorĩũ, dic ut in sum. eo. §. 2. & not. Accur. ff. de pignorat. act. l. 1. Quæ res pigno. oblig. pos. dic ut in sum. eod. §. 3. & ff. eo. l. obligatione. Quæ sit differentia inter hyppothecariam & pignoratitiam obligationem, dic ut in sum.
2 Azon. de pignorat. act. in princ. Sed † an uere usufructuarius possit obligare, dic quod sic, ut ff. eo. l. si is qui. §. 1. Sed an seruitus possit obligari, dic quod urbana non, rustica sic, ut ff. eo. l. si is qui. §. fin. & l. seq. & quæ sit ratio dic ut
3 ibi no. Sed † an uectigalia possint obligari, dic quod sic, ut ff. de pignorat. act. l. quod tutor. §. fin. & ff. eo. l. grege. §. in superficie. Sed an res aliena possit obligari, distingue ut not. in sum. Azon. C. eo. §. 2. & ff. eod. l. 1. in prin. Quanto
4 † tempore tollatur hypothecaria, dic quod tollitur interdum spatio decem annorum, scilicet quando datur contra extraneum, bonæ fidei possessorem cum titulo inter præsentes, & inter absentes spatio uiginti annorum; Quando contra extraneum non habentem titulum, tollitur spatio triginta annorum; quando cona

tra debitorem & eius hæredes tollitur spatio
xl annorum ut C. si aduer. cred. l. 2. & de præ-
scrip. trig. an. l. cum notissimi in prin. interdũ
spatio sex mensium, ut C. de censi. & cons. l. fi.
5 lib. 11. Sed † nunquid decima potest obligari,
dic quod non, cum sit res spiritualis nec à lai-
co possideri possit, ut extra de decim. c. quam-
uis & c. prohibemus & not. in gl. ibi & ad hoc.
ff. de acquir. pos. l. qui uniuersas. §. 1. & est ca-
sus quod extraneo non potest decima obliga-
ri. ut extra de decim. c. fin. Sed dominus à quo
habet decimam in fœudum potest obligare, ut
6 extra de fœu. c. 1. Sed † nunquid fructus deci-
marum possunt obligari, dic quod sic, quia lo
cari & uendi possunt, ut extra de loca. & con-
duc. c. in causa & ff. de iure dot. l. si usufructus.
in fi. Sed nunquid fœuda cadunt in generali ob
ligatione, dic quod non, quia specialiter non
possunt, ut in const. Frider. Imperialem. §. 1.
7 Sed † nunquid creditor potest mitti in posses-
sionem fœudi ut percipiat fructus, dic quod sic
possidentur à uasallo sed non ab extraneo pos
sidentur, ut ff. de lega. 2. l. per totum. §. si præ-
dium, & ff. de dam. infec. l. si finita. §. si deie-
cti & arg. ff. de bon. auth. iud. pos. l. in uenditio
ne. Sed debet creditor probare hyppothecam,
dic scilicet quod res fuerit obligata generali-
ter uel specialiter ff. de probat. l. ante omnia.
Secundo quod pecunia fuerit numerata ut C.
de pignorat. act. l. nec creditor & C. de nõ nu.
pecun. l. 1. Tertio quod res erat in bonis tem-
pore obligationis, uel postea in generali obli
gatione ut ff. eo. l. si superatus in prin. & l. &
quæ nondum sunt. §. quod dicitur & C. quæ
res pign. oblig. pos. l. qui filios. Sed qualiter di-
citur esse in bonis, dic quando possidet, sed cõ
tra petentes habet exceptionem, & si non pos
sideat, habet actionem ad eam petendam, ut ff.
de acquir. rer. dom. l. rem in bonis. Sed pone
quod probo eum habuisse & possedisse, nun-
quid hoc sufficit, dicunt quidam quod sic, ut
ff. de uer. sign. l. bonorum la prima. Sed dic, aut
ago contra extraneum, & tunc debeo probare
titulum, & ad hoc. ff. eo. l. si is qui. §. 1. & not.
Accur. ff. de pignorat. act. l. rem alienam. Pone
8 quæstionem de facto † quidam obligauit mi-
hi omnia sua bona, postea uendidit Titio do-
mum, ago contra possessorem hyppothecaria
negat possessor in bonis rem, & de bonis debi
toris fuisse, ego probo debitorem possedisse
per triennium, & probo hunc possessorem e-
misse ab eo, sed non probo debitorem habuis-
se titulum. Quæritur an possessor sit condem-
nandus, & uidetur quod sic, quia uidetur quod
res fuit in bonis debitoris, ut ff. de uerb. signi.
l. bonorum & ff. de bon. auth. iud. pos. l. 3. §. 1.
& ff. ut in pos. legat. l. si is cui. §. bonorum. &
sufficit probare rem fuisse in bonis debitoris
ut ff. eo. l. si superatus & l. quæ nondum sunt.
9 §. quod dicitur. Item † si ego ago contra debi-
torem sufficit si probo eum possedisse ut ff.
de pignorat. act. l. rem alienam, & ff. eo. l. 3. pri
mo resp. & l. si iure. §. 1. Econtra uidetur quod
sit absoluendus, quia non probo debitorem
fuisse. nec titulum habuisse, quod est necesse,
ut not. Accur. ff. de pignorat. act. l. rem alienã.
10 & ff. de probat. l. ante omnia. Item cum † ago
actione in rem, etiam contra eum qui habuit à
me eam, potest referre mihi quæstionem do-
minij, ut not. C. de pignor. act. l. nec creditores.
& C. de non num. pecu. l. 5. sed quidam dicũt
esse casum. ff. qui pot. in pignor. hab. l. qui bal-
neum. §. fin. Sed dupliciter intelligitur. Sol.
mihi uidetur sine præiudicio melioris senten
tiæ, quod sit condemnandus possessor, quia hoc
debitor allegare non posset, ut ff. eo. l. inter co
lonum. §. 1. merito nec ille qui causam habet
ab eo, ut ff. de rei uend. l. si à Titio. Vel dic;
quod si utatur iure debitoris quod tunc idem
esset quod in debitore, ut C. de præscr. trig. an.
l. cum notissimi. §. illud. alias. § sed cum illud,
quia debet uti cum sua causa, suisque uitijs ut
ff. de doli excep. l. apud Celsum. §. de autho-
11 re, alioquin nõ teneatur possessor. Pone † qđ
ago contra Titium hyppothecaria peten-
do domum, & probo eam fuisse debitoris mei,
& ipse probat eam uenditam ab eo, & sibi tra-
ditam, non obstat an obligatio quæ præcessit
uenditionem, an econtra, quæritur quid iuris
sit, primo uidetur, quod possessor teneatur
probare ante obligationem se emisse, ut C. de
iur. fis. l. 1. lib. 10. nam constat rem fuisse debi-
toris, unde hodie præsumitur, ut C. de probat.
l. siue possidetis nam ante factum dicit, ante
factum probare debet, ut C. de episc. aud. l. fin.
& l. legibus. & C. de rei uend l. quoties. Sol. dic
quod ego creditor debeo probare rem fuisse
in bonis debitoris tempore obligationis, uel
postea ut ff. eo. l. superatus & l. & quæ nondũ
sunt. §. quod dicitur, nec obstat. C. de iure fi-
sci. l. 1. quia ibi speciale est ut ibi not. Accurs.
12 Pone † quod Sempronius obligauit. ff. meum
me ignorante, interim obligaui omnia bona
mea creditori meo, postea habui ratam obli-
gationem factam à Sempronio, modo quæri-
tur, quis potior sit, & uidetur quod creditor.
Sempronij, quia ratihabitio retrotrahitur &c.
ut C. eo. l. si fundus. §. 1. & C. ad Maced. l. fin. &
C. de donat. int. uir. & ux. l. donationes. Econ-
tra uidetur quod meus creditor sit potior,
quia tempore obligationis erat in bonis meis
unde est obligata cum effectu, ut C. quæ res
pign. oblig. pos. l. qui filios & C. ad macedon. l.
si promittere. Vnde ius ei acquisitum eo in-
uito auferri non potest, ut ff. de pact. l. fin. Sol.
uidetur quod creditor meus sit potior, ad hoc
ff. qui pot. in pignor. hab. l. potior. §. si colo-
13 nus, nec † ratihabitio retrotrahitur, cum non
sit in eo statu, ut ff. rem rat. hab. l. bonorum &
ad hoc not. Accur. C. de donat. int. uir. & ux. l. si
14 non uerum. Pone † quod Titius mihi obliga-
uit ea quæ habet habiturusve est. Secundo ob-
ligauit Meuio quæ habet habiturusve est, &
postea emit domum quæritur quis erit potior
& uidetur quod ego, qui fui primus, quia qui
prior est in tempore potior est in iure, ut C.
qui

qui pot. in pign. hab. l. 1. & uidetur casus. ff. qui pot. in pignor. hab. l. fin. in prin. & ff. de iure fisci. l. si is qui. Sed in fisco est speciale, ergo secus in priuato, econtra uidetur quod ambo cōcurrant, ut ff. qui pot. in pignor. hab. l. idemque §. fin. Sol. dic ut not. Accurs. ff. de iure fisci. l. si is qui. Sed quidam contra per d. l. fin. ff. qui pot. in pign. habean. & intelligunt l. idēque. quando utrique fuit obligatum simul.
15 Pone † quod Titius fuit meus debitor in decē, & mihi omnia sua bona obligauit, Sempronius possidet quendam fundum eius & iuste, feci pactum de non petendo fundum hyppothecaria, nunquid possum, uidetur quod sic, quia iniusto possessori non cæduntur iura ut ff. de rei uend. l. is qui. Sed iusto sic ut ff. qui potio. in pignor. habean. l. mulier. & fideiussori qui animo donandi fideiussit non prodest pactum de non petendo, ut ff. de pact. l. quod dictum, sed dic quod non agam hyppothecaria cum feci pactum de non petendo, ut ff. quib. mod. pign.
16 uel hyp. solu. l. sicut in prin. Pone † quæstionē de facto, Titius est mihi condemnatus in actione hyppothecaria, adiudicata est mihi domus causa pignoris, non fuit dictum, ut debitor possit offerre prætium mihi, nunquid potest postea offerre, dic quod sic, donec iudicatum suscipiatur actione iudicati, ut ff. de petit. hær. l. item ueniunt. §. rectè. nam qualiscunque possessor potest debitum offerre usque ad prædictum ut ff. quib. mo. pign. uel hyp. sol. l. Sem-
17 pronius. §. 1. Pone † quod Titius erat debitor meus habebat suum debitorem obligauit mihi omnia sua bona, conuenio debitorem debitoris mei, secundum. l. nomen quoque. C. quæ res pign. oblig. pos. & ff. de pignor. l. si conuenit opponitur quòd primo conueniam debitorem principalem, nunquid potest, dic ut no.
18 C. eo. auth hoc si debitor. Quando † autem dicitur debitor conuentus, & uidetur cum lis est contestata, ut C. ne ex delic. defunc. l. 1. & ff. de act. & oblig. l. constitutionibus. Econtra uidetur conuentus quando eius bona excussa sunt, ut ff. de admini. tut. l. Lucius. §. 1. & ff. de uer. oblig. l. decem cir. fin. & C. de decur. l. 5. lib. 10. & hoc uidetur uerius. Sed pone quod debitor est absens, nunquid possum conuenire possessorem, dic quod sic, ut in auth. de fide ius. §. 1. & not. Accurs. in præd. auth. hoc si debitor. Sed nunquid, exceptio hæc, quod primo conueniendi sunt principales quam fideiussores, seu quam perueniatur ad pignorandā possessores, est peremptoria uel dilatoria, dic
19 ut not. supra de excep. Pone † quæstionem de facto, debitor meus obligauit mihi omnia sua bona, & habebat debitorem, & sic nomina debitorum fisci erant mihi obligata, ut C. quæ res pign. oblig. pos. l. nomen. postea conueni debitorem debitoris, & dixi, peto à te x. quæ debes meo debitori, ad quod propono hyppothecariam, nunquid rectè conceptus est libellus, dic quod non quia hyppothecaria actio est realis, & competit contra eum qui possidet, uel dolo desijt possidere nec ille possidet, nec ille intelligitur possidere, ut ff. eo. l. si fundus. §. 2. & l. pignoris & C. eod. l. persequutio nam res quæ peritur hyppothecaria debet esse in bonis debitoris ut ff. eo. l. superatus cum simil. Sed dic quod debet narare in libello formam obligationis & postea proponere utilem actionem, quæ directo competebat debitori, ut ff. de hær. uel act. uen. l. postquam & C. quæ res pign. oblig. pos. l. nomen. & ff. de pignor. act. l. si conuenerit, uel etiam dic, quod dicat, peto decem, & dico bona debitoris ad me pertinere iure pignoris ut ff. de uerb. signif. l. bonorum & ff. ad Trebel. l. si legatus. § 1. Pone
